

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

C 551.1

Harvard College
Library



FROM THE FUND GIVEN BY

Stephen Salisbury
Class of 1817
OF WORCESTER, MASSACHUSETTS

For Greek and Latin Literature

C 551.1

Harvard College
Library



FROM THE FUND GIVEN BY

Stephen Salisbury
Class of 1817
OF WORCESTER, MASSACHUSETTS

For Greek and Latin Literature

C 551.1

Harvard College
Library



FROM THE FUND GIVEN BY

Stephen Salisbury
Class of 1817
OF WORCESTER, MASSACHUSETTS

For Greek and Latin Literature

CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXXI (SECT. V PARS III)

SANCTI AVRELI AVGVSTINI

DE FIDE ET SYMBOLO DE FIDE ET OPERIBVS DE AGONE CHRISTIANO DE CONTINENTIA DE BONO CONIVGALI DE SANCTA VIRGINITATE DE BONO VIDVITATIS DE ADVLTERINIS CONIVGIIS LIB. II DE MENDACIO CONTRA MENDACIVM DE OPERE MONACHORVM DE DIVINATIONE DAEMONVM DE CVRA PRO MORTVIS GERENDA DE PATIENTIA

EX RECENSIONE

IOSEPHI ZYCHA

PRAGAE F. TEMPSKY | VINDOBONAE F. TEMPSKY | LIPSIAE G. FREYTAG

MDCCCC.

SANCTI

AVRELI AVGVSTINI


DE FIDE ET SYMBOLO DE FIDE ET OPERIBVS DE AGONE CHRISTIANO DE CONTINENTIA DE BONO CONIVGALI DE SANCTA VIRGINITATE DE BONO VIDVITATIS DE ADVLTERINIS CONIVGIIS LIB. II DE MENDACIO CONTRA MENDACIVM DE OPERE MONACHORVM DE DIVINATIONE DAEMONVM DE CVRA PRO MORTVIS GERENDA DE PATIENTIA

RECENSVIT

IOSEPHVS ZYCHA

PRAGAE F. TEMPSKY
VINDOBONAE F. TEMPSKY
LIPSIAE G. FREYTAG
MDCCCC.

~~1224.117~~
C551.1



Salisbury fund
(XLI)

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

CONSPECTVS.

Praefatio	pag.	II—XXXXVI
I. De fide et symbolo	„	1— 32
II. De fide et operibus	„	33— 97
III. De agone christiano	„	99—138
IIII. De continentia	„	139—183
V. De bono coniugali	„	185—231
VI. De sancta uirginitate	„	233—302
VII. De bono uiduitatis	„	303—343
VIII. De adulterinis coniugiis liber I.	„	345—382
„ „ „ „ II.	„	382—410
VIIII. De mendacio	„	411—466
X. Ad Consentium contra mendacium	„	467—528
XI. De opere monachorum	„	529—596
XII. De diuinatione daemonum	„	597—618
XIII. De cura pro mortuis gerenda	„	619—660
XIIII. De patientia	„	661—691
Loci librorum Retractationum	„	692—694
Index scriptorum. A. Loci scripturae sacrae	„	695—707
B. Loci aliorum scriptorum	„	707—708

PRAEFATIO.

Cum hoc uolumen edendum susciperem, collationes mihi traditae sunt, quarum una pars ad I. Egger auctorem referenda est, alteram Guilelmus de Hartel illi per uarios uiros doctos conficiendam curauerat. atque I. Egger hos codices contulit: cod. Veronensem XXXIII. 31, cod. Palatinum 210, cod. Vaticanum Reginensem 318 (de patientia, de nuptiis et concupiscentia), cod. Vaticanum 512 (de adulterinis coniugiis); praeterea partes et maiores et minimas codicum Cassinensium 163. 165. 168. 170. 173 examinauit. codices Bruxellenses 1796—1800 E. Kalinka, codicem Carnutensem 104 Emil W. Schreiber, codicem Petropolitanum Lat. Q. V. I. 3 Kreissberg, codicem Leidensem 98 S. Reiter comparauit. quae aliis debeantur suo loco adnotabitur. postremo haec mihi addere libet. cum testimonia codicum centum nonaginta trium ad refingenda uerba adhibuissem, diligenti descriptione singulorum librorum manu scriptorum factum esset, ut nouum uolumen exiret. quare ut et breuitati et perspicuitati prospicerem, ita rem institui, ut potissimos codices plura opuscula continentes ubi primum commemorandi erant breuiter describerem, postea lectoris animum ad eos aduerterem. quod quidem non credo mihi crimini fore. atque codices ipsi singula opera continentes ita sunt comparati, ut non sit negandum in opusculis huius uoluminis de fide et symbolo, de fide et operibus, de agone christiano, de bono coniugali, de sancta uirginitate, de bono uiduitatis, de opere monachorum. de diuinatione daemonum, de patientia textum integrum restitui posse, in scriptis autem de continentia, de adulterinis coniugiis, de mendacio, contra

mendacium, de cura pro mortuis gerenda ea certe supellectile critica quae nunc parabilis est fieri non posse ut textum unius testis firmo fundamento nitentem constituamus. quantum utroque genere profecerim eius rei iudicium penes existimatores erit: me autem id unum egisse, ut s. Aureli Augustini operum emendationem promouerem uix est quod moneam.

I. DE FIDE ET SYMBOLO.

Omnes libros manu scriptos, quorum numerus non magnus est, et uetustate et bonitate codex Veronensis n. XXXIII. 31. R membr. miscell. in 4° fol. 70 s. VIII—VIIII scriptus facile superat. accuratior eius descriptio in libro qui inscribitur Bibliotheca Patrum Latinorum Italica I 7 Reifferscheid continetur. insunt in eo haec duo s. Aureli Augustini opuscula. fol. 1 ‚Inc̄ liber Aureli Augustini de agone christiano'; fol. 39, Expl̄ liber Aureli Augustini de agone christiano'; fol. 40 ‚Inc̄ eiusdem de fide' (in margine manu antiqua additum est ‚uel symbulo'; fol. 68 post uocem ‚*philosophi*' (pag. 32, 3) fragmento epistulae (Migne XXII 912) Augustini ad Hieronymum datae inserto uerbis ‚*quod dictum est*' (p. 32, 9) ad orationem Augustini reuertitur; fol. 70 ‚Expl̄ liber secundus de fide'. liber totus ab uno librario confectus paucis locis suum correctorem expertus est. hac occasione data non cunctor addere pag. 24, 3 *dei* omittendum atque in adnotatione corrigendum esse; nam ille qui litteris a me rogatus locum iterum inspexit *dei* omissum esse affirmat; item pag. 24, 9 rectius ‚fidentia' pro ‚confidentia' scribendum erat.

Codex monasterii sancti Floriani signo XI. 76. instructus F membr. miscell. in 2° saeculo XI exaratus fasciculis septemdecim fol. 140 constat. hic liber uerba s. Augustini in foliis 54—65 continet. fol. 54 haec inscriptio praebetur: ‚Augustinus de fide catholica secundum breuitatem simboli'; in margine autem haec uerba adscripta sunt: ‚Expl̄ liber II aduersus manicheos sc̄i augustini. Inc̄ eiusdem generaliter expositio de fide catholica secundum breuitatem simboli'. in fol. 65 subscribitur: ‚Explicit'. uera autem subscriptio subsequenti opus-

culo, i. e. de fide contra Manicheos, adpicta est: ‚Expl tractatus beati Augustini de fide catholica'. in hoc codice enim ea ratio obseruatur, ut librarius rubricatori extremo margine et subscriptionem praecedentis opusculi et inscriptionem proximi adscripserit, rubricator autem subscriptionem illius exararit, huius inscriptionem omiserit. totus tractatus ab uno scriba confectus et multis locis ab eodem emendatus est. ab alio eoque recentiore multae non solum emendationes uerum etiam accentus (*persuadére, molímur, accédat* al.) et distinctionum signa profecta sunt. pag. 13, 16 $\overline{\text{N}}$ = nostri, quod perperam ‚non' lectum cum orationi non conueniret, erasum est.

A Codex Metensis s. Arnulphi idem quem Benedictini ad editionem suam adornandam adhibuerunt n. 139 in 4° s. XI confectus cum intercedente Academia litterarum Caesarea huc transmissum excutiebam neque foliorum neque paginarum numeris instructus erat. inscriptio eius haec est ‚Inc liber sci aug epi de fide et symbolo', subscriptio haec offertur ‚Expl aurelii aug tractatus de fide catholica'. correctus est liber non solum a prima manu sed etiam manu correctoris ad aliquod exemplar; nam p. 3, 16 supra uocem ‚cogitationibus' additum est ‚l calliditatibus' et p. 6, 10 supra expunctum uocabulum quod est sententiarum adscriptum est ‚scripturarum'.

S Codicem Salisburgensem A. VII. 31. s. XII medio exaratum cum *F* aliquo cognationis uinculo contineri iam subscriptione uerisimile fit. sed quae hic in margine adposita sunt, illic in uersu scripta sunt: ‚Expl liber II aduersus manicheos sci aug. Inc eiusdem generaliter expositio de fide catholica secundum breuitatem symboli' fol. 55. sunt autem alia, quae utriusque libri affinitatem comprobent, uelut p. 7, 8 *ignis*, p. 14, 13 *paruerat*. neque tamen *S* ex *F* descriptum esse documento est p. 27, 19.

T Codex Trecensis n. 40 uol. I membr. miscell. forma maxima fol. 203 s. XII scriptus est. commodam eius descriptionem cf. in Catalogue général des manuscrits des bibliothèques des departements t. II. hic tractatus paginas bipertitas fol. 174—198 complet.

Codex Monacensis numero 22220 (Windberg 20) in eius ϒ
bibliothecae in qua asseruatur catalogo signatus membr.
miscell. s. XII scriptus fol. 196 fasciculis 24 constat. qua-
terniones numeris in calce foliorum appositis numerantur;
paginae bipertitae uersibus tricenis binis implentur. auctoris
nomen fol. 1 prae se fert: ‚Iste liber pertinet ad scam mariam
in Windberg quem fecit scribi secundus eiusdem eccłę uene-
rabilis et dignę memorię abbas Gebhardus pro obtentu grę
di et beatę marię et tuarum lector orationū'. inscriptio huius
tractatus legitur fol. 88, Inc generalis expositio sci aug epi
de fide catholica secundum breuitatem symboli'; eodem modo
subscribitur fol. 96, Expł tractatus aug de fide catholica'.
praeterea librum de diuinatione daemonum fol. 115 (‚Inc liber
sci aug epi de diuinatione daemonum') — fol. 121 (‚Expł
liber de diuinatione daemonum') exhibet.

Codicem Vaticanum n. 417 s. XII exaratum hoc opus P
fol. 165 (‚Inc expositio symboli beati aug epi') usque ad
fol. 172 (‚Expł sermo beati aug de fide') complectentem inter-
cedente G. de Hartel I. Mesk cum Romae esset summa dili-
gentia meum in usum contulit.

Codex Trecensis n. 1300 in 4° fol. 227 s. XIII scriptus N
est. hoc opusculum folia 29 (‚Inc liber sci aug epi de fide
ac symbolo') — fol. 37 (‚Expł de fide ac symbolo') occupat.
accurata eius descriptio confecta est in Catalogue général des
man. des bibl. des dep. II 535.

Codex Monacensis n. 3826 (Aug. eccl. 126) membr. miscell. M
in folio s. XIIII fol. 127 hunc tractatum fol. 101—104, de
adulterinis coniugiis fol. 104—111 praebet. in scripto de
adult. coni. plenam eius lectionis uarietatem in adnotationem
recipere cum nullius pretii ad recensionem esse intellexissem
a me impetrare non potui.

Codicis Mellicensis n. 124 (C. 2.) chart. fol. 293 s. XV O
testimoniis in refingendis uerbis huius opusculi et tractatus
de diuinatione daemonum usus sum. huic omnibus locis et
uirtutum et uitiorum simillimus est codex Vindobonensis n. V
4390 s. XV.

Omnibus codicibus enumeratis reliquum est, ut quae cognationis rationes inter eos intercedant cuiusque fide textus qui dicitur constituendus sit paucis exponamus. atque illud certo certius affirmari potest omnes libros manu scriptos ex uno exemplari originem ducere. id enim non solum mira maximarum minimarumque rerum conspiratione uerum etiam mendorum generibus euincitur. discedunt autem in duas familias, quarum una libris *RMP* efficitur, altera codd. *FASTNOV*γ repraesentatur. conspicua complurium lectionum discrepantia sic statuere iubemur uelut pag. 9, 16 *certa;* 22, 11 *hominibus;* 24, 4 *dilectio;* 24, 9 *fidentia;* 17, 9 *fulsura;* 22, 6 *factus deus;* 25, 5 *spiritus deus* al. alterius familiae codices *FOV* artius cohaerere locus pag. 27, 19 testatur. codicum *VO* necessitudo iam subscriptionis communione coarguitur: ‚et sic est finis huius operis. expl in dno xpo filio dei tractatus aurelii aug de fide catholica do gratias' (do gratias *om. V*). cum autem loci sint neque ita pauci, ubi unus alterue liber huius familiae cum altera conueniat, non est dubium, quin omnes uariis quidem uiis ex uno tamen archetypo fluxerint; cf. 27, 1 *ex;* 27, 10 *nisi;* 25, 24 *caritatemue;* 20, 17 *ne;* 20, 19 *unum deum;* 26, 3 *aliter dici non potuisse* al. omnibus autem codicibus fide et auctoritate *R* praestat, quem fidissimum ducem in constituendis uerbis ita sum secutus, ut nisi aperte deprauatam quandam scripturam exhiberet ab eius testimoniis non recesserim.

Qui libri praeter hos quos modo descripsi in catalogis deprehenduntur eorum aliquot ita examinaui, ut insignibus quibusdam locis quantum eorum scripturae cum meis aut consentirent aut discordarent inuestigari iusserim. qui omnes ita sunt comparati, ut modo cum hac modo cum illa familia faciant; contaminatos haud inepte dixeris. sunt autem hi.
W codex Vindobonensis n. 4602 s. XV. is e. gr. praebet pag. 12. 1 *quisquis;* 14, 13 *parua erat;* 22, 15 *ac.* sed 27, 10 *si .. non;* 27, 19 *quoniam ... ideo* cum *FOV* consentit. codex
d Dauensis n. 256 s. XII propius ad priorem classem accedit; offert enim e. gr. pag. 3, 2 *uel symbolo;* 3, 14 *meritoque;*

3, 15 *quantum;* 4, 11 *momentum;* 4, 21 *contendunt;* 4, 23 *natura scilicet;* 5, 5 *ac;* 5, 10 *fecit om.;* 5, 12 *ipsum mundum;* 5, 14 *etiam om.;* 5, 17 *esset;* 5, 19 *quoquo;* 6, 7 *primo;* 6, 17 *quibus;* 31, 4 *ipsis;* 31, 16 *quaeratur;* 31, 19 *conceditur;* 32, 1 *creditur;* 32, 10 *uictoriam;* 32, 5 *omne*] *nec;* 32, 6 *omne corpus*] *aerem!;* 32, 3 *nostra*] *natura.* idem cadit in codicem Vaticanum n. 445 s. XV uelut pag. 4, 5 *uerbis* v *paucis;* 4, 8 *illis;* 5, 5 *at;* 5, 17 *esse posset;* 5, 19 *quomodo;* 6, 17 *quibus;* 31, 2 *et caelestia*; 31, 16 *quaeretur* al.

II. DE FIDE ET OPERIBVS.

Codex olim Corbeiensis nunc Parisinus n. 13367 forma C minore pulchris litteris semiuncialibus saec. VI exaratus fol. 235 constat. numeri quaternionum in margine inferiore ultimae cuiusque paginae adpositi sunt. unde qua uia in bibliothecam Nationalem perlatus sit, folio 1 adnotatum est; nam in margine superiore legitur ‚*Corbeiensis*', in margine inferiore autem ‚*Sti. Germani a Pratis n. 762 olim. 223*'. liber pretiosissimus haec Augustini scripta complectitur: de opere monachorum, de fide et operibus, contra Donatistas, de bono uirginali, de bono coniugali, de bono uiduitatis. singula opuscula eadem manu scripta uidentur. sunt folia, ubi non solum litterae sed etiam toti uersus, quo facilius legi possent, manu posteriore renouati sint. uocabulum *que* et *bus* dat. et abl. omnibus locis compendiis breuiata redduntur uelut *itaq,, infirmioribꝰ*, aliae formae nonnisi in fine uersus, ex. gr. *uirtutē, mittā, nō, sū, cō‖tinentia, conferē‖tibꝰ., operā‖tibꝰ.;* sed utroque loco N adpositum est. pronominum ‚*noster*' breuiatum occurrit: $\overline{\text{NI}}$ = nostri, $\overline{\text{N}}$ = nostrum et noster: quo factum est, ut hoc loco alii codices ‚non' offerant; $\overline{\text{NOS}}$ = noster. de compendiis biblicis deprehenduntur: $\overline{dni}$ (*dominum* semel plenis litteris), $\overline{spitalem}$, $\overline{scae}$, $\overline{\dot{f}\dot{f}}$ = fratres. saepius peruerse syllabae dirimuntur: *apos‖tolus, nes‖cit, dis‖ceremus;* raro uoces se excipientes praue coniunguntur: *se dista* = sed ista. illud quoque quod memoretur dignum esse uidetur, ut loci scripturae sacrae

signis („) induci soleant; saepius pars uersus uacua relinquitur, ut eiusmodi loci initio uersus proponantur. hic illic scholia manu posteriore in margine adscripta leguntur uelut fol. 74 *mire*, fol. 76 *excellenter*, fol. 22 *optimū dic̄ eē ut omnia suis temporibus gerantur*. codex non solum manu librarii quamuis paucioribus locis correctus est uerum etiam manu posterioris correctoris; is autem non paucos locos deprauauit potius quam emendauit uelut fol. 126 (236, 17) *integritate*, fol. 127 (238, 3) *creddidit*, fol. 132 (246, 10. 11) *uitae cogitatur*, fol. 175 (200, 14) *ea*, quae genuina scriptura est, in *et* corrupit; fol. 175 (200, 21) *creatvre* alia. postremo hic illic manu recenti correcturae factae deprehenduntur. quae emendationes quin a Benedictinis profectae sint non est dubium. uelut fol. 198 lacuna qua oratio laborat in margine significatur uoce: *Omissio*. eidem uiri reuerendissimi etiam fol. 206 (322, 19) uiuit in *nouit*, fol. 218 (341, 7) *ad* in *ab* correxerunt.

Hic liber etsi uerba auctoris optime et plenissime seruauit, tamen mendis non uacat. unum genus idque longissime patens in eo consistit, ut et singula uocabula et totae sententiae omissae sint uelut fol. 13 (552, 2) *nam—suos*, fol. 12 (550, 22) *aliud in lege*, fol. 133 (247, 8) *fidelis—propter*, fol. 137 (254, 19) *esset*, fol. 139 (257, 15) *quomodo—domini*, fol. 143, (264, 15 *auctus*, fol. 149 (274, 8) *quam emendationi* alia. cum his locis omissiones commodissime ita explicentur, ut oculus scribentis propter similitudinem uocularum praecedentium aut sequentium facile aberrare potuerit, sunt alii. ubi non intellegitur qui fieri potuerit, ut uoces interciderent uelut fol. 218 (341, 10) *hoc saeculum* alia. raro id mendorum genus occurrit, ut aut uocabulorum partes aut uoces ipsae repetantur uelut fol. 142 (262, 14) *alia* ‖ *alia*, fol. 169 (192, 6) *non—seruatur;* hoc loco manu antiqua in margine adnotatum est: *Transi;* fol. 173 (197, 6) *alteri nuberet uel ille*. aliquot locis syllaba uerbi desinens repetitur uelut fol. 191 (224, 22) *dubitet et*, fol. 191 (224, 5) *habet et*, ubi corruptela eo explicatur quod tota sententia intercidit; fol. 209 (327, 13) *liceret et*. rarissime autem id genus reperitur, ubi sequens uox antecedenti similis

fit, fol. 188 (220, 21) *genere utendo.* unde facile corruptela intellegitur fol. 135 (250, 14) *ad damnum* pro *ad manum.* aliud genus mendorum omnibus fere codicibus uetustioribus commune in commutatione consonantium et uocalium consistit. atque uocalium persaepe ae et e commutantur: *praetia, saeueritas, repraehensorem, premonens, magisquae* alia; *e* pro *i* legitur: *sterelitas,* sed *eligisset;* o et u uariant: *robigo, mormure, communueram, cunubia, colpa* al. neque e pro œ, i pro y rarum est: *obedire, filacteria, neophitorum. neent* uel *ne*nt* bis occurrit. consonantes assimilationem respuere solent: *labsas, nubtias, scribtum;* sed orthographia ad certas leges non est redacta; legitur enim: *annuntiauerunt, impediret, imperitos, optemperare, apponuntur, alligamus, summissione, attingere.* aliquot locis b et u commutatae leguntur: *inflauatur, adpropinquauit; d.et t: inquid, reliquid; qu* et *c: quur, quoapostolis. h* modo omittitur, modo abundanter ponitur: *umeris* et *humeris, moecari, exortatio, habiit* = abibit, *honerosa, sthomacum.* duae uoces mihi dignae uidentur, quarum mentionem faciam, quia a communi usu recedunt, dico *idololatriam* et *humilare* siue *humilitare:* qua de forma cf. E. Wölfflin ‚Neue Bruchst. d. Fris. Itala p. 10'. illa in codice *C* prima manu omnibus locis legitur; semel m. 2 ‚lo' rasum est; *humilare* plurimis locis m. 2 in *humiliare* mutatur, in *humilitandi* forma *t* rasum est. quae cum non solum codice *C* sed etiam (in aliis opusculis) in codice Palatino s. VII praeberetur, in textum recepi. codici C par est adiungi eos qui cum illo cognatione continentur, codices Laudunenses.

Codex Laudunensis (= I; sic enim scribendum erat pag. I
34, non Z) n. 136 membr. miscell. in folio s. VIIII binis columnis confectus haec Augustini scripta seruauit. fol. 51 (‚Inc̄ beati Augustini de opere monachorum'; fol. 63 (‚Expl̄ liber beati Augustini de opere monachorum. Inc̄ eiusdem de fide et operibus'); fol. 74 (‚Expl̄ liber beati Augustini de fide et operibus. Inc̄ eiusdem de bono uirginali'); fol. 86 (‚Inc̄ expositio sc̄i Augustini in symbolo'); fol. 91 (‚Inc̄ de bono uiduitatis'); fol. 98 (‚Expl̄ sc̄i Augustini de bono uiduitatis.

Inc beati Augustini epi de cura gerenda pro mortuis ad Paulinum epm'); fol. 105 (‚Expl ad Paulinum epm. Inc de octo quęstionibus ad Dulcitium'). liber ab uno librario scriptus correctus est non solum prima sed etiam recentiore manu, quae quidem saepius loco corrupto non medelam attulit sed corruptiorem reddidit uelut p. 576, 3 *historum* L^1 (= *I*), *historicum* L^2 (= I^2). in tractatu de bono uiduitatis loci biblici signis („) inducuntur.

Eadem opuscula eodem ordine obseruato fol. 16—28, fol. 28—41, fol. 41 sqq., fol. 59—67, fol. 68—75 codex Laudu-
Z nensis (Z, non I, sicut p. 34 notatum est) n. 135 membr. miscell. in fol. s. VIIII exeunte exaratus complectitur. qui cum nescio quo humido loco asseruatus esset, damna traxit, ut compluribus deinceps foliis non singula tantum uerba sed totae sententiae perierint. hi sunt testes unius classis. nam scripturae codicum *IZ* et probae et spernendae cum Corbeiensi tam amice conspirant, ut haud a uero aberraueris dicens illos de hoc esse descriptos. quod ne cui temere affirmari uideatur, aliquot locos insignes attulisse sufficiat: 51, 24 *credere;* 67, 14 *pastoribus;* 271, 16 *dictio;* 257, 19 *nosse;* 250, 16 *autem* alia. 46, 16 *eos de C: corde IZ;* 563, 21 *cor C: eos IZ* sed utroque loco ‚cor' primo obtutu facile cum uoce ‚eos' mutari potest. neque mirum. notum est enim quam saepe in codicibus ex codice litteris semiuncialibus exarato *s* et *r* confundantur. quodsi *IZ* de codice *C* originem ducere acceperis, id quidem tum demum factum esse, cum *C* iam manu 2 temptatus esset, his locis probabilitatis quandam uim asse-
quitur: 248, 13 *ait C m* 1: *quod IZ qot* C^2; 269, 1 *diabolus diabolus* est C^2: *diabolus diabolus IZ;* 246, 14 *domino praecipiente;* 238, 3 *reddidit* C^1 *creddidit* (c *s. l.*) C^2*: credidit IZ;* 264, 15 *auctus* erasum in *C*, *om.* in *IZ*.

R De codice Regio n. 1924 s. VIIII cf. pag. XXXIII.

S Codex Monacensis 15813 (Sal. cap. 13) membr. miscell. in 2^0 fol. 102 s. VIIII exaratus est. inscriptio fol. 14 habetur, Inc liber sci Augustini de fide et operibus'; fol. 34 subscriptio

abest. haec folia unum uolumen effecisse uidentur; nam primi quaternionis numerus fol. 44 occurrit; numerantur autem omnino nouem.

Codex Monacensis 15815 (Sal. cap. 15) membr. miscell. in M 2° s. VIIII confectus fol. 119, fasciculis 14 + 7 fol. constat. a calce libri haec leguntur: ‚Liuphrammus quo iubente hicce codex exaratus est sedem episcopalem salisburgensis ecclesię tenuit inde ab anno 836 usque ad annum 856'; fol. 119 haec adnotata sunt: ‚Hunc humilis librum liuphrammus scribere fecit pius ecclesiae doctor pastor ubique Reddat in aeternum mitis cui praemia xps munere perpetuo.'

De codice Bruxellensi n. 10797 s. VIIII haec addenda sunt B in collationibus ad editionem Mignianam diligentissime confectis in exemplari tantum *B* littera apposita erat. atque id sufficiebat, quia E. Kalinka collationi etiam accuratam codicis descriptionem adiunxerat, quae tamen mihi ab I. Egger non est tradita. itaque cum nescirem quinam codices essent neque ex catalogo de tractatu de continentia cognoscere possem, litteris rogaui conseruatorem bibliothecae regiae Bruxellensis, ut me de ea re edoceret. is commodissime haec scripsit: Les manuscrits 10797, 10798, 10799 ne forment qu' un seul volume qui porte la cote 10796—10800. ita factum est, ut errarem scribens p. 140: codex Bruxellensis s. XII (est enim pars huius codices atque s. VIIII), cum alium esse librum manu scriptum quem haberem comparatum existimarem. codex *B* haec scripta complectitur: inde a fol. 25 de fide et operibus, fol. 62 sqq. de cura pro mortuis gerenda, fol. 81—105 ad Pollentium de adulterinis coniugiis, fol. 125—153 tractatum de continentia. liber id quod ex collatione iudico non solum prima manu correctus est sed etiam duorum aliorum non coaequalium correcturas perpessus est: quas cum nihil discriminis efficeret uno signo complexus sum. quid ad recensionem conferat, suo loco dicetur.

Codex Montepessulanus n. 407 in 4° s. X a librario diligenter N confectus hoc opusculum fol. 1 (‚Inc liber Aureli Augustini de fide et operibus') — fol. 42 (‚Expl de fide et operibus sci

Augustini') exhibet. continentur in eo praeterea de continentia fol. 64 (‚Inc tractatus beati Augustini de continentia; fol. 91 (‚Expl tractatus beati Augustini de continentia'); fol. 42 inscriptio omissa est; fol. 63 (‚Expl ad scm Paulinum epm Nolensem de cura gerenda pro mortuis'). codex in uniuersum iudicanti probis testibus adnumerandus est.

P Codex Parisinus (Mazarineus) 1643 s. X—XI exaratus fol. 63—86 Augustini uerba neque tamen plena reddit; finitur enim pag. 97, 12 parte uocis, renuntiantes'. quae cum ita sint, errasse me et pag. 97 in adnotatione critica u. 15 et 18 *P* expungendum esse luce clarius est.

A Codex Metensis s. Arnulphi n. 229 in 4^0 s. XI scriptus neque foliorum neque paginarum numeris instructus est. hunc librum etiam Benedictinos adhibuisse ad adornanda Augustini opera scripturis inde prolatis apparet. praeter hoc opusculum alios duos tractatus offert. ‚Inc tractatus beati Augustini de continentia; expl tractatus beati Augustini de continentia' et ‚Inc liber sci Augustini epi ad Paulinum Nolensem epm de cura pro mortuis gerenda. Expl ad scm Paulinum Nolensem de cura pro mortuis gerenda'. liber etsi bis correctus est tamen lacunis foedatus est; ad locum p. 145, 1 additum est in margine: ‚da memorię usque ad finem paginę'.

β Codex Bernensis n. 162 s. XI confectus est. fol. 1 haec apposita sunt: ‚Augustini opera XII. X, ex libris Petri Danielis Aurelii 1564'; idem folio 10 adnotatum est. in codice haec opuscula habentur: fol. 72 (‚Expl de sca uirginitate. Inc liber Aureli Augustini catholici de bono coniugali'); fol. 84 (‚Expl de bono coniugali'); fol. 85 (‚Inc de bono uiduitatis'); fol. 95 (‚Expl liber sci Augustini de bono uiduitatis'); fol. 1 (‚Inc liber Aurelii Augustini de opere monachorum'); fol. 16 (‚Expl liber beati Augustini de opere monachorum. Inc eiusdem de fide et operibus'); fol. 33 (‚Expl liber beati Augustini de fide et operibus'). in hoc opusculo additamenta fol. 18 (p. 42, 4) et fol. 26 (p. 70, 5) a ceteris codicibus abhorrent.

Ch Codex qui in bibliotheca ciuitatis Charleville asseruatur, arnulfi libellus nomine sancti, sicut adnotatum est, n. 21

s. XI foliorum et paginarum numeris caret. hoc opusculum quaternione XXIX hoc initium capit: ‚Inc liber Aurelii Augustini de fide et operibus'; subscriptio a codice abest. idem liber inde a quat. XXVII tractatum sci Augustini de continentia exhibet et a quat. XXVIII, incipit liber sci Augustini epi ad Paulinum Nolensem epm de cura pro mortuis gerenda'; quat. XXIX ‚Expl ad scm Paulinum epm Nolensem de cura pro mortuis gerenda'. in hoc opusculo inde a cap. XIII scripturam *Ch* in adnotatione omisi; in tractatu de fide et operibus ab initio aliquot scripturas recepi, cum librum mendositate et inprimis lacunositate ceteris praestare uiderem. plenam eius lectionem in opere de continentia reddidi. fol. 1 adnotatum est: ‚codex MS Bibliothecae Buherianae E 68 MDCCXXI. fol. 79 praesecti compluria uocabula desunt; fol. 82 (p. 169, 1) et fol. 90 (p. 182, 9) uoculae erasae sunt, fol. 90 (183, 2) ultimus uersus trucidatus est.

E codice Coloniensi n. 77 s. XII paucissimas scripturas, X ex libro Cassinensi n. 168 s. XI, cuius partes examinatas ξ I. Egger mihi tradidit, nihil in apparatu obtinere passus sum; ceterum liber adtribuendus est familiae codicum *RSMBNACh*, sed corrector ad exemplar classis *CIZ* emendauit.

Omnes quos in textu refingendo adhibui codices ex duobus fontibus hausti sunt abeuntque in duas familias, quarum alterius testes sunt *CIZ*, alteram libri *RSMBNA* efficiunt; codices *PXCh*βξ mediam tamquam uiam tenent modo cum hac modo cum illa parte facientes, propius tamen ad alteram classem accedunt. cur ita statuendum sit, de codicibus *CIZ* supra uidimus, de ceteris iam uideamus: 35, 7 *professione*] *confessione RSMBNACh;* 36, 2 *et retenta RSMBPAChXN;* 37, 3 *Quibus om. RSMBNA;* 37, 20 *domini nostri RSMB NA*β*;* 36, 14 *ambage RSMBNA*β*;* 40, 1 *argue*] *corripe RSMB corripite N corripit A;* 47, 12 *iam*] *illis RSMBNA;* 93, 24 *ex aqua et spiritu RSMBNPAX;* 87, 10 *in duo diuiserit uitam*] *in duobus erit uita RSMBN in duobus dixerit uita A;* 72, 18 *uxoriae*] *luxoriae RSM luxuria N luxurie A;* 78, 18 *penitentiam egerint PX egerint paenitentiam RSMBNA;* 57,

8 *sacerdotio sacrilego RSMBNA;* 61, 5 *Quamobrem*] *quare RSMBNA* al. artissime autem codices *RSMB* cohaerere inter se hoc miro exemplo euincitur: 48, 19 *exposui obiectio BMS, R in mg.;* 49, 8 *in obiectione uoluuntur RSM, B in ras.;* 50, 24 *obiectio spado RSMB, N in ras.* apparet uocem obiectionis primitus ab interprete quodam in margine appositam a librariis in textum receptam esse. manifestae interpolationis uestigia in *PX* 60, 8 reperiuntur: *ait*] *at ille ait.* codex β nescio quo pacto hic cum altera familia plerumque consentit, cum in aliis scriptis perpetuus comes sit *CIZ.* omnium autem librorum *C* uerba auctoris integerrime et plenissime conseruauit: quem fidissimum ducem ita amplexus sum, ut nisi scripturas a sana sententia abhorrentes offerret eum numquam deseruerim. qui ubicumque siue propter corruptelam siue propter lacunositatem deserendus erat, aliis codicibus miro fortunae beneficio illis ipsis locis sanis ad suppetias commodissime uti poteram.

Codicum Vaticanorum n. 470 s. XI et n. 484 s. XI quorum partes R. Cauer contulit ille ad secundam classem pertinet, hic priori adnumerandus esse uidetur.

III. DE AGONE CHRISTIANO.

In satis magno numero codicum hunc tractatum praebentium
C et uetustate et bonitate prima tenens codex olim Corbeiensis nunc Petropolitanus Lat. Q. v. I. 3 membr. miscell. in 4° s. V exeunte, ut illi quidem qui eum hunc in usum comparauerunt et descripserunt confidenter atque optimo iure affirmant. litteris uncialibus exaratus fol. 153 fasciculis XX constat, id est duobus trionibus (I fol. 6 et VIII fol. 60) et septemdecim quaternionibus; quaternio XVIII enim desideratur, id quod etiam in codice adnotatum est: nam supra quat. XVII manu recenti additum est: *hic desunt plura folia.* numeri et quaternionum et trionum in margine inferiore ultimae cuiusque paginae appositi sunt. qua uia in bibliothecam Caesaream Petropolitanam perlatus sit, ex iis quae in fronte fol. 1ª uerba Augustini non continentis adnotata sunt cogno-

scitur: *Ex libris S. Petri Corbeiensis;* eodem folio et folio 152 adscriptum est: *Ex Museo Petri Dubrowski.* qua de re cf. Leopoldi Delisle ‚Le Cabinet des manuscrits II 55 sqq.' et ‚Neues Archiv für Geschichtskunde. Neue Folge Bd. V 24 sqq.' quae opuscula Augustini hic codex conseruauerit, ex iis quae fol. 1^{b} manu recenti exarata sunt cognoscas: ‚Hic habentur Libri duo S. Augustini ad interrogationes Simpliciani, Contra epistulam fundamenti, De agone Christiano, De Doctrina Christiana'. fol. 86 inscribitur: ‚Inc de agone christiano Aureli Augustini; subscriptum est fol. 106 ‚Explicit de agone'. paginae bipertitae sunt; uersuum numerus uariat.

Codex Petropolitanus ab uno librario diligenter scriptus omnium librorum uerba Augustini integerrime seruauit. manu correctrice 108, 19 scriptura genuina deprauata est; 103, 11 *est* dextre suppletur. orthographia quae dicitur non ad certam quandam normam redacta est: *scribtura, labsam, ammonemur* al. genus mendorum latissime patens permutatione et confusione uocalium et consonantium nascitur uelut: *quum* (sic semper), *loquutus, sequutionibus, quius, incunari* (120, 24), *edos, scismaticos, stomacantur, triumfantem: eramentum, letatus, compraehendere, aeclesia* (et eclesia); *diabulo, monitus* = munitus al. de coniunctione ‚sed quod autem', quam *C* unus prae se fert, cf. Goldbacher Corp. script. Lat. eccl. uol. XXXIIII p. 21, 23.

Codicis Palatini n. 210 membr. miscell. in 4° fol. 270 s. P VII scripti descriptionem Reifferscheid confecit in Bibl. Patrum Lat. Italica I 221. in eo haec Augustini opuscula insunt. fol. 2 (3?) ‚sci Augustini de bono coniugali'; fol. 22 ‚Explicit liber sci Augustini de bono coniugali'; fol. 22 b ‚Sci Augustini de sca uirginitate'; fol. 49 ‚Explicit liber sci Augustini de sca uirginitate deo gratias'; fol. 49 ‚Sci Augustini ad Iulianam de uiduitate seruanda'; fol. 67 ‚Expl liber sci Augustini de bono uiduali'; fol. 67 (non 1, sicut p. 531 scriptum est) ‚Inc ad Aurelium epm de opere monachorum'; fol. 111 ‚Expl ad Aurelium de opere monachorum'. is nescio quis qui alteram eius collationem confecit codicem sexies correctum

esse affirmat. tamen cum nihil interesset manus accurate distingui plerumque nisi m. al. et m. 2 non notaui. atque primum manu alia paulo librario recentiore temptatus est. is multis locis a scriba omissa in margine aut supra lineam apposuit uelut 209, 17 (fol. 13); 210, 11; 214, 15 (fol. 15); 217, 13 (fol. 16); 221, 23 al. tum manus s. VIIII nonnulla deprauata emendauit, omissa suppleuit uelut 292, 8; 297, 14. compendiorum usus in eam partem latius patet quam in codice Corbeiensi 13367, quod non solum in fine sed etiam mediis uersibus abbreuiatur uelut *tolerãdo*, *cõpleretur*. neque in rebus ad orthographiam pertinentibus et in permutatione uocalium consonarumue multum ab illo differt. legitur enim: *spraetas*, *faeminae*, *cupulentur*, *requiescire*, *debitaueris*, *conuibia*, *aput*, *inquid*, *optulistis*, *conmune*, *summissione*, *ammonet*, *quemammodum*. confusione consonantium *u* et *b* illud mendum 334, 23 natum est. uno loco (235, 9) *seruibant* occurrit.

R De codice Veronensi XXXIII. 31. cf. pag. III.

M Codex Monacensis n. 14492 (Em. E 114) membr. in 4° fol. 141 s. VIIII exaratus est. tractatus fol. 110—141 habetur (‚Expl Retractatio. Inc liber sci Augustini epi de agone christiano', ‚Expl de agone christiano Augustini epi liber unus'. hic liber animum legentis signis („) in locos scripturae sacrae aduertens frequentibus scholiis marginalibus insignis est, quorum aliquot afferri necesse est, quo quid necessitudinis huic libro cum duobus sequentibus intercedat facilius cognoscatur: fol. 126 (118, 21) *hic patripassianos designat;* 119, 4 *hic paganos insinuat;* fol. 127 (120, 8) *hic fotinianos insinuat;* 120, 16 *hic manicheos insinuat* al.

H Eadem scholia in codice Sangermanensi n. 13365 s. XI occurrunt, cuius fol. 1—16 hic tractatus implet. ad eius originem spectat adnotatio fol. 1 facta: *Liber Sti Petri Corbeiensis* et in margine inferiore: *Sti Germani a Pratis n. 1287 olim* 210.

B Etiam codex Bambergensis B. III. 13. s. XI illa scholia prae se fert; tamen eo differt a superioribus, quod haec additamenta non in margine sed mediis uersibus litteris

maiusculis adscripta sunt. cum hi codices (*MHB*) singulares scripturas 101, 8; 102, 22; 105, 7; 109, 20; 111, 11; 135, 13; 136, 9; 113, 21; 116, 9 offerant, apparet eos de communi fonte manare. sed in *H* multa reperiuntur, quae in *M* m. 2 addita sunt uelut 116, 21. pag. 104, 15 unum folium intercidit, ut usque ad p. 106, 20 omnia desiderentur. quare p. 105, 8; 106, 15 *B* expungendum est.

Codex Regius n. 1969 membr. miscell. fol. 212 ad s. VIIII S referendus est. adnotatio fol. 212 facta eius originem prodit: *hic ē liber sci marcialis* (= Lemmouicensis) *bonus et optimus.* hoc codice praeter hoc opusculum tractatus de sancta uirginitate continetur: fol. 121 ‚Inc liber sci Augustini de sca uirginitate'; fol. 143 ‚Expl de sca uirginitate'; fol. 144 ‚Inc liber de agone christiano' (praecedente Retractatione); fol. 157 ‚Expl de agone christiano'. hic liber foede turpatus est lacunis 122, 5; 129, 7; 134, 24—136, 20, etsi m. 2 in mg. quae omissa erant saepius suppleuit. inde p. 135, 10. 13 *S* in adnotatione delendum est.

Codex Sangermanensis n. 13756 membr. in 4° s. VIIII G scriptus hoc opus fol. 119 (‚Liber sci Augustini de agone christiano')—143 (‚Expl de agone. Inc expositio simboli sci rufini') exhibet. fol. 119 adeo praesectum est, ut aliqua desiderentur 101, 8—15; 102, 8—13. ad originem libri spectant quae adscripta sunt: *liber iste uocatur uitas patrū estque bibl. Sti germani a pratis n. 1041 olim 409 Sti mauri petri fossatensis.*

Codex Cluniacensis (n. 30 du fonds de Cluni, n. 1448 du γ fonds latin de Nouvelles acquisitions) 285 × 205 fol. 214 s. VIIII quinque Augustini opera complectitur: fol. 111 ‚Expl Retractatio. Inc liber sci Augustini de agone christiano': fol. 125 ‚Expl de agone'; fol. 2 .Inc sci Augustini de bono coniugali'; fol. 22 ‚Expl liber sci Augustini de bono coniugali'. Expl Retractatio. Inc liber sci Augustini de sca uirginitate'; fol. 46 Expl liber sci Augustini de sca uirginitate'; fol. 47 ‚sci Augustini ad Iulianam de uiduitate conseruanda'; fol. 62 subscr. abest; fol. 74 ‚Inc liber sci Augustini ad

Aurelium epm de opere monachorum'; fol. 98 ‚Expł ad Aurelium de opere monachorum'. animaduertendum est hunc librum cum Palatino in subscriptionibus et inscriptionibus consentire; concordare autem eum etiam in uerbis postea uidebitur. liber deprauatus est lacunositate quamquam bis correcturam passus; altera manus autem saepius bonas scripturas in deterius emendauit uelut fol. 113 (106, 1); 111, 20. 121, 5 et 134, 20 eius lectio ab omnibus libris differt.

V Eadem quinque opuscula in codice Vindobonensi n. 1021 s. X exarata sunt. hic liber mutilus est; finitur enim fol. 112 (569, 19) tractatus de opere monachorum.

L Codici Vindobonensi aptissime adiungitur codex Vossii Leidensis n. 114 s. X. in utroque enim tam conspicuae quaedam scripturae in opere de agone christiano occurrunt, ut haec similitudo nisi affinitatis aliquo uinculo explanari nequeat; cf. 103, 12; 104, 17. 20; 106, 18; 109, 16; 124, 12; 129, 1; 136, 10; 135, 19. sed in *V* quaedam emendata sunt uitiosa relicta in *L* uelut 104, 10; 120, 4.

W Codex Vindobonensis n. 1008 s. X—XI inscriptione omissa subscribit fol. 33 ‚Expł de agone'. hic liber a librario prorsus inscio confectus nihil quidem utilitatis sed hoc habet, ut lacunis hiet et scholiis mediis in uersibus rubricatis abundet ut fol. 15 (117, 22) ‚quibus triumphus agonis fides spes et caritas', fol. 16 (118, 17) ‚de fide qualiter credamus ueru deu', 118, 23 ‚de heresibus cauendis' al. 123, 5 *sapientia dei patris* unus cum editione principe affert.

F Codicis Floriacensis n. 165 s. XI quem a Benedictinis comparatum et adhibitum esse lineae rubro colore in margine passim ductae docent uarietatis partes huius opusculi in adnotationem recepi, plenam in scriptis quae praeterea continet. sunt autem haec: p. 53 ‚Inc liber eiusdem de diuinatione daemonum'; p. 66 ‚Expł liber de diuinatione daemonum'. haec quoque codicis pars a Benedictinis collata est. p. 246 ‚Inc liber sci Augustini epi de paciencia'; subscriptio p. 268 abest; sequitur enim sermo beati Ambrosii.

U Codex Regius n. 2700 (olim Colbertinus 4962, Regius A.

550, 5) s. XI a Benedictinis adhibitus opusculum fol. 77 (‚Inc̄ liber Aurelii Augustini de agone christiano')—94 ('Expl̄ liber sc̄i Augustini de agone christiano') continet. post subscriptionem haec addita sunt: ‚Sententiae de libro sc̄i Augustini de opere monachorum ad Aurelium epm missae', quae usque ad fol. 100 decurrunt.

Codex Montepessulanus n. 137 s. VIIII (non XI—XII, sicut N
p. 100 scripsi; aliae enim codicis partes ad saeculum XI—XII spectant) praeter hoc opusculum etiam de patientia tradit. hunc tractatum fol. 57 (‚Inc̄ liber Aureli Augustini de agone x̄pi ano')—fol. 69 (‚Expl̄') continent. mira sunt additamenta, quae cum *R* fol. 62 (118, 13) et 137, 13 offert; cf. 105, 4. sed et in aliis scripturis bonae frugis plenis cum eo consentit et in lacuna 120, 17. fol. 62. 63 (118—124) multa scholia in margine apposita sunt. uelut patripassiani, pagani, arriani, apollinaristę, manichei al. tractatus de patientia fol. 69—77 occupat. in hac quoque parte librarius manui correctoris multa purganda reliquit.

Codicis Coloniensis n. 71 s. XI aliquot scripturas recepi; K
est enim, si quidem hoc opusculum spectatur, in numero contaminatorum habendus. in tractatu de patientia erant, quae suaderent, ut paene plena eius lectio locum obtineret.

Non est dubium, quin omnes codices uariis riuulis ex uno fonte fluxerint; abire autem in duas classes docet p. 191, 7 quarum alterius *P* principem locum obtinet. atque in codicibus hunc tractatum praebentibus melius quam in aliis cognoscitur librarii tantum abesse ut exemplaris uerbum de uerbo describerent ut obsequiose libidini suo Marte ut aiunt emendandi exempli iusto plus indulgerent. neque mirum, modo loci scripturae sacrae, modo res quae tractantur ansam ei libidini explendae dabant. aliis autem locis aut ad intellegendum difficilioribus aut uitiose traditis minus id agebant, ut quid in exemplari scriptum fuisset extricarent quam quid suo quisque ingenio assequi posset. textus fundandus est codice *C* non quod uetustissimus sed quia optimus est, id quod primo quisque obtutu intelleget: quo deserente *P* munere fungitur.

hinc proficiscendum erit, ubi illa grauissima quaestio soluenda erit, quis testium coaeuorum aut certe tempore non multum distantium ex Italia aut Gallia aut Germania oriundorum praeferendus sit. nam illud in dubitationem uocari non potest mature textus ut ita dicam prouinciales propagatos esse; cf. in opusculo de bono coniugali et de sancta uirginitate codices *CPK*. sed neque huius loci neque huius temporis est eam quaestionem longius persequi. arto natiuitatis uinculo *VL* cohaerere locis docetur quales sunt 103, 12 *cibus diaboli peccator est;* 106, 18 *sit malum*] *stimulum;* 129, 1 *se*] *sedere;* 136, 10 *eis;* 135, 19 *claritatem* al. consanguineos haud inepte *MHB* dixeris; eorum autem *B* similior est *M* etsi statui oportet in *B* multa reperiri quae in *M* m. 2 restituta sunt uelut 116, 21 al.; nam in *H* singularia quaedam ab illis libris aliena occurrunt. ceteri codices mediam quandam uiam gradiuntur modo huic modo illi parti se applicantes.

Praeterea aliquot codicum singulares locos inspici iussi, quorum codex Monacensis n. 7949 (Kaish. 49) s. XIII et codex Wolfenbuttelensis 413 (Helmst. 281) s. XII familiae codicis *P* adnumerandi sunt, cum codex Dauensis n. 275 s. X suam uiam teneat prorsus dissentiens a ceteris, ut p. 101 et 102 hic recipiam.

Incipit liber de agone christiano sancti Augustini episcopi.

Corona uictoriae non promittitur, nisi ex fide certantibus aduersus inimicum. in diuinis autem scripturis assidue inuenimus promitti nobis coronam si uicerimus aduersarium, sicut sanctus apostolus paulus dicit: opus perfeci, cursum consummaui, superest mihi corona iusticiae quam mihi reddet iustus iudex in illa die. debemus ergo cognoscere qui sit ipse aduersarius, qui aduersus seruos dei semper rebellat. quem si uicerimus, a christo coronabimur, quia ipse est nobis hostis quem ueniens in carne dominus noster iesus christus filius dei hominis filius fieri uoluit et prior deuicit eundem, ut iam nos in illo permanentes uincamus ipsum hostem per eundem iesum christum filium dei qui est uerbum uirtus et sapientia dei patris omnipotentis per quem facta sunt omnia, qui est super omnem creaturam et semper incommutabilis permanet. quia sub ipso est creatura etiam quae non peccauit, quanto magis sub illo est omnis creatura peccatrix. ergo quoniam sub illo sunt etiam omnes sancti et angeli, multo magis sub illo sunt omnes preuaricatores angeli. quorum diabolus

princeps est. sed quia idem naturam nostram deceperat, dignatus est unigenitus dei filius christus ipsam naturam nostram per uirginem suscipere, ut de ipsa diabolus uinceretur, et quem idem aduersarius semper sub se habere putabat, magis sub nobis captiuum eum faceret. de ipso enim in euangelio dicit: princeps mundi huius missus est foras, non quia extra mundum missus est quomodo quidam heretici putant, sed foras ab animis et mentibus eorum qui coniuncti credunt christo filio dei et iam mundum non diligunt cuius ille princeps est et dominatur hominibus qui diligunt auaritiam, diligunt mundum et ea quae in mundo sunt, diligunt etiam temporalia bona caduca, non quia inimicus est dominus mundi huius, sed princeps est cupiditatum mundi huius quibus concupiscitur omne quod transit, ut ei subiaceant qui neglegunt eternum dominum qui omnia bona creauit, et diligunt caduca et mundana. radix enim est omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes naufragauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis. per hanc cupiditatem regnat in stultis et in uanis hominibus et cupidis diabolus et tenet cor eorum. tales sunt omnes qui seculum diligunt. mittitur autem diabolus foras mentibus hominum, quando ex toto corde abrenuntiat homo huic mundo, et credit filio dei uiui, et mandata eius facit. sic enim abrenuntiatur satanae qui princeps est huius mundi, quando renuntiatur corruptelis et pompis et uoluptatibus eius et concupiscentiis carnis. ideoque ipse dominus iam triumphante natura, hoc est carnem hominis quam ipse susceperat dicens: forti animo estote ego uici mundum.

IIII. DE CONTINENTIA.

Huius opusculi pauci codices neque uetustate neque bonitate insignes exstant et eorum optimus est codex Treuericus T n. 160 membr. miscell. 178 × 215 fol. 91 s. VIIII scriptus. continet autem haec tria Augustini opera: fol. 35—48 ‚liber sci Augustini epi ad Paulinum Nolensem epm de cura pro mortuis gerenda'; fol. 48 ‚Expl liber Aurelii Augustini ad Paulinum Nolanae urbis epm de cura pro mortuis gerenda. laus trinitati perpetua atque gloria regni tui tribunal et potestas ardua quam laudet omnis mundialis usia supraque mundum dignitas angelica amen'; fol. 49—74 ‚ad Pollentium de adulterinis coniugiis sci Augustini liber'; fol. 74—91 ‚tractatus sci Augustini epi de continentia'. in omnibus partibus liber duabus manibus multum temptatus tamen numerositate lacunarum deformis est. si cum aliis codicibus comparatur, magna est in uniuersum eius auctoritas.

M De codice Montepessulano n. 407 s. X cf. pag. XI.

A De codice Metensi s. Arnulphi n. 229 s. XI cf. pag. XII.

D Codex Diuiodunensis n. 148 membr. miscell. in 4° s. XI scriptus est. hoc opusculum inde a fol. 105 (‚Inc liber sci Augustini epi de continentia') usque ad fol. 124 (‚Expl liber de continentia') decurrit. multos libri locos m. 2 perpurgauit, alios siue probos siue deprauatos corruptiores reddidit.

Ch De codice qui in bibliotheca urbis Charleville asseruatur n. 21 s. XI cf. pag. XII.

C Codex Monacensis n. 17055 (Scheftl. 55) membr. miscell. in 2° fol. 128 s. XII confectus est. tractatus de continentia fol. 92 (‚Inc liber Augustini epi de continentia') usque ad fol. 103 (‚Expl tractatus sci Augustini de continentia') occupat. hic liber manu scriptus multas scripturas peruerse tradit; idem alias praebet quae in editione Amerbachiana leguntur ut p. 147, 9; 152, 3; 154, 17 al.

B De codice Bruxellensi s. VIIII cf. pag. XI.

X Codex Trecensis n. 1002 membr. miscell. in folio s. XII nitidissimis litteris a librario confectus folia 163 continet. hoc opusculum fol. 90—124 occupat. fol. 90 haec inscriptio habetur: ‚Inc liber eiusdem de continentia'; fol. 124 subscriptum est: ‚Expl liber sci Augustini de continentia'.

R Codex Remensis n. 2033 s. XIII scriptus perhibetur. fol. 1 in margine superiore adnotatum est: 'Liber Sti. amandi in pabula', in margine inferiore eiusdem folii haec leguntur: ‚Codex Telleriano-Remensis 257, Reg. 3638' et fol. 2 in fronte haec prae se fert: ‚Liber Sti. amandi Elnonensis Cenobii'. tractatus folia 177 (‚Inc tractatus eiusdem de continentia') usque ad fol. 187 (‚qui uiuit et regnat amen. Expl liber sci Augustini de continentia') complectitur. hic liber aliquot scripturas prorsus alienas solus praebet; sunt autem loci alii, ubi genuinam lectionem seruauit.

Cum nullus codicum ad crisin adhibitorum textum qui dicitur integrum et plenum seruauisset, facere non potui, ut unius alicuius libri testimoniis uerba restituerem. codex *T* etsi uario mendorum genere inquinatus est tamen cum ceteris et uetustate et

pretio praestet non quidem auctor omni fide dignus sed quia probiorem inuenissem nullum mihi sequendus erat. eius scripturis pluribus locis ceteri refragantur uelut p. 142, 4. 19; 144, 4; 145, 10; 146, 21; 148, 12; 151, 21. 25; 152, 10; 153, 2; 160, 22; 165, 7 al. codices *DX* et *ACh* affinitatis quendam gradum insignibus lectionibus produnt ut 183, 2; 165, 10; 170, 22; 166, 17; sed postremo loco etiam *T percucientibus* offert et 174, 18 *glorię* e scriptura codicis *B* qui *langoriae* exhibet explicatur. omnes codices autem ex archetypo aut lectu difficili aut uitioso deriuatos esse ueri simillimum est; ita enim facillime explicatur quomodo fieri potuerit ut p. 152, 21 et 154, 17 scripturae uarient. aliae uero discrepantiae et deprauationes tales sunt quales per tractum saeculorum uerba scriptorum trahere comparatione aliorum librorum docemur. quamquam autem codices uitiis omnimodis inquinati sunt, tamen recte pensitati ad restituendum textum ab omni difficultate liberum sufficiunt. ad uerba ita refingenda, ut textus solidus, ut ita dicam, exeat, supellectile critica qualis nunc quidem parabilis est destituimur.

Praeterea singulares locos codicum Vaticanorum n. 469 et 447 (= *v*) s. XV et codicis bibliothecae ciuitatis Vitry-le-François n. 65 s. XII (= *F*) comparari iussi. quorum praestantia ut perspiciatur, liceat aliquot locos adiungere: 141, 12 *qua coniugale uinculum v qua coniugali uinculo F;* 141, 14 *quoque om.;* 141, 16 *donum dī;* 142, 4 *uideretur;* 142, 19 *non inde;* 183, 7 *mea;* 183, 12 *faciem tuam a me v;* 183, 12 *autem om. F;* 183, 14 *a rectore desertus v; ne — rectore om. v; desereret ipse F.*

V. DE BONO CONIVGALI.

De codice Corbeiensi 13367 s. VI cf. pag. VII. C

De codice Palatino 210 s. VII cf. pag. XV. P

Codex Coloniensis n. 76 membr. miscell. in 4° fol. 222 K fasciculorum XXVIII uersuum 20—21 in singulis lineis s. VIII haec opuscula continet. fol. 23 ‚Inc̄ eiusdem de bono pacientiae'; fol. 33 p. 687, 14 uerbis ‚quae non solum' hic tractatus

finitur. quae usque ad fol. 40, quod illius subscriptionem ‚Expl liber sci aug de bono patientiae' offert, sequuntur, ad alium s. Augustini tractatum pertinent. fol. 40 ‚Inc liber eiusdem de bono coniugali'; fol. 77 ‚Expl de bono coniugali. Inc de sca uirginitate'; fol. 129 ‚amen. Expl de sca uirginitate. Inc de nuptiis et concupiscentia ad Valerium magistrum equitum'; fol. 107 et 108 pars praesecta est, fol. 108 et 109 in margine inferiore duo uersus rasi sunt; fol. 114 periit. quaternionum numeri deprehenduntur fol. 24. 32. 40. 48. 56. 64. 72. 78. 86. 94. 110. 125. codex et manu scribentis et alia manu correcturas passus est; saepius si quid corrigendum erat, in margine signum certum apponitur. hic liber ad emendandum opusculum de patientia parum confert non tam quod mutilus est quam quod erratis squalet; tamen sat multas scripturas probas cum codice Leidensi adtestatur. in duobus aliis opusculis quae hoc uolumine continentur et in libro de nuptiis et concupiscentia fons est, ex quo multi libri, qui in Germaniae bibliothecis asseruantur, pendere uidentur. hic illic scholia in margine leguntur uelut ‚de humanitate', ‚quod Iohannes non passus est', ‚de humilitate' al. uestigia apertae interpolationis deprehenduntur 255, 17; 263, 9; 277, 1; 297, 19. codex de exemplo scriptura continua et litteris uncialibus exarato descriptus esse uidetur. quod cum ex singularibus quibusdam erroribus tum inde apparet, quod compluribus locis uocabula perperam aut dirempta aut coniuncta sunt. maxime autem eo genere uitiorum inquinatus est, ut uocales et consonae confundantur. ac uocalium quidem persaepe *e* et *i* permutantur idque frequentius in radicibus et in terminationibus coniugationum quam declinationum: *diliciis, lugite, requiescerit, eligisset, querilla, debit, nubcri* al. non minus frequenter occurrit *u* pro *o*: *diabuli, apostulus, ignuscitur, luxoria* al. aspiratio contra usum tritum et posita et neglecta est: *nihilhominus, honeratus, moecari, exortatione* al. consonarum saepius *b* et *u* confunduntur: *liueraturus, superuia, flebit* (= fleuit), *multiplicauis* al.; *d* et *t*: *adque, aput*, raro *c* et *qu*: *longinco, secuntur;* semper *scribtura, nubtiae* et quae sunt

similia. semel *ipsud* legitur. consonantes praepositionum nominibus et uerbis praefixarum plerumque assimilationem respuunt neque tamen certa quaedam lex obseruatur. aliud genus satis late patens additione m litterae parasiticae continetur: *mortalem consortium*, *a iustitiam*, *de paenitentiam*, *de continentiam*. rarius aut syllaba praecedens repetitur aut consonans sequentis uocis affigitur: 244, 7; 246, 3; 292, 12. quae scripta praeterea contineat cognituri adeant catalogum.

De codice Cluniacensi 30 (Nouv. acqu. 1448) s. VIIII cf. γ
pag. XVII.

Codex Coloniensis 78 membr. miscell. fol. 96 s. VIIII—X H
exaratus est. in eo insunt haec scripta: fol. 1 ‚Inc̄ de bono coniugali'; fol. 22 ‚Expl̄ liber sc̄i aug̅ de bono coniugali. Inc̄ eiusdem de sc̄a uirginitate'; fol. 55 ‚Expl̄ liber sc̄i aug̅ de sc̄a uirginitate. Inc̄ eiusdem ad Paulinam de uiduitate conseruanda'; fol. 78 ‚amen. Expl̄ liber sc̄i aug̅ de bono uiduali. Inc̄ ad Probam de orationis modo liber quem in libro superiori de bono coniugali ad Iulianam edito nominauit'. eadem subscriptio in *P* legitur. liber et prima manu et alia perpurgatus tamen multis lacunis laborat. saepius accentus uocabulis adduntur uelut *miscêri*, *âdeo*, *quandóquidem*, *concídit* al. etiam scholia hic illic occurrunt uelut, si mulier uiro suo uiuente castitatē uoueat et post mortem uiri sui alteri nubat non possum dicere illud non esse coniugium sed adulterium sed dicere possum a proposito meliore eam esse lapsam'. singuli uersus lineis 22 implentur, quaternionum numeri leguntur: a. b. c. d. e. f. g. h. i. totus liber ab uno librario scriptus est.

De codice Vindobonensi n. 1021 s. X cf. pag. XVIII, ubi A
littera *V* insignitus est.

Codex olim Bigotianus nunc Regius n. 2150 signatus s. X R
scriptus praeter hoc opusculum, quod fol. 45 (‚Inc̄ sc̄i aug̅ de bono coniugali')—54 (‚Expl̄ liber sc̄i aug̅ de bono coniugali') occupat, inde a fol. 54—69 librum de sancta uirginitate exhibet. uerba auctoris saepius correcta sunt et maximam quidem partem ab eo qui codicem edolauit; plures correcturae

ad aliam manum librario non coaequalem referendae sunt. hic liber, quem Benedictinos adhibuisse uerisimile est, cum superiore haud raro conuenit, aliquot genuinas scripturas cum optimo teste prae se fert.

F Codex Regius n. 2730 membr. s. X fol. 41—95 opusculum continens de optimo fonte descendere dicendus est.

D Codex Bambergensis B. III. 18. s. XI exaratus est. hic tractatus fol. 18—30 occupat. liber quamuis ab interpolatione non liber considerandas scripturas offert neque tamen etsi saepissime a parte P stat prorsus inde pendere dicendus est. exhibet enim etiam lectionem bonam cum codice *C* consentientem. praeterea in eo insunt fol. 30—48 de sancta uirginitate, fol. 48—58 de bono uiduitatis, 1—18 de opere monachorum. in his quoque opusculis bonis testibus adnumerandus est.

M Codex Monacensis n. 14491 (Em. E 114) membr. in 4° fol. 191 s. XI exaratus fol. 58—78 opusculum de bono coniugali, fol. 78—107 de sancta uirginitate, fol. 107—123 de bono uiduitatis exhibet. in omnibus opusculis non per se ipse aliquid ualet pendens maximam partem a codice Coloniensi 76 aut de exemplari prorsus consimili.

Cum codice *M* hi libri eadem opuscula continentes cohaE rent aliqua affinitate: codex Monacensis n. 15809 (Sal. cap. 9)
X membr. in 2° fol. 114 s. XII; codex Vindobonensis 849 s. XII
α et codex Admuntensis n. 502 item ad s. XII referendus. ab
N his aliquantum declinat codex Monacensis n. 17057 (Scheftl. 57) membr. in 2° fol. 110 s. XII praeter haec opuscula etiam tractatum de opere monachorum complectens.

B De codice Bernensi n. 162 s. XI cf. pag. XII, ubi littera β signatus est.

T De codice Cassinensi n. 170 s. XI uide infra.

Omnibus codicibus enumeratis restat, ut quae cognationis rationes inter eos intercedant paucis adumbremus. atque si hunc tractatum solum spectes, nihil obstet, quominus omnes ex uno fonte manasse affirmes; sed si libri qui est de opere monachorum (qui et in *C* et in *P* praebetur) rationem habuerimus, ubi *P* a *C* locis e scriptura sacra petitis ualde discedit,

satius habeo statui *C* et *P* de uariis exemplaribus originem trahere. omnes autem codices in tres familias abeunt, quarum unam *CB* efficiunt (191, 1; 203, 16; 204, 3; 224, 5 al.), alterius *PHADFγ* (217, 13; 221. 7; 222, 14; 223, 22; 228, 6) testes sunt, tertiam libri *KMENTXα* repraesentant (188, 11; 190, 8; 191, 15 al.); liber *R* mediam quandam uiam tenet, saepius tamen cum altera familia consentit. quod ne temere dici quis existimet, conferat p. 215, 1. quam arte libri tertiae classis conexi sint locis p. 205, 2. 3; 217, 16 atque inprimis 230, 9 apparet. quodsi *D* a testibus secundae classis abest, locus p. 226, 22 similem originem coarguit. atque propius quidem classis secunda accedit ad tertiam quam utraque ad primam. ad textum refingendum *CP* omnibus locis sufficiunt; ne unus quidem locus reperitur, ubi scriptura ceterorum illorum desideratam restituerit. sub finem scripturas codicis *T* (= Parisini n. 16860 s. XI) qui in sequentibus operibus adhibitus est quae relicta sunt omnia in adnotationem recepi. maxima pars huius opusculi nescio quo casu periit. codicem Cassinensem n. 170 s. XI (= T) classi tertiae adnumerandum esse frustula quae proposui—dedi autem omnem hereditatem — abunde adtestantur.

Codex Vaticanus n. 512 s. X in opusculis de bono coniugali et de sancta uirginitate plerumque cum codice *K* conuenit uelut fol. 9 (206, 10) *crispationibus*, fol. 15 (220, 18 *homo uorax et potator uini*, fol. 120 (243, 14) *disserimus*, fol. 139 (283, 6) *castę uirginali sanctitate*); at fol. 148 (301, 1) *sed—carnem* cum *P* omittit, item fol. 149 (305, 9) *honerasti*, fol. 152 (312, 2), fol. 164 (334, 23) *cum illa bellica temptatione* corruptelam persequens, fol. 167 (340, 1) *castissima* cum *P* facit.

VI. DE SANCTA VIRGINITATE.

De codice olim Corbeiensi nunc Parisino 13367 s. VI cf. C pag. VII.

De codice Palatino 210 s. VII uide pag. XV. P

De codice Coloniensi 76 s. VIII cf. pag. XXIII. K

I De codice Laudunensi 136 s. VIIII cf. pag. VIIII.

Z De codice Laudunensi 135 s. VIIII exeun. uide pag. X.

γ De codice Cluniacensi 30 (Nouv. acqu. 1448) s. VIIII cf. pag. XVII.

H De codice Coloniensi 78 s. VIIII—X cf. pag. XXV.

S De codice Parisino 1969 s. VIIII cf. pag. XVII.

A De codice Vindobonensi 1021 s. X cf. pag. XVIII, ubi littera *V* insignitus est.

D De codice olim Bigotiano nunc Parisino 2150 s. X cf. pag. XXV.

R Codex Parisinus (Mazarineus) 1643 s. X—XI hoc opusculum fol. 40 (Inc̄ liber beati aug̅ epi de sca̅ uirginitate)—fol. 63 (subscr. abest) continet. hic liber singulare specimen est codicis contaminati; exhibet enim passim scripturas omnium classium (241, 1; 246, 11; 249, 20; 252, 8). in eodem lectiones occurrunt ab aliis prorsus abhorrentes uelut 250, 16. 17; 260, 22; 269, 11. praeterea lacunis turpiter foedatus est. eius auctoritas est nulla.

B De codice Bernensi 162 s. XI cf. pag. XII, ubi littera *β* signatus est.

G De codice Bambergensi B. III. 18. s. XI cf. pag. XXVI, ubi *D* littera insignitus est.

T Codex Parisinus (à la bibliothèque de L'Eglise de Paris. Ex libris Renati Vallini Hanneten) 16860 s. XI praeter finem opusculi de bono coniugali inde a pag. 229, 6 usque ad pag. 230 hos tractatus praebet: fol. 25 ‚Inc̄ ad Pollentium de adulterinis coniugiis liber primus sci̅ aug̅'; fol. 32 ‚Expl̄ liber primus de adulterinis coniugiis. Inc̄ liber secundus de bono opere ad eundem'; fol. 37 ‚Expl̄ liber secundus ad Pollentium de adulterinis coniugiis. Inc. aurelii aug̅ liber de sca̅ uirginitate'; fol. 49 ‚Explicit'; in margine additum est: ‚Inc̄ liber aug̅ aurelii de professione sc̨e uiduitatis'; sed in hoc opusculo iam pag. 318, 13 finitur. itaque mutilus est et ab initio et a fine. uno loco 318, 1 excepto ad emendationem prorsus nihil confert.

M De codice Monacensi 14491 s. XI cf. pag. XXVI.

De codice Monacensi 15809 s. XII cf. pag. XXVI. E
De codice Monacensi 17057 s. XII cf. pag. XXVI N
De codice Vindobonensi 849 cf. pag. XXVI. X

Rationes affinitatis, quae inter hos codices intercedunt, eaedem fere sunt, quas in superiore tractatu statuendas esse nobis persuasimus. codex *C* ceteros pretio longe uincit: ad quem *IZB* aggregari solent, ut hi libri unam classem efficiant. aduersus hos saepius ceteros stare loci docent quales sunt 235, 4; 245, 14; 259, 14; 260. 13; 292, 9; 302, 4 al. secundum post *C* locum codex *P* merito suum uindicat propior primo quam tertio; eius ope damna, quae passim *C* traxisse manifestum est, facillime sanantur. hunc ceteri quamuis fide et auctoritate diuersi (*γHSADRGT*) ita sequi solent, ut unum alterumue singularem quendam locum tenere non sit negandum. tertiae familiae *K* ceteros bonitate superare consentaneum est, cuius semper fere comites *MENX* deprehenduntur uelut 247, 1; 248, 4; 246, 24; 253, 17 al. tamen *N* hic illic ab eis decedit. secundam et tertiam classem artiore necessitudine coniunctas esse demonstratur locis ut 254, 3; 286, 13. tamen et primam familiam haud ita multo distare a tertia adtestatur 257, 15 al.

Codicum Cassinensium 170 s. XI et 165 s. XI—XII, quo- Y
rum scripturas ab adnotatione seclusi, 165 ex 170 descriptum esse I. Egger contendit, qui eorum partes comparauit; pertinere autem ad classem codicis Coloniensis (*K*) satis adtestantur loci 237, 6 *et mater mea*, 237, 15 *denique*] *de qua*, 238, 12 *fuisset*.

VII. DE BONO VIDVITATIS.

De codice Corbeiensi 13367 s. VI cf. pag. VII. C
De codice Palatino 210 s. VII cf. pag. XV. P
De codice Cluniacensi 30 (Nouv. acqu. 1448) s. VIIII cf. γ
pag. XVII.
De codice Laudunensi 136 s. VIIII cf. pag. VIIII. I
De codice Laudunensi 135 s. VIIII exeunt. cf. pag. X. Z
De codice Coloniensi 78 s. VIIII—X cf. pag. XXV. H

A De codice Vindobonensi 1021 s. X cf. pag. XVIII, ubi littera *V* insignitus est.

B De codice Bernensi 162 s. XI cf. pag. XII, ubi littera *β* signatus est.

D De codice Bambergensi B. III. 18. s. XI cf. pag. XXVI, ubi item littera *D* notatus est.

T De codice Parisino 16860 s. XI cf. pag. XXVIII.

M De codice Monacensi 14491 s. XI cf. pag. XXVI.

E De codice Monacensi 15809 s. XII cf. pag. XXVI.

N De codice Monacensi 17057 s. XII cf. pag. XXVI.

X De codice Vindobonensi 849 s. XII cf. pag. XXVI.

Omnes codices discedunt in duas familias, quae cum aliis rebus inter se differunt tum uerbis 326, 20 aut integris aut perditis: *de bono coniugali et in alio CIZB: om. PγHADMENX*; cf. etiam 342, 5. codex *T*, qui mutilus est, *P* etsi non tam obsequiose quam ceteri sequi solet. tamen *MENX* in rebus leuioribus saepissime a *P* secedentes suam uiam tenent, ut eos testes tertiae classis esse haud inepte asseueres; cf. 326, 9; 330, 15; 332, 7 al. pro fundamento criseos *C* habendus est, quo deficiente ad *P* confugiendum est. ceteri, si uniuersum opusculum spectatur, ad emendationem nullum discriminis momentum afferunt.

VIII. DE ADVLTERINIS CONIVGIIS.

B De codice Bruxellensi 10799 s. VIIII uide pag. XI.

T De codice Treuerico 160 s. VIIII cf. pag. XXI.

V Codex Vaticanus n. 512 membr. miscell. in 4° fol. 168 s. X confectus hoc opusculum fol. 80 sqq. continet. eius descriptionem uide in Reifferscheid ‚Bibliotheca Patrum Latinorum Italica II'.

E De codice Parisino n. 16860 s. XI cf. pag. XXVIII, ubi littera *T* insignitus est.

C Codex Cassinensis n. 170 membr. in 8° fol. 124 s. XI, ex quo codicem Cassinensem n. 165 s. XI—XII descriptum esse I. Egger contendit, fol. 17 sqq. hunc tractatum offert. recepi

eam lectionis partem examinatam in apparatum quae mihi ab I. Eggero tradita est.

Codex Victorinus n. 14805 s. XII paginis bipertitis fol. 1—27 hoc opusculum continet. ad originem uerba fol. 1 adnotata spectant: ‚Iste liber est sci Victoris'. liber primus fol. 1 (‚Inc liber primus Aurelii Augustini epi ad Pollentium de coniugiis adulterinis')—19 (‚Expl liber primus de adulterinis coniugiis. Inc Retractatio eorundem librorum. Inc scds liber de hoc opere ad eundem'), liber secundus fol. 19—27 (‚Expliciunt libri de coniugiis adulterinis) occupat. M

Codex Regius n. 1939 s. XII conscriptus hos libros fol. 61—77 continet. atque primus liber fol. 61 (‚Inc ad Pollentium de adulterinis coniugiis liber primus')—fol 69 ('Expl liber primus de adulterinis coniugiis Inc Retractatio. Inc liber II de hoc opere ad eundem') extenditur, liber secundus fol. 69—77 (‚Expl liber secundus ad Pollentium de adulterinis coniugiis') patet. totus liber iusto plus correcturis uexatus. N

Codex Trecensis n. 40 uol. IX membr. miscell. forma magna fol. 207 s. XII nitidissimis litteris scriptus paginis bipertitis fol. 29 (‚Expl. Retractatio. Inc liber primus beati Augustini epi de adulterinis coniugiis')—fol. 36 (‚Expl liber primus. Inc liber scds')—fol. 42 (‚Expl liber scds de adulterinis coniugiis') hoc opusculum exhibet. R

Codex Trecensis n. 201 insignitus membr. miscell. forma magna de clara Valle oriundus s. XII exaratus fol. 203 hoc opus foliis 98—120 offert. in paginis bipertitis uersus 31 decurrunt. liber primus incipit fol. 98 (‚Expl liber scds de nuptiis et concupiscentia ad Valerianum comitem. Inc ad Pollentium de adulterinis coniugiis liber primus' sci aug epi'), finitur fol. 110 (‚Expl liber primus sci aug epi de adulterinis coniugiis. Inc Retractatio eiusdem eorundem librorum. Inc liber scds de hoc opere ad eundem'), qui fol. 110—120 occupat; subscriptio abest a codice. liber ab uno scriba confectus ab eodemque passim correcturis leuioribus libatus. S

De codice Monacensi n. 3826 s. XIIII partem uarietatis in adnotationem recipi iussi. P

t Codex Treuericus n. 165 s. XV nullius pretii est. doleo quod librum adnotaui. in apparatum fere nihil admissum est.

Qua ratione in constituendis uerbis utendum sit, si hoc opusculum spectatur, dubium esse non potest. ubique uetustiores codices *TB* sequendi sunt, nisi ubi aperta menda deprehenduntur. quod quidem reuera accidere monstrant loci quales sunt 390, 10; 396, 17; 406, 4 al. omnes libri discedunt in duas partes lacunositate uersuum 15 pag. 356, 2 discretas; cf. etiam 379, 8. 16; 382, 14; 409, 5. itaque ab altera parte stant *VESN*, ab altera *BTCMRP*; nam codex Treuericus 165 s. XV (= t) non est considerandus. sed haec distributio non officit, quominus unus alterue liber ad alteram partem transfugiat. praeterea uir commodissimus Tachau meo rogatu codicis Wolfenbuttelensis 531 (491 Helmst.) s. XII—XIII aliquot locos inspexit, quos proponi liceat: p. 347, 10 *non*; 350, 24 *concordique consensu*; 354, 20 *non utique*; 383, 10 *posset*; 383, 19 *nisi continentia forte illa dilexerit*; 384, 20 *monstruosius*; 387, 21 *iam om.*; 390, 2 *rescriptum tuum*. unde conici licet contaminatis adnumerandum esse. codicum Vaticanorum n. 376 s. XV et n. 445 s. XV quorum partes I. Penzl comparauit lectionem nihil noui offerentem non recipere constitui.

Postremo de lege Iulia quae 389. 390 commemoratur hoc addendum mihi uidetur. uerba qualia codex Gregorianus (Codex Gregorianus. Instruxit G. Haenel Bonn 1837.) l. XIIII tit. II praebet in uniuersum cum uerbis editionis meae conueniunt; p. 390, 2 *rescriptum meum* suffragantibus meis contra Eugippium offertur. sed cum ibi uariantes scripturae adnotatae sint, qui eam rem persecuturi sunt eum librum adeant. pars orationis etiam libro II de adulteriis exhibetur (Corp. iuris ciu. ed. Mommsen lib. XIII §. 5 ad legem Iuliam de adulteriis coercendis XXXXVIII 5).

In codice Regio n. 2730 s. X post opusculum de bono coniugali fol. 95 lex Antonini sequitur. liceat eius uarietatem hic addere: p. 389, 9 *christianis—audiunt*] *christiani audiant*; 389, 10 *agnoscant*; 389, 17 *antoninus* (n *fin. in ras.*); 390, 1

eupassia; 390, 2 *rescripto meo*; finitur 390, 12 uocibus ‚societas angelorum'.

VIIII. DE MENDACIO.

Etsi numerus codicum praesertim recentium hoc opusculum exhibentium satis magnus est, tamen nullus ea praestantia est, ut eius testimoniis fretus textum solidum ut aiunt constituere possis. quorum qui potiores mihi uidebantur hi sunt.

Codex Monacensis n. 14431 (Em. E 54) membr. miscell. in 4° fol. 116 s. VIIII scriptus opuscula de mendacio et contra mendacium continet: illud fol. 65 (‚Liber Consentii de mendacio') incipit, fol. 94 subscriptione carens finitur; hoc initium capit a fol. 95 (‚Contra mendacium'), desinit p. 527, 19 sub finem mutilus. codex in uniuersum aestimanti bonis adnumerandus est, quamuis in utroque opere apertae interpolationis indicia prae se ferat. cum hoc codice, si fastigia rerum spectantur, codex Regius n. 1924 s. VIIII exaratus fol. 90—136 opusculum de mendacio, fol. 136—185 contra mendacium exhibens ualde consentit. p. 445, 10 uerba ordine in Eugippii Excerptis seruato traduntur. hic illic interpretamenta in margine adscripta occurrunt uelut, priscillianiste rephenduntur, de libro dictinnii cuius nomen est libra' al. fol. 186—234 opusculum de fide et operibus complectitur, ubi hoc mirum est quod cum Monacensibus libris *SM* consentire solet. M R

Codex Sangermanensis n. 13366 in 8° s. VIIII scriptus fol. 1 (‚Inc liber sci Augustini cuius titulus est de mendacio')—46 (‚Expl liber beati Augustini de mendacio') tractatum offert. ad eius originem spectat adnotatio ‚Liber Sti germani de Pratis n. 770 olim 236'. liber a Benedictinis adhibitus est, qui fol. 18 (433, 14) ubi pars orationis paulisper immutata, quod proprium est unius codicum classis, repetitur in margine addiderunt „infra A, fol. 17 (433, 3), fol. 22 (438, 6), fol. 23 (439, 15), fol. 26 (443, 5), fol. 30 (448, 11) uocem ‚Omissio' apposuerunt neque non quaedam correxerunt uelut fol. 32 (450, 8) *admittere* (s. *m.* add. *d* m. rec.), fol. S

20 (436, 20) *nulla* (*n* linea subducta del.) et p. 436, 24 *demota* expunxerunt.

φ Codex Riccardianus n. 256 membr. miscell. s. VIIII—X confectus est. de mendacio incipit fol. 224 (‚Inc̄ Augustini Aurelii liber de mendacio'), desinit fol. 255 (Expl̄ de mendacio Aurelii Augustini liber d̄o gras'). contra mendacium fol. 255 (Titulo spatium uacuum relictum est)—289 (‚Finit liber ad Consentium contra mendacium') occupat. lacunae hic illic signo ·×· indicantur et in margine supplentur. librum satis bonum Hieronymus Vitelli contulit cui uiro doctissimo hac occasione maximas gratias pro singulari commoditate ago.

C Codicis Cassinensis n. 168 membr. in 4° fol. 114 s. XI eas partes in adnotationem recepi, quas collatas I. Egger mihi tradidit.

F Codex Trecensis n. 610 in folio s. XII (liber s̄cę marię de clara ualle) fol. 140—157 de mendacio, fol. 70—89 contra mendacium continet. in priore opusculo perpetuus fere comes est codicis *S* ita tamen diuersus, ut errata utriusque classis passim prae se ferat. haud maior eius auctoritas est in tra-

L ctatu contra mendacium. huius simillimus est codex Trecensis n. 40 membr. miscell. forma magna s. XII nitidissimis litteris scriptus cuius uolumine secundo hoc opusculum continetur. neque tamen plenam uarietatem in apparatu adnotaui, cum uidissem hunc codice *F* esse deteriorem, post cuius collationem Troecis morans hunc examinaui.

E Codex Regius n. 1939 s. XII tractatum fol. 123—137 complectitur. liber lacuna laborat p. 460, 13—463, 19 etsi m. 2 multa quae scriba omiserat in margine addidit. maior eius (= R) est auctoritas in opusculo de cura pro mortuis gerenda, quod fol. 164 sqq. occupat, refingendo.

β Codex Vossii Leidensis n. 49 s. XIII scriptus in bipertitis paginis fol. 17—25 de mendacio, fol. 25—33 contra mendacium exhibet. praeterea eius lectionem adhibui in opusculo de cura pro mortuis gerenda. liber ad emendanda opera parum contulit etsi non negandus est fluere de satis acceptabili exemplari.

Codex Regius (olim Colbertinus) n. 2044 membr. miscell. γ in 4° s. XIII scriptus est. huius codicis quattuor opuscula comparaui: de mendacio, contra mendacium, de patientia, de diuinatione daemonum ubi littera *Y* insignitus est. liber a correctore passim et emendatus et deprauatus est uelut p. 414, 8. de meliore exemplo tractatus contra mendacium descriptus est, quamquam non certum quendam textum sed contaminatum exhibet. etiam in duobus operibus postremo loco positis firmius uestigia unius familiae premit.

De codice Vindobonensi n. 735 initio opusculi paucas W scripturas adnotaui, inde a p. 419 autem totum de apparatu seclusi, cum nollem congerere in adnotatione siluam inutilem.

Codicum a me adhibitorum nullus est ea bonitate, ut eo tamquam firmo fundamento consistens uerba constituere possis. uniuerse *RM* sequendi erunt quamuis manifestis uitiis non liberi. ad ea sananda modo *S* modo φ non parum conferunt quippe qui compluribus locis natiuam praestare uideantur lectionem. librorum *SFLEβ* affinitas cum aliis rebus (cf. 414, 8. 18; 416, 18) tum transpositione uerborum p. 433, 14 coarguitur, etsi *E* et hoc loco et aliis paulum recedit; uidetur enim scribae codicis *E* etiam aliud exemplar praesto fuisse. ceteri libri *MRCWγφ* non ita omnibus locis conspirant, ut non unus alterue ad illam classem transeat, quod proprium est codicum contaminatorum.

Cum opus iam typis describendum tradidissem, codicem Laudunensem n. 134 s. VIIII opusculum fol. 1 (‚Inc liber sci Augustini cuius titulus est de mendatio')—fol. 53 (subscriptio deest; pars enim folii desecta est) continentem huc transmissum comparaui. qui cum *SF* libris in omnibus rebus quae aliquod aestimationis momentum efficiunt consentiat, supersedi scripturas adnotare. illud addam p. 437, 14 hunc codicem pro ‚habitat' offerre ‚auitat', unde error *F* libri facillime enodatur. ceterum uerisimile est *F* aut de hoc codice aut de alio ex hoc deprompto descriptum esse; multa enim in codice Laudunensi omissa in *F* m. 2 addita, alia illic *s. l.* addita in textum hic recepta sunt.

Cui familiae codex Vaticanus n. 445 (= *v*) s. XV et codex bibliothecae ciuitatis Vitry-le-François n. XI (= *f*) s. XII adtribuendi sint, ex his licet locis cognoscere: 413, 15 *comprehendit v*; 413, 15 *ullus*] *utilis f*; 414, 8 *hactenus proprie v tenuis ac proprie f*; 414, 24 *putatum*.

X. CONTRA MENDACIVM.

M De codice Monacensi n. 14431 s. VIIII cf. pag. XXXIII.

R De codice Regio n. 1924 s. VIIII cf. pag. XXXIII.

T Codex Trecensis n. 898 membr. miscell. in 4° fol. 270 s. VIIII scriptus opusculum fol. 43 (‚Item liber beati Augustini aduersus Consentium contra mendacium')—66 (subscr. om.) complectitur. liber ab uno librario confectus ab eodemque multis locis emendatus alterius quoque manum emendatricem passus est, qui multas maculas exstinxit. tamen lacunis (476, 21; 505, 22; 512, 19 al.) foedatus scripturas passim prae se fert inexplicabiles. eius auctoritas ad emendationem etsi uetustior est parui pendenda est.

Ch Huic multo genere similis est codex Carnutensis n. 104 s. X fol. 51 sqq. opus continens etiam manu recenti temptatus, quam Benedictinorum esse certo certius est, qui librum se adhibuisse ipsi adtestantur. cur collatio §. 30—36 omissa sit mihi incognitum est. illud haud ignoro multis ante annis codicem ab E. Schreiber examinatum esse. collatio ita confecta mihi tradita est.

φ De codice Riccardiano n. 256 s. VIIII—X cf. pag. XXXIIII.

B Fragmentum codicis Cheltenhamensis n. 16278. 229. s. VIIII minimam particulam tractatus praebet; incipit enim p. 449, 4 et p. 500, 19—501, 11 lacuna interueniente p. 501, 18 uoce ‚portauit' finitur. hoc frustulum a bibliopola M. Baillieu illi Libri diffamato ueniisse fertur. fragmentum H. Schenkl contulit.

C Codicis Cassinensis n. 168 membr. in 4° fol. 114 s. XI eas partes in apparatum criticum recepi quas collatas I. Egger mihi tradidit.

P Codex Cluniacensis n. 31 du fonds de Cluni, n. 1449 (non

1448, sicut 468 scriptum est) du fonds latin des Nouvelles acquisitions s. XI sub finem mutilatus est; nam p. 491, 12 finitur. quae exstant non sunt spernenda.

Codex Colbertinus n. 2729 membr. s. XI ab initio et sub finem mutilatus est; incipit enim pag. 486, 5 finitur autem p. 520, 5. quae quidem praebentur, consideratione digna sunt. O

De codice Trecensi n. 610 s. XII cf. pag. XXXIIII. F

De codice Trecensi n. 40 uol. II cf. pag. XXXIIII. L

De codice Regio n. 2044 s. XIII cf. pag. XXXV. γ

Codex Vaticanus n. 448 s. XII foliis 43—60 opusculum exhibet. incipit fol. 43 hac inscriptione addita: ‚Augustinus de mendatio ad Consentium'; finitur iam p. 526, 18 mutilus et praeterea lacunosus 489, 20; 493, 4. ad emendationem liber parum utilis. V

Codex Vindobonensis n. 984 s. XIII fol. 1—19 opusculum continet. codicis scripturas non cunctas adnotaui sed electas quasdam receptu dignas habui. W

De codice Vossii Leidensi n. 49 s. XIII cf. pag. XXXIIII. β

Omnes codices quibus in textu refingendo usus sum ex duobus fontibus haustos esse in duasque familias discedere ut statuamus duo loci suadent, quorum unus p. 469, 4 est, ubi *multa—misisti om. TChFLPVφγ* (*O* ab initio mutilus aliis locis cum hac classe consentit), alter 474, 7 *putatur multa genera mendaciorum RMCW,* qui locus simul documento est etiam uetustos codices *RM* interpolationis non esse immunes; non est enim dubium, quin ‚multa genera mendaciorum' tamquam scholion primitus adscriptum inter uerba ipsa receptum sit. codex *β* textum contaminatum offerens inter utramque classem pendet. uerba constituenda erunt non ad unum aliquem testem sed ad uetustissimos libros redeundum erit, prout quam quisque scripturam receptabilem praebebit. artissime autem codices *T* et *Ch*, *F* et *L* cohaerere insignibus quibusdam locis (485, 1. 18 al.) probatur.

Codicem ciuitatis Vitry-le-François n. XI s. XII cum libris *FL* affinitate quadam conexum esse hi tres loci euincunt: 469, 4 *multa—misisti om.*; 470, 3 *eos inuestigare*; 470, 21 *dicens om.*

XI. DE OPERE MONACHORVM.

C De codice olim Corbeiensi nunc Parisino 13367 s. VI cf. pag. VII.

P De codice Palatino n. 210 s. VII cf. pag. XV.

γ De codice Cluniacensi 30 (Nouv. acqu. 1448) s. VIIII cf. pag. XVII.

L De codice Laudunensi n. 136 s. VIIII cf. pag. VIIII, ubi littera *I* insignitus est.

O De codice Laudunensi n. 135 s. VIIII exeunt. cf. pag. X, ubi littera *Z* signatus est.

V De codice Vindobonensi n. 1021 s. X cf. pag. XVIII.

F De codice Regio n. 2730 s. X cf. pag. XXVI.

B De codice Bernensi n. 162 s. XI cf. pag. XII, ubi *β* littera signatus est.

D De codice Bambergensi B. III. 18. s. XI cf. pag. XXVI.

A Codex Metensis s. Arnulphi n. 138 (cf. Catalogue général des man. des bibl. des dep. T. V 59) membr. miscell. in 4^0 s. XI scriptus a Benedictinis adhibitus neque foliorum neque paginarum numero instructus est. eius inscriptio haec est: ‚Inc̄ liber eiusdē (s. l. add. sci̇ aug epi̇) de opere monachorum'; subscriptio desideratur. correctus est liber multis locis non solum a prima manu sed etiam manu correctoris; tamen lacunis frequentibus deprauatus est, ut nullius sit pretii ad emendationem.

M Codex Monacensi n. 13059 (Rat. ciu. 59) in 2^0 fol. 163 s. XII per se ipse nullius usus est.

N De codice Monacensi n. 17057 s. XII cf. pag. XXVI.

Omnium codicum duae classes locis duobus potissimum determinantur: p. 531, 6 *et fraternae om. PVDMγ* (cf. praeterea 532, 23; 535, 2; 538, 8; 543, 10; 546, 6; 544, 6; 556, 4; 545, 6. 18) et p. 532, 1 *et—disserendum*] *dum CLOB.* codices *FAN* praesertim in locis biblicis *C* quam *P* sequi malunt uelut 544, 5. 8; 545, 6. 16; 546, 13 al. textus *CP* codicibus fundatus est.

Codicum Vindobonensium quorum lectionem ab adnotatione
YX separandam esse putaui (p. 530) Y (735) *C* comitatur, X (757)

et Z (923) *P* adstipulantur. codex β (Cassinensis 173 s. XI) Zβ ab initio mutilus est; incipit enim eius oratio p. 582, 20. β contaminatis adnumerandus est.

Praeterea alios libros manu scriptos ita examinari iussi, ut insignes quidam loci declararent ad quamnam familiam pertinerent. quorum codex Dauensis n. 314 s. X et codex Floriacensis n. 170 s. X et codex Vaticanus n. 445 s. XV classi codicum *CLOB* adnumerandi sunt, codices Monacensis n. 9639 (Ob. Alt. 139) s. XII—XIII et Floriacensis n. 159 s. X ad classem *PVDMγ* spectant, etsi hic p. 532, 2 sic habet: *disseremus. Dum non* sqq. quamquam ex his codicibus cognoscitur, quantum libri decursu temporum a primitiua integritate recesserint. inscriptio quoque codicis Floriacensis n. 159 a ceteris discordans digna est quae memoretur: ‚Incipit sancti Augustini ad Aurelium episcopum de monachis qui putant manibus non operandum'.

XII. DE DIVINATIONE DAEMONVM.

In satis magno numero librorum manu scriptorum et antiquitate et bonitate facile primum locum obtinet codex Cheltenhamensis n. 12261 insignitus membr. miscell. forma magna fol. 197 litteris langobardicis hic illic charactera uncialem prae se ferentibus s. VIII exaratus. quaternionum numeri usitato more in calce foliorum adpicti sunt. de diuinatione daemonum tractatus fol. 135—148 exhibetur. inscriptio et prima tractatus uerba usque ad ‚apud me' litteris uncialibus extremo folio 135 confecta haec est: ‚Incip̄ sc̄i Aug̅s de diuinatione demonum'. uerba Augustini a folio 136 initium capiunt; subscriptio eiusdem modi litteris facta fol. 148 offertur: ‚Explic̄ Aureli Augustini episcopi liber de diuinatione demonum'. de toto codice cf. Zangemeister „Die Bibliotheken Englands. Berichte der Akademie der Wissenschaften Bd. 84 p. 580". liber ab uno scriba confectus multotiens et ab hoc et alia manu temptatus est. de aliis leuioribus uitiis omnibus codicibus communibus nihil addam. orthographia ad certas leges exacta uniuerse dici potest. Ch

C Codex (Karoliruhensis) Augiensis n. CCXLIX membr. miscell. hoc opusculum fol. 1—17 continens s. X exaratus est. liber frequentes quidem lacunas singulorum uocabulorum prae se fert, tamen deserente *Ch* eius uice utiliter fungitur neque parum ad reddendum auctori pristinum nitorem confert.

F De codice Floriacensi n. 165 s. XI cf. pag. XVIII.

B Codex Bambergensis B. III. 15 (121) s. XI fol. 78—85 tractatum continens de exemplari aliis paulum dissimili descendit. p. 610, 4 augmento m. 2 dilatus est ceteris libris

γ uno excepto alieno. ex eo codex Monacensis n. 22220 s. XII, de quo pag. V conferenda est, ita pendet, ut quae ille delenda assignat hic omittat, quae m. 2 illius in mg. aut s. l. addidit in textum hic recipiat.

Y De codice Regio n. 2044 s. XIII cf. pag. XXXV (= γ).

V Codex Vindobonensis n. 1077 (Theol. 394) s. XII fol. 52—57 hoc opusculum exhibens ex liquido fonte haustus consensum ceterorum codicum pro uirili parte auget quamuis non immunis interpolationis suspicionis (604, 9; 614, 4). p. 610, 3 maiore lacuna hiat.

W Codex Vindobonensis n. 735 (Rec. 20) fol. 143—146 paginis bipertitis tractatum praebens fons fuisse uidetur, ex quo

M codex Mellicensis n. 124 chart. s. XV manauit.

S Codex Sangallensis n. 148 membr. miscell. in 4° pag. 320 s. XI exaratus est. uerba auctoris saepe correcta sunt et maximam quidem partem ab eo qui codicem scripsit; pauciores correcturae ad m. 2 referendae sunt. ad emendationem haud multum ualet.

E De codice Einsiedelensi n. 128 s. X confer Morel in „Berichte der Akademie der Wissenschaften Bd. 55 p. 246".

T Codex Vindobonensis n. 4602 s. XV nullius pretii est.

In textu constituendo dux sequendus erit *Ch* uetustissimus tamquam testis locupletissimus, non quo naeuorum omni genere non sit aspersus, sed recte aestimatus sufficit ad uerba genuina reponenda; is saepius refragantibus ceteris natiuam scripturam exhibet: 609, 14; 612, 19; 617, 4; 618, 7. ceteri libri distributionis in classes certis terminis circumscriptas

impatientes sunt; cf. 599, 14; 603, 2 al. γ ex fonte *B* simillimo haustus conuincitur p. 610, 14; 612, 10; 613, 1. 2. codicum *ET* partem tantum lectionis apparatui adiunxi, quia *E* cum *C* facere, *T* contaminatum esse intellexeram. praeterea codicis Carnutensis n. 172 s. XII et codicum Vaticanorum n. 417 s. XIIII, n. 458 s. XIIII, n. 445 s. XV partes comparaui, scripturas tamen inutiles non offero.

XIII. DE CVRA PRO MORTVIS GERENDA.

De codice Bruxellensi 10798 s. VIIII cf. pag. XI. B

Codex Bambergensis B. IV. 21 (68) membr. miscell. s. VIIII exaratus opusculum fol. 79 (‚Expl liber sci Augustini de heresibus. Inc ad scm Paulinum de cura pro mortuis gerenda') —95 (‚Expl epistula sci Augustini de cura pro mortuis gerenda') exhibens correcturas et manus librarii et manus alterius recentioris correctoris perpessus est. interpretamentum uno loco in margine additum est: ‚quod non sint praetermittendae pro defunctis supplicationes'. hic illic uocabulis accentus superscripti sunt ut consôlans, iacêrent. liber ex puro fonte fluxisse probis scripturis conuincitur. N

De codice Treuerico n. 160 s. VIIII cf. pag. XXI. T

De codice Laudunensi n. 136 s. VIIII cf. pag. VIIII. I

De codice Laudunensi n. 135 s. VIIII exeuntis cf. pag. X. Z

De codice Montepessulano n. 407 s. X cf. pag. XI, ubi littera *N* signatus est. M

Codex (Karoliruhensis) Augiensis XCV s. X scriptus est. hoc opusculum folia 62—71 occupat. eius inscriptio haec est: ‚Inc liber sci Augustini ad Paulinum'; subscriptum autem est: ‚Expl liber sci Augustini ad beatissimum Paulinum'. liber non saepe sed tamen duabus manibus temptatus. codex *K* quamuis hic illic suam teneat uiam, tamen locupletissimis testibus adnumerandus est. K

Codex Vaticanus n. 461 s. XI passim numeris instructus esse dicitur. hoc loco 164 additum est, ubi Retractatio incipit; subscribitur: ‚Expl liber ad beatissimum Paulinum'. p. 624, 18 lacuna longius patens hiat; correctus est liber bis, id est Y

manu librarii et manu recentiore. in uniuersum iudicanti parui pretii dicendus est.

X Codex Regius n. 2833 (Colbertinus 3870 Reg. 4343. 5) s. XI non totum tractatum sed quasdam partes praebet id quod iam ex inscriptione elucet: ‚Ex libro de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum epm'. continet autem haec: 622, 2—623, 14; 629, 18—633, 9; 650, 19—655, 1; 658, 8—659, 8.

E Codex Trecensis n. 1419 membr. miscell. in 4° fol. 143 s. XI confectus fol. 1—19 opusculum seruat. liber singularibus aliquot scripturis parui pretii esse proditur.

A De codice Metensi s. Arnulphi n. 229 s. XI cf. pag. XII.

φ Codex Vossii Leidensis n. 114 membr. miscell. s. X fol. 17 sqq. ‚Inc liber de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum epm liber Aurelii Aug ad Paulinum Nolanum epm') tractatum exhibet ultimo folio mutilato. liber parui aestimandus est.

F Codex Berolinensis 59 (Phill. 1704) olim ‚Collegii Parisiensis societatis' ut fol. 1 adnotatum est s. XI—XII exaratus fol. 133—142 opusculum praebens multum quidem ille correctus fere nihil utilitatis habet.

R De codice Regio n. 1939 s. XII cf. pag. XXXIIII (= E).

V Codex Vindobonensis n. 735 s. XIII ab inscio librario de exemplari satis bono uitiose descriptus est.

β De codice Vossii Leidensi n. 49 s. XIII cf. pag. XXXIIII.

Ch De codice qui in bibliotheca urbis Charleville asseruatur n. 21 signato s. XI cf. pag. XII.

In hoc opusculo ductu *IZ* codicum uerba refinxi opinans fore, cum in aliis Augustini scriptis ex Corbeiensi uetustissimo deriuati probae scripturae auctores essent, ut hic quoque bonae frugis essent ex uetusto quodam exemplari descripti. qua spe deceptus sum; nam iusto frequentius ad *BNT* auctores mihi recurrendum erat. sunt quidem loci in opere (644, 8; 632, 20; 626, 21) ita comparati, ut haud difficile esse credas quas in partes singuli testes abeant statuere. at comparatione frustratus alios aliis locis inter se consentire uideas. illud locis sat multis euincitur (cf. 629, 18; 629, 2; 644, 13) codices *A* et *Ch*, *E* et *F* de similibus exemplaribus descendere.

Cum codex Carnutensis n. 109 s. VIIII ita sit comparatus, ut huc transmitti non possit, custos eius bibliothecae meo rogatu partem examinauit, quae scripturae iam subsequentur. 622, 11 *ait apostolus;* 622, 12 *referat;* 622, 15 *posse;* 623, 11 *deo;* 624, 4 *operiosius;* 624, 10 *a nauigando;* 624, 13 *quieuerint;* 624, 14 *fabulisque;* 624, 17 *adserat*] *erat;* 624, 19 *quod;* 625, 5 *inquit;* 625, 14 *timere;* 626, 4 *sua;* 626, 6 *escas;* 626, 8 *sicut aqua;* 626, 21 *rideant;* 628, 3 *tobi;* 628, 11 *sit;* 628, 13 *ad corpora;* 628, 14 *ad instruendam;* 628, 16 *sentientibus*] *sitientibus;* 629, 2 *ista*] *ea;* 629, 7 *de curandis;* 629, 12 *uirorum; possunt;* 629, 16 *id*] *ad;* 629, 19 *memoriam;* 630, 1 *uirorum;* 630, 3 *sint;* 630, 5 *eisdem om.;* 630, 15 *mnemion; uocant om.;* 630, 30 *predicantis;* 631, 3 *uel om.*

Etiam codicum Vaticanorum n. 505 s. XI, n. 414 s. XIIII, n. 445 s. XV et codicis Monacensis n. 23605 (ZZ 605 ex Rankh.) s. XII partes examinaui, quorum lectionem prorsus inutilem secludo.

XIIII. DE PATIENTIA.

De codice Coloniensi n. 76 s. VIII cf. pag. XXIII. K

Codex Vossianus Latinus Leidensis n. 98 membr. in 4° L s. VIIII scriptus tractatum de patientia fol. 50 (‚Inc̄ sc̄i Augustini de patientia')—fol. 59 (‚In nomine dn̄i Exp̄l sermo sc̄i Augustini de patientia') continet. is qui codicem scripsit etsi relegendo multos naeuos abstersit tamen plures maculas alterius manui delendas reliquit. hic non solum singulas litteras emendauit uerum etiam luxuriantes syllabas trucidauit, omissas syllabas et sententias suppleuit. tamen codex compluribus lacunis laborat. Vossianum librum S. Reiter diligentissime contulit.

Codex Vaticanus Reginae n. 318 membr. s. X fol. 258 R opuscula de bono patientiae, de bono coniugali, de sancta uirginitate, de nuptiis et concupiscentia continens. considerandum est codicem (K) Coloniensem 76 s. VIII eadem opera exhibere. iam hinc concludi posset utrumque librum cognationis cuiusdam uinculo contineri; sed sunt multa, quae omnem dubitationem tollant.

Codex Sangallensis n. 150 membr. in 4° pag. 414 s. X S scriptus opusculum de bono patientiae pag. 29—50 exhibens praeter nonnullam nucem cassam scripturas bonae frugis plenas seruauit.

P Codex Coloniensis n. 71 s. XI ad emendanda uerba minoris pretii est.

F De codice Floriacensi n. 165 s. XI cf. pag. XVIII.

B Codex Berolinensis n. 20 (Phill. 1679) membr. miscell. s. XI—XII conscriptus est. hoc opusculum incipit fol. 146 (‚Inc̄ liber s̄ci Augustini de patientia'), finitur fol. 151 subscriptione omissa. liber aliquot uariantes lectiones praebet, sed ad emendationem nullius pretii est.

N De codice Montepessulano n. 137 s. VIIII cf. pag. XVIIII.

D Codex Sangermanensis n. 13333 s. XII confectus opusculum fol. 35—45 continens classi librorum minoris fidei et auctoritatis adtribuendus est.

V Codex Vaticanus n. 514 s. XII opusculum fol. 22 (‚Inc̄ liber de patientia')—30 (‚Expl̄ liber de patientia') offert. liber correcturis m. 1 et 2 obrutus non sine fructu adhibitus est.

O Codex Regius n. 2047 s. XII scriptus fol. 15—22 uerba praebens interpolatis codicibus adnumerandus est.

A Codex Metensis s. Arnulphi n. 138 membr. s. XI a Benedictinis adhibitus in melioribus habendus est.

γ De codice Regio n. 2044 s. XIII cf. pag. XXXV.

W Codex Vindobonensis n. 735 s. XIII fol. 150—153 opusculum continens unus ex interpolatorum numero nihil ad uerba refingenda confert.

Codicum *KR* originem ad simile quoddam archetypum referendam esse ueri simillimum est quod et media in oratione et sub finem mutilati sunt; neque tamen ex uno fonte manare documento est, quod iisdem quidem uerbis (p. 687, 14) finiuntur sed non iisdem locis lacunam prae se ferunt. nam *R* 671, 9, *K* inde a p. 674, 11 mutilatus est. omnes autem libri secedunt in duas familias: 663, 6 *nihil mali KRPBDWγ*. cum uero *KR* aliam natiuitatem prodant, *PBDWγ* saepissime conspirant, quibus *FO* aggregantur uelut 667, 4; 675, 15; 679, 5. 24; 681, 19; 685, 18; 690, 22. pro fundamento textus constitutionis *L* ponendus est, quem *SNAV* modo adiuuant modo deserunt ut 680, 22; 681, 2;

676, 3; 677, 16 al. aperta interpolatio deprehenditur p. 667, 4 *alibi imitandum et mirandum PFODBWγ.*

Omnes editiones quae unum aliquod opusculum typis de- Editiones
scriptum exhibent percensere neque animus est neque si id suscepissem operae pretium fecissem. nam quae editiones in lucem emissae sunt codicum auctoritate destitutae nihil utilitatis habent. neque Florum seu Bedam curaui qui librum de bono uiduitatis fere totum transscripsisse perhibetur, cum praesertim scripturas et de hoc opere et de scripto de nuptiis et concupiscentia allatas aestimare possem. ceterum qui de memoria talium editionum edoceri uolent adeant librum Schoemanni qui inscribitur ‚Bibliotheca historico-litteraria Patrum Latinorum II 86 sqq.' aut Migne et alios. perstringere uolo duas potissimum editiones et earum una est I. Amerbachii quae Basileae a. 1506 prodiit — tom. I—XI — altera Benedictinorum qui A. Augustini opera 1680 sqq. emiserunt; haec opuscula t. VI continentur qui anno 1885 in lucem emissus est non 1886 sicut in prioribus codicum tabulis scripsi. atque Iohannem Amerbachium in paranda editione S. A. Augustini operum Italiae Galliae Germaniae bibliothecas perscrutandas curauisse notum est. ad quorum autem codicum testimonia singulorum opusculorum uerba refinxerit nusquam indicat; tamen accurata scripturarum examinatione edocemur in uoluminibus hanc partem continentibus modo uetustis modo recentioribus exemplaribus usum esse. quod quam uere iudicatum sit ut intellegatur ad aliquot locos eos qui rem persequi uolent reiciam: p. 4, 21; 9, 14. 16; 14, 22; 21, 1; 118, 1; 123, 5; 205, 2; 213, 20; 217, 18; 269, 1; 278, 10; 559, 2; 562, 17; 607, 1; 611, 9; 613, 15; 617, 5; 631, 20; 645, 4; 646, 2; 684, 21; 685, 18; 690, 1 al. quae cum ita essent supersedi omnibus locis uariantes scripturas apponere.

Maurinos autem emendationem Augustini operum prae aliis editoribus multum prouexisse quis est qui nesciat? rara enim felicitate usi uetustissimos optimosque codices e bibliothecarum latebris erutos suum in usum conuerterunt. sicut ad opuscula de fide et operibus de bono coniugali de sancta

uirginitate de bono uiduitatis de opere monachorum praeter alios locupletes testes qui eorum nauatam operam prae se ferunt codicem Corbeiensem 13367 s. VI adhibuerunt; utrum in libro de agone christiano codice olim Corbeiensi nunc Petropolitano s. V—VI usi sint necne scripturis prostantibus effici non potest, quamquam ueri simillimum est. nam cum constet Benedictinos ex illo pretiosissimo uolumine ad excudendam epistulam Fundamenti et alia Augustini opera testimonia petiuisse, summam probabilitatis speciem habet coniectura qua diuinamus etiam partem ad illud opus pertinentem excussam illis usui fuisse. quos codices Vaticanos Maurini adhibuerint ex iis patebit quae C. Vrba ea de re disputauit in libello qui inscribitur ‚Beiträge zur Geschichte der Augustinischen Textkritik, Wien 1889'. quanti autem collatio Benedictinorum quam Parisiis morans intra manus habui ad hoc uolumen ducenda sit cognoscitur ex iis quae R. Kukula de eadem re parte III scripsit. si hic illic ei uiri uerecundissimi qui negotium codices conferendi factitauerunt quid omiserunt non est mirum, praesertim cum nemo ignoret quantam librorum molem in singulis opusculis edendis coaceruarint.

Restat ut omnes grato animo commendem qui in hac Augustini operum parte adornanda mihi opitulati sunt. ac liberalissime quidem summum Ministerium codices et Gallicanos et Germanicos in huius Uniuersitatis bibliothecum mihi iterum iterumque transmittendos curauit; deinde Academiae litterarum Caesareae facultatibus facultas facta mihi est libros Parisinos aliosque comparandi; tum non possum bibliothecarum quarum copias excussi praefectis officiosissimis maximas gratias non agere itemque omnibus qui siue meo rogatu siue aliorum mediatione codices meum in usum contulerunt. omnium uero plurimum debere me duumuiris G. de Hartel C. Schenkl lubenter profiteor qui indeficienter et indesinenter me quomodocumque poterant adiuuerunt.

Scribebam Vindobonae mense Iunio 1899.

Iosephus Zycha.

CORRIGENDA.

p. 24, 3 *dei* includendum et in adn. scrib. erat: *dei b.* 24, 9 *fidentia* scr. erat. 34 legas: I = Codex Laudunensis n. 136 sqq.; Z = codex Laudunensis n. 135 sqq. 97, 15. 18 in adn. *P* expungendum est. 100 scr. erat: *N* = codex Montepessulanus 137 s. VIIII. 105, 8 in adn. *B om.* erat. 106, 1. 4. 6 in adn. *B* om. erat. 135, 15 legas: credidisse. 135, 10. 13 in adn. *S om.* erat. 140 scr. erat: *B* = codex Bruxellensis 10796 —10800 s. VIIII. 190, 25 in adn. *N* om. erat. 235, 4 scr. erat: *admonuimus PHADRGTN*γ. 241, 1 in adn. legas: *utraeque C²PKIZGHS DBTMENbd.* 382, 7 *arrha b.* 389, 23 addendum erat: de Gregoriani codice cf. G. Haenel. 468 legas: (Nouv. acqu. 1449). 469, 6 *contrusit FLP.* 599, 4 in *adessent om.* erat *M.* 624, 10 rectius fortasse: inferni. 633, 11 scr. erat: Ruf. Migne XX 407; Euseb. V 1 Migne XX 407.

1.

S. Aureli Augustini

de fide et symbolo.

R = codex Veronensis XXXIII. 31 s. VIII—VIIII.
F = codex Mon. s. Floriani XI 76 s. XI.
A = codex Metensis s. Arnulphi 139 s. XI.
S = codex Salisburgensis A VII 31 s. XII med.
T = codex Trecensis 40 uol. 1 s. XII.
γ = codex Monacensis 22220 s. XII.
P = codex Vaticanus 417 s. XII.
N = codex Trecensis 1300 s. XIII.
M = codex Monacensis 3826 s. XIIII.
O = codex 124 qui in mon. Melk asseruatur s. XV.
V = codex Vindobonensis 4390 s. XV.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1686.

I.

DE FIDE ET SYMBOLO.

I. 1. Quoniam scriptum est et apostolicae disciplinae robustissima auctoritate firmatum, quia iustus ex fide uiuit, eaque fides officium a nobis exigit et cordis et linguae — ait enim apostolus: corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem — oportet nos esse et iustitiae memores et salutis, quandoquidem in sempiterna iustitia regnaturi a praesenti saeculo maligno salui fieri non possumus, nisi et nos ad salutem proximorum nitentes etiam ore profiteamur fidem, quam corde gestamus: quae fides ne fraudulentis calliditatibus haereticorum possit in nobis aliqua ex parte uiolari, pia cautaque uigilantia prouidendum est. est autem catholica fides in symbolo nota fidelibus memoriaeque mandata quanta res passa est breuitate sermonis: ut incipientibus atque lactantibus eis, qui in Christo renati sunt, nondum scriptura-

4 Hab. 2, 4; Gal. 3, 11; Rom. 1, 17 6 Rom. 10, 10

2 Eiusdem de fide (*in mg.* uel symbulo) *fol. 40 R* Augustinus de fide catholica secundum breuitatem simboli *fol. 54*^{b} *F*. Explicit liber .II. aduersus manicheos sci augustini. Incipit eiusdem generaliter expositio de fide catholica secundum breuitatem symboli *fol. 55*^{a} *S fol. 271*^{b} *V* Incipit liber de fide ac simbolo *fol. 174 T* Incipit expositio symboli beati augustini epi *fol. 165 P* Incipit liber sci augustini epi de fide ac (et *N*) symbolo *fol. 29 N, A* Incipit generalis expositio sci Augustini epi de fide katholica secundum breuitatem symboli *fol. 88*^{a} γ Liber sci aug de fide katholica *fol. 67*^{a} *O* De fide et simbolo *fol. 101 M* 3 scriptum *om. P* 5 a nobis exigit officium *M* exuget *O* *pr.* et *om. TNAO*γ 7 et *om. TN* 8 sempitena *F* 10 et *om. VO* profiteatur *F*^{1} 11 fidem] fide *R* 12 cogitationibus (*s. l.* ł calliditatibus) *A* cupiditatibus (*in mg.* caliditatibus) *M* 14 fides catholica *P* symbulo (*sic plerumque*) *F* sinbolo *M* memoreque *m. 1* γ meritoque *P* 15 quantum *M* breuitatē *A* 16 lactentibus *TN*γ*bd* et nondum *N*

rum diuinarum diligentissima et spiritali tractatione atque cognitione roboratis paucis uerbis credendum constitueretur, quod multis uerbis exponendum esset proficientibus et ad diuinam doctrinam certa humilitatis atque caritatis firmitate surgentibus. sub ipsis ergo uerbis paucis in symbolo constitutis plerique haeretici uenena sua occultare conati sunt: quibus restitit et resistit diuina misericordia per spiritales uiros, qui catholicam fidem non tantum in illis uerbis accipere et credere, sed etiam domino reuelante intellegere atque cognoscere meruerunt. scriptum est enim: nisi credideritis, non intellegetis. sed tractatio fidei ad muniendum symbolum ualet: non ut ipsa pro symbolo gratiam dei consequentibus memoriae mandanda et reddenda tradatur, sed ut illa, quae in symbolo retinentur, contra haereticorum insidias auctoritate catholica et munitiore defensione custodiat.

II. 2. Conati sunt enim quidam persuadere deum patrem non esse omnipotentem; non quia hoc dicere ausi sunt, sed in suis traditionibus hoc sentire et credere conuincuntur. cum enim dicunt esse naturam, quam deus omnipotens non creauerit, de qua tamen istum mundum fabricauerit, quem pulchre ordinatum esse concedunt, ita omnipotentem deum negant, ut non eum credant mundum potuisse facere, nisi ad eum fabricandum alia natura, quae iam fuerat et quam ipse non fecerat, uteretur; carnali scilicet consuetudine uidendi fabros

10 Es. 7, 9

1 diuinarum scripturarum *M* diligentissime *AFOV* spirituali *AMOb* 3 quid *F* quia *M* est *M* 4 firmate *M* 5 ergo] autem *V* paucis uerbis *AFNOSTγbd* in *om. M* sinbolo *M* 6 quid *M* 7 restitit et resistit] resistit et resistit *V* restitit et restitit γ 8 non tantum *om. V* illis] his *AFNOSTV*γ 10 intellegitis *RF* 11 monendum *P* minuendum *M* 13 mandata *AFNV*γ tradantur *VM* 15 munitiore F^1 munitione *PV* munitiori *TN* ac defensione *V* defensionis *P* custodiant *TN* 16 enim] uero γ 17 non—dicere *om. V* sed quia *M* 20 fabricauerit] creauerit *VO* 21 ornatum *Pb* contendunt *P* esse deum *VO* 23 natura scilicet *P* 24 sicut carnali *VO* consuetudinem *F* uiuendi *P* fabri *VO*

et domorum structores et quoslibet opifices, qui, nisi adiuuentur parata materia, ad effectum suae artis peruenire non possunt, ita intellegunt fabricatorem mundi non esse omnipotentem, si mundum fabricare non posset, nisi eum aliqua non ab illo fabricata natura tamquam materies adiuuaret. ac si omnipotentem deum fabricatorem mundi esse concedunt, fateantur necesse est ex nihilo eum fecisse quae fecit. non enim aliquid esse potest, cuius creator non esset, cum esset omnipotens, quia etsi aliquid fecit ex aliquo, sicut hominem de limo, non utique fecit ex eo, quod ipse non fecerat, quia terram, unde limus est, ex nihilo fecerat. et si ipsum caelum et terram, id est mundum et omnia, quae in eo sunt, ex aliqua materia fecerat, sicut scriptum est: qui fecisti mundum ex materia inuisa, uel etiam informi, sicut nonnulla exemplaria tenent, nullo modo credendum est illam ipsam materiam, de qua factus est mundus, quamuis informem, quamuis inuisam, quocumque modo esset, per se ipsam esse potuisse tamquam coaeternam et coaeuam deo; sed quemlibet modum suum, quem habebat, ut quoquo modo esset et distinctarum rerum formas posset accipere, non habebat nisi ab omnipotente deo, cuius beneficio est res non solum quaecumque formata, sed etiam quaecumque formabilis. inter formatum autem et formabile hoc interest, quod formatum iam accepit formam, formabile autem potest accipere. sed qui prae-

13 Sap. 11, 18

1 quilibet *V* quibuslibet *O* 3 ita etiam *Sbd* 4 possit *FSATNVγ* 5 fabricata ab illo *FVO* ac *R:* at *PM* aut *FASTNVOγbd* 7 nichilo *P* 8 non esse *V* 9 ex] ab *V* 10 fecit *om. P* 11 terra *RS* limū *P* si *om. M* 12 terra *R* ipsum mundum *P* 14 etiam *om. P* etiam nonnulla *M* 15 modo credent nullo modo credendum *M* ipsam illam *M* 16 quanuis *A* 17 quocunque *A* quoque *M* esset] esse *FA om. STNVγ* 18 tanquam *A* coeternam *SP* coeuam *FS* 19 quem *A om. TN* habeat *FSOγ* habebat *V* quoquo] quo *SPMVO* 20 possit *FSAVOγ* habeat *V* 21 omnipotenti *FV* 22 formata—quaecumque *in mg. sup. F* 23 hoc *om. A* iam *er. A* 24 acceperit *M*

stat rebus formam, ipse praestat etiam posse formari, quoniam de illo et in illo est omnium speciosissima species incommutabilis, et ideo ipse unus est, qui cuilibet rei non solum, ut pulchra sit, sed etiam ut pulchra esse possit adtribuit. quapropter rectissime creditur omnia deum fecisse de nihilo: quia etiam si de aliqua materia factus est mundus, eadem ipsa materia de nihilo facta est, ut ordinatissimo dei munere prima capacitas formarum fieret, ac deinde formarentur quaecumque formata sunt. hoc autem diximus, ne quis existimet contrarias sibi esse diuinarum scripturarum sententias, quoniam et omnia deum de nihilo fecisse scriptum est et mundum esse factum de informi materia.

3. Credentes itaque in deum patrem omnipotentem nullam creaturam esse, quae ab omnipotente non creata sit, existimare debemus. et quia omnia per uerbum creauit, quod uerbum et ueritas dicitur et uirtus et sapientia dei multisque aliis insinuatur uocabulis qui nostrae fidei Iesus Christus dominus commendatur, liberator scilicet noster et rector filius dei — non enim uerbum illud, per quod sunt omnia condita, generare potuit nisi ille, qui per ipsum condidit omnia
III — credimus etiam in Iesum Christum filium dei patris unigenitum, id est unicum, dominum nostrum. quod tamen uerbum non sicut uerba nostra debemus accipere, quae uoce atque ore prolata uerberato aere transeunt nec diutius manent quam sonant; manet enim illud uerbum incommutabiliter.

16 cf. Ioh. 14, 6 cf. I Cor. 1, 24

1 ipse] pie *M* formari posse *VO* 2 in illo et de illo *M* 3 unus unus *P* 4 quiapropter P^1 5 credimus *bd* deum omnia *O* deum *om.* $S\gamma$ qui *O* si etiam *O* 6 esset *M* 7 primo *TN* 8 formarū *ex* formaret *S* quecunque *T* quaeque *M* 10 scripturarū *sup. exp.* sententiarū *m. 2 A* 11 fecisse de nihilo *bd* 15 estimare $A\gamma$ estimare *FSTNVO* 16 ac sapientia *FSTNAVO*γ 17 quibus *PVMO*γ 18 dominus noster *M* commendaretur γ liberator *om.* *FATN*Vγ scilicet] scilicet saluator *TN* 19 facta sunt *A* 20 condita *om. A* ille *om. O* ipsum] illum *R* 21 in *om. M* patris omnipotentis *O* 22 dominum] deum *S* 24 ore *s. l. F* 25 incommutabiliter—omnia *om. O*

nam de ipso dictum est, cum de sapientia diceretur: in se ipsa manens innouat omnia. uerbum enim patris ideo dictum est, quia per ipsum innotescit pater. sicut enim uerbis nostris id agimus, cum uerum loquimur, ut noster animus innotescat audienti et quidquid secretum in corde gerimus per signa huius modi ad cognitionem alterius proferatur: sic illa sapientia, quam deus pater genuit, quoniam per ipsam innotescit dignis animis secretissimus pater, uerbum eius conuenientissime nominatur.

4. Inter animum autem nostrum et uerba nostra, quibus eundem animum ostendere conamur, plurimum distat. nos quippe non gignimus sonantia uerba, sed facimus: quibus faciendis materia subiacet corpus. plurimum autem interest inter animum et corpus. deus uero, cum uerbum genuit, id quod est ipse genuit, neque de nihilo neque de aliqua iam facta conditaque materia, sed de se ipso id quod est ipse. hoc enim et nos conamur, cum loquimur, si diligenter consideremus nostrae uoluntatis adpetitum, non cum mentimur, sed cum uerum loquimur. quid enim aliud molimur, nisi animum ipsum nostrum, si fieri potest, cognoscendum et perspiciendum animo auditoris inferre? ut in nobis quidem ipsi maneamus nec recedamus a nobis et tamen tale indicium, quo fiat in altero nostra notitia, proferamus, ut, quantum facultas conceditur, quasi alter animus ab animo, per quem se indicet, proferatur.

1 Sap. 7, 27

1 cum] quod *FV*γ dicitur γ 2 ipso *P* enim] uero γ autem *Obd* 3 enim *R:* ergo *FAS*γ*TPNMVObd* 4 id] illud (*semper fere pro* id) *M* uerum] uerbum *P* locuntur *V* 5 quicquid (*semper* c) *FASP* in *om. RSPTNMO*γ 8 dignis] ignis *FSV*γ dignis (d *s. l.*) *A* ḍigṇuṣ (*in mg.* dignis) *M* signis *b*, *om. TN* animi *FSV* patris *FSA*^{1}*V*γ 13 faciendis] subiacendis *P* subiacit *F*^{1}*S*^{1} corporis *R* 14 animam *TN* 16 se *om. VM* id est *V* in hoc *M* 17 si] cū *O* 18 comentimur *S*^{1} 19 enim *om. A* ipsum animum *VM* 20 proficiendum *M* 21 ipsi quidem *FASTNOV*γ*bd* quidem *om. TN* 22 a nobis recedamus γ indicium tale *M* quod *R* 23 noticia *F* concedit *AFSTNVO*γ

id facimus conantes et uerbis et ipso sono uocis et uultu et gestu corporis, tot scilicet machinamentis id, quod intus est, demonstrare cupientes, quia tale aliquid proferre non possumus; et ideo non potest loquentis animus penitus innotescere. unde etiam mendaciis locus patet. deus autem pater, qui uerissime se indicare animis cognituris et uoluit et potuit, hoc ad se ipsum indicandum genuit, quod est ipse qui genuit: qui uirtus etiam eius et sapientia dicitur, quia per ipsum operatus est et disposuit omnia. de quo propterea dicitur: adtingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suauiter.

IIII. 5. Quamobrem unigenitus filius dei neque factus est a patre, quia, sicut dicit euangelista, omnia per ipsum facta sunt, neque ex tempore genitus, quoniam sempiterne deus sapiens sempiternam secum habet sapientiam suam; neque inpar est patri, id est in aliquo minor, quia et apostolus dicit: qui cum in forma dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. hac igitur fide catholica et illi excluduntur, qui eundem dicunt filium esse, qui pater est, quia et hoc uerbum apud deum esse non posset nisi apud patrem deum et nulli est aequalis qui solus est; excluduntur etiam illi, qui creaturam dicunt esse filium, quamuis non talem, quales sunt ceterae creaturae. quantamcumque enim creaturam dicant, si creatura est, condita et facta est;

8 cf. I Cor. 1, 24 10 Sap. 8, 1 13 Ioh. 1, 3 17 Phil. 2, 6

1 conante fetu uerbi *FASTVO*γ conantes fetu uerbi *N* 4 loquentis animus non potest *M* inde *FV* 5 mendacii *V* 6 *pr.* et *om. V* 7 est *om. M* 8 etiam uirtus *AFS*γ*TNVObd* eius etiam *M* 10 a fine *om. FS*γ disposuit *M* 14 sempiternus *AVF*^{2} 15 habet secum *PNM* suam *om. M* 18 arbitratus *om. P* esse se *FASTNMVO*γ ęqualem *ATNMVO*γ aequale (e *fin. ex* is) *S* 19 et illi *om. P* esse filium *VO* 20 esse—deum *om. S* qui—esse *om.* γ 21 posse γ potest *P*^{1} possit *AFVOS*^{1} nisi *om.* γ equalis est *VO* 22 illi *om. RPM* dicunt creaturam esse *VO* esse dicunt *AFS*γ*bd* 23 tales *M* quantaque *P* 24 dicunt *ASF*^{1}

nam idem est condere, quod creare. quamquam in latinae linguae consuetudine dicatur aliquando creare pro eo, quod est gignere; sed graeca discernit. hoc enim dicimus creaturam, quod illi κτίσμα uel κτίσιν uocant; et cum sine ambiguitate loqui uolumus, non dicimus creare, sed condere. ergo si creatura est filius, quamlibet magna sit, facta est. nos autem in eum credimus, per quem facta sunt omnia, non in eum, per quem facta sunt cetera; neque enim aliter hic possumus accipere omnia, nisi quaecumque sunt facta.

6. Sed quoniam uerbum caro factum est et habitauit in nobis, eadem sapientia, quae de deo genita est, dignata est etiam in hominibus creari. quo pertinet illud: dominus creauit me in principio uiarum suarum; uiarum enim eius principium caput est ecclesiae, quod est Christus hominem indutus, per quem uiuendi exemplum nobis daretur, hoc est uia certa, qua perueniremus ad deum. non enim redire potuimus nisi humilitate, qui superbia lapsi sumus, sicut dictum est primae nostrae creaturae: gustate, et eritis tamquam dii. huius igitur humilitatis exemplum, id est uiae, qua redeundum fuit, ipse reparator noster in se ipso demonstrare dignatus est, qui non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, sed semet ipsum

10 Ioh. 1, 14 13 Prou. 8, 22 18 Gen. 3, 5 21 Phil. 2, 6. 7

1 id *SP* est *om. F*¹ est condere] cū dicitur *M* et creare *P* latina *O* 2 ex consuetudine γ creare *om. VO* 3 gignere creare *VO* greca *F* discirnit *S* creatura *R* 4 ctisma *FSTNMVO*γ tisma *A* citsma *P* ctisin *T* ctistin *FSNMVO*γ tistin *A* citsin *P* etiam *M* 6 quantumlibet *O* magna facta *P* est *om. V* 8 facta *om. M* sint *M* et cetera *P* neque—facta *om. M* hic aliter *Pbd* accipere possumus *Pbd* possimus *FS*¹ 10 habitabit *R* 12 in hominibus etiam *M* quo et *M* 13 initio *TN* 14 et caput *b* ecclesie est *TNVO* est *om. FASPMb* quod] qm *M om. b* 15 homine *Pbd* uidendi *M* 16 daret *O* haec *b* recta *AFSTNVO*γ peruenimus *V* 17 enim] tantum *M* 18 primo *M* 19 tamquam] sicut *TNO* 20 ipse fuit *M* semet *AFSTNVO*γ 21 rapina *R* 22 esse se *FPTNO*γ ęqualem *PTNVO*γ

euacuauit, formam serui accipiens, ut crearetur homo principio uiarum eius, uerbum, per quod facta sunt omnia. quapropter secundum id, quod unigenitus est, non habet fratres, secundum id autem, quod primogenitus est, fratres uocare dignatus est omnes, qui post eius et per eius primatum in dei gratiam renascuntur per adoptionem filiorum, sicut apostolica disciplina commendat. naturalis ergo filius de ipsa patris substantia unicus natus est, id existens, quod pater est, deus de deo, lumen de lumine; nos autem non lumen naturaliter sumus, sed ab illo lumine inluminamur, ut sapientia lucere possimus; erat enim, inquit, lumen uerum, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. addimus itaque fidei rerum aeternarum etiam temporalem dispensationem domini nostri, quam gerere et ministrare nobis pro nostra salute dignatus est. nam secundum id, quod unigenitus est dei filius, non potest dici: fuit et erit, sed tantum: est, quia et quod fuit, iam non est, et quod erit, nondum est. ille ergo est incommutabilis sine condicione temporum et uarietate. nec aliunde arbitror manare illud, quod famulo suo Moysi tale nomen suum insinuauit. nam cum ab eo quaereret, si se populus, ad quem mittebatur, contemneret, a quo se diceret esse missum, responsum dicen-

2 cf. Ioh. 1, 3 4 cf. Luc. 8, 21 5 cf. Hebr. 2, 11 11 Ioh. 1, 9

1 euacuauit] exinaniuit *AM* homo *om. M* 2 eius] suam *M* uerbum] quod est uerbum *AFSVO*γ facta] creata *RM* 3 secundum *om. ASTNF*^{1}*V*^{1} id] aliud *M* 4 id] illud *M* 5 est *om. M* 6 gratia *RP* nascimur *R*^{2}*P* nascuntur *M* per] post *O* filiorum suorum *M* 7 filius dei *V* 8 est natus *M* id] id est *P* illud *M* exsistens *V* est *om. M* 9 *pr.* de *om.* γ^1 lumen non *V* 11 possimus lucere *VO* enim *om. P* 13 itaque] etiam *V om. O* fide *S* 14 nostri] $\bar{N}$ *FS* non, *sed er. A, om. TNVO*γ nobis et ministrare *AFSTNVO*γ*bd* 15 secundum *om. M* 16 id] illud *M* 19 manere *FSMO*γ 21 quaereret] credetur quereret *V* 22 contempneret *AFSPN* se *om P* esse *om. TN*

tis accepit: ego sum, qui sum. deinde subiunxit: haec dices filiis Israhel: qui est, misit me ad uos.

7. Ex quo iam spiritalibus animis patere confido nullam naturam deo esse posse contrariam. si enim ille est et de solo deo proprie dici potest hoc uerbum — quod enim uere est, incommutabiliter manet, quoniam quod mutatur, fuit aliquid, quod iam non est, et erit, quod nondum est — nihil habet deus contrarium. si enim quaereretur a nobis, quid sit albo contrarium, responderemus nigrum; si quaereretur, quid sit calido contrarium, responderemus frigidum; si quaereretur, quid sit ueloci contrarium, responderemus tardum, et quaecumque similia. cum autem quaeritur, quid sit contrarium ei quod est, recte respondetur: quod non est.

8. Sed per temporalem, ut dixi, dispensationem quoniam ad nostram salutem et reparationem operante dei benignitate ab illa incommutabili dei sapientia natura mutabilis nostra suscepta est, temporalium rerum salubriter pro nobis gestarum adiungimus fidem, credentes in eum dei filium, qui natus est per spiritum sanctum ex uirgine Maria. dono enim dei, hoc est sancto spiritu concessa nobis est tanta humilitas tanti dei, ut totum hominem suscipere dignaretur in utero uirginis, maternum corpus integrum inhabitans, integrum deserens. cui temporali dispensationi multis modis insidiantur haeretici. sed

1 Ex. 3, 14

1 accipit *P* audiuit *M* subiungit *APTNFM* subiungit et dicit *VO* haec] deinde *P* 2 dicis *RF*^{1} dicens *M* me *om. R* 3 patere] potestatē *M* 4 posse esse γ contraria *R* illa *P* 5 dici potest proprie *V* proprio *M om. P* enim *om. P*γ 6 estque *P* maneat *V* 7 nihil] nihil ergo *AFS*γ*TNVObd* 9 si enim *TN* si— frigidum *om. S*γ 11 sit *om. AFSTNVO*γ contrarium *om. V* 12 que**ri*t̄ *F* quereretur *ASV*γ ei contrarium γ 13 responditur *F*^{1} 14 per *om. P* diximus *TN* quoniam *legitur post* Sed *in bd* 17 nobis] uerbis *M* 18 est *om. M* 19 maria uirgine *M* dei *om. O* 20 spiritu sancto *APV* est nobis *VO* tanti *om. TN* 21 utro *F*^{1} 23 dispensatione temporali *A* dispensatione *O*

quisquis tenuerit catholicam fidem, ut totum hominem credat a uerbo dei esse susceptum, id est corpus, animam, spiritum, satis contra illos munitus est. quippe cum ista susceptio pro salute nostra gesta sit, cauendum est, ne, cum crediderit aliquid nostrum non pertinere ad istam susceptionem, non pertineat ad salutem. et cum homo excepta forma membrorum, quae diuersis generibus animantium diuersa tributa est, non distet a pecore nisi rationali spiritu, quae mens etiam nominatur, quomodo sana est fides, qua creditur, quod id nostrum susceperit dei sapientia, quod habemus commune cum pecore, illud autem non susceperit, quod inlustratur luce sapientiae et quod hominis proprium est?

9. Detestandi autem etiam illi sunt, qui dominum nostrum Iesum Christum matrem Mariam in terris negant habuisse, cum illa dispensatio utrumque sexum, et masculinum et femininum, honorauerit et ad curam dei pertinere monstrauerit non solum quem suscepit, sed illum etiam, per quem suscepit, uirum gerendo, nascendo de femina. nec nos ad negandam Christi matrem cogit, quod ab eo dictum est: quid mihi et tibi est, mulier? nondum uenit hora mea, sed admonet potius, ut intellegamus secundum deum non eum habuisse matrem, cuius maiestatis personam parabat ostendere aquam in uinum uertendo. quod autem crucifixus est, secun-

19 Ioh. 2, 4

1 quisquis] si quis *AFSγTNVObd* si quisquis *PM* 2 esse susceptum a uerbo dei *P* a *s. l. A*, *om. FSMVOγ* 4 nostra salute *PM* sit gesta *AFSγTNVObd* sit *om. M* est autem *AFSγVO* aliquid] ad *M* 5 pertinere queat (re queat *in ras.*) *A* istam *om. TN* 6 homo *om. N* excepto *R* 7 est tributa (est *s. l. m. 2*) *F.V* distat *AFSγVO* 8 rationale *M* nominantur *M* 9 id] illud *M* 13 autem *om. M* 14 Christum *om. V* habuisse negant *bd* negent *R* 15 utrunque *A* 16 et—monstrauerit *om. M* dei] eius *VO* 17 sed—suscepit *om. V* suscipit *P* 18 uirum] uerum *AFγ* minimi *M* negandum *PV* 19 Christi] michi *M* 20 nondum michi *M* 21 ămonet *Aγ* amonet *V* eum *om. P* 23 aqua *R* secundum—est *in mg. sup. F*

dum hominem crucifixus est; et illa erat hora, quae nondum uenerat, quando dictum est: mihi et tibi quid est? nondum uenit hora mea, id est, qua te cognoscam. tunc enim ut homo crucifixus cognouit hominem matrem et dilectissimo discipulo humanissime commendauit. nec illud nos moueat, quod, cum ei nuntiaretur mater eius et fratres, respondit: quae mihi mater aut qui fratres et cetera? sed potius doceat ministerium nostrum, quo uerbum dei fratribus ministramus, parentes cum inpediunt, non eos debere cognosci. nam si propterea quisque putauerit non eum habuisse matrem in terris, quia dixit: quae mihi mater? cogatur necesse est et apostolus negare habuisse patres in terris, quoniam praecepit eis dicens: nolite uobis patrem dicere in terris; unus est enim pater uester, qui in caelis est.

10. Nec nobis fidem istam minuat cogitatio muliebrium uiscerum, ut propterea recusanda uideatur talis domini nostri generatio, quod eam sordidi sordidam putant, quia et 'stultum dei sapientius est hominibus' et 'omnia munda mundis' uerissime apostolus dicit. debent igitur intueri, qui hoc putant, solis huius radios, quem certe non tamquam creaturam dei laudant, sed tamquam deum adorant, per cloacarum fetores et quaeque horribilia usquequaque diffundi et

4 cf. Ioh. 19, 26. 27 13 Matth. 23, 9 17 I Cor. 1, 25 18 Tit. 1, 15 21 Manichaei

1 hora erat *SPMO*γ nundum *P* 2 quid mihi et tibi *AV* mulier quid est *OV* 3 qua] qui *M* 4 crucifixus homo *VO* crucifixus est *A* 5 humanissime *om. A* 6 quod *om.* γ nuntiarentur A^2 enuntiarentur *M* 8 docent *V* misterium *V* quo] quod cum *TN* qui *VO* uerbo *R* 9 eos *om. TN* 10 quisquis *O* in terris *om. V* 12 habuisse] habuisse (*sup. exp.* fuisse) *F* fuisse *AS*γ 15 uobis F^1V^1O istam fidem *M* muniat *S* minuit *M* 16 domini] dei *TN* nostri] ñ *er. FT, om. AVO* 17 sordidam sordidi *VO* sordidam *om. M* stultum est *M* 19 apostolus uerissime *M* dicit apostolus *TN* et debent *RP* igitur *om. RP* 20 haec *AFSPTNO*γ 21 clacarum F^1 22 foetores *F* fętores *AS* quaecumque *AF*γ*PTNMVbd* quecumque *S* orribilia F^1 horrida *M*

in his operari secundum naturam suam nec tamen inde aliqua contaminatione sordescere, cum uisibilis lux uisibilibus sordibus sit natura coniunctior: quanto minus igitur poterat pollui uerbum dei non corporeum neque uisibile de femineo corpore, ubi humanam carnem suscepit cum anima et spiritu, quibus interuenientibus habitat maiestas uerbi ab humani corporis fragilitate secretius! unde manifestum est nullo modo potuisse uerbum dei maculari humano corpore, quo nec ipsa anima humana maculata est. non enim cum regit corpus atque uiuificat, sed cum eius bona mortalia concupiscit, de corpore anima maculatur. quodsi animae maculas illi uitare uellent, haec mendacia potius et sacrilegia formidarent.

V. 11. Sed parua erat pro nobis domini nostri humilitas in nascendo; accessit etiam, ut mori pro mortalibus dignaretur. humiliauit enim se, factus subditus usque ad mortem, mortem autem crucis, ne quisquam nostrum. etiamsi mortem posset non timere, aliquod genus mortis, quod hominum ignominiosissimum arbitrantur, horreret. credimus itaque in eum, qui sub Pontio Pilato crucifixus est et sepultus. addendum enim erat iudicis nomen propter temporum cognitionem. sepultura uero illa cum creditur, fit recordatio noui monumenti, quod resurrecturo ad uitae nouitatem praeberet testimonium, sicut nascituro uterus uirginalis. nam sicut in

15 Phil. 2, 8 23 cf. Ioh. 19, 41

1 hiis *O* suam naturam *VO* inde] in *M* aliqua *om. M* 2 sordiscere *R* 3 sit *om. V* si *M* potuit *VO* polli *M* 5 ibi *V* cum] cui *P* 7 sit fragilitate *P* secretus *N* ñ nullo *M* uerbum dei nullo modo potuisse maculari *N* 8 quia (a *m. 2 add.*) *V* 10 meus eius *M* 11 uitare] ne uetare *M* 13 parua erat] parue rat *F* paruerat $S\gamma$ parū erat *TN* apparuit *A* apparuerat *VO* 14 accessit etiam] ita *A* etiam] et *M* mortalibus immortalis *A* dignaret *O* 15 factus homo *M* usque ad mortem subditus *M* 16 morte autem *R* nostram *M* *om. A* 17 possit *AFTNVO*γ 18 arbitrentur *M* itaque in eum] ei *M* 19 Pontio *om. O* pylato *O* 20 enim *om.* γ 21 fit] sit *M* monumenti noui *M* 22 monumenti] testamenti *Pb* resurrectio *SM*γ 23 sic *alt. M*

illo monumento nullus alius mortuus sepultus est nec ante nec postea, sic in illo utero nec ante nec postea quidquam mortale conceptum est.

12. Credimus etiam illum tertio die resurrexisse a mortuis, primogenitum consecuturis fratribus, quos in adoptionem filiorum dei uocauit, quos conparticipes et coheredes suos esse dignatus est.

VI. 13. Credimus in caelum ascendisse, quem beatitudinis locum etiam nobis promisit, dicens: erunt sicut angeli in caelis, in illa ciuitate, quae est mater omnium nostrum Hierusalem aeterna in caelis. solet autem quosdam offendere uel inpios gentiles uel haereticos, quod credamus adsumptum terrenum corpus in caelum. sed gentiles plerumque philosophorum argumentis nobiscum agere student, ut dicant terrenum aliquid in caelo esse non posse. nostras enim scripturas non nouerunt nec sciunt quomodo dictum sit: seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. non enim ita dictum est, quasi corpus uertatur in spiritum et spiritus fiat, quia et nunc corpus nostrum, quod animale dicitur, non in animam uersum est et anima factum; sed spiritale corpus intellegitur, quod ita spiritui subditum est, ut caelesti habitationi conueniat, omni fragilitate ac labe terrena

5 cf. Ephes. 1, 5 9 Matth. 22, 30 10 cf. Gal. 4, 26 17 I Cor. 15, 44

1 est sepultus γ antea γ 2 post *O* illo *om. P* utero uirginis *P* quicquam *APTNM*γ 3 mortalem *M* 4 resurr. tertio die *M* tercio *F* tertia *NO* tercia *V* surrexisse *O* 5 prigenitum *R* secuturis *M* in *om. V* 6 uocauit (u *ex* b *m. 1*) *R* cum particeps *M* conparticipes et coheredes *om. V* 9 promisit nobis *AFSTNO*γ erunt] et *M* 11 iherusalem *TO* ierusalem *RNMVbd* 13 caelo *R* sed] at *PO* plerunque *A* 14 phylosophorum *AFS*γ student] solent *P* 15 aliquid terrenum *M* esse in cęlo *V* 16 nesciunt *ASTNVO*γ est *M* 17 surget *PM* 18 corpus *om. FVO* 20 animam factum *R* 21 spiritui subditum] coaptandum *P* 22 celestis *M* ac] ∗ac *A* hac *S* a *M* de *P*

in caelestem puritatem et stabilitatem mutata atque conuersa. haec est inmutatio, de qua item dicit apostolus: omnes resurgemus, sed non omnes inmutabimur. quam inmutationem non in deterius, sed in melius fieri docet idem, cum dicit: et nos inmutabimur. sed ubi et quomodo sit in caelo corpus dominicum, curiosissimum et superuacaneum est quaerere; tantummodo in caelo esse credendum est. non enim est fragilitatis nostrae caelorum secreta discutere, sed est nostrae fidei de dominici corporis dignitate sublimia et honesta sentire.

VII. 14. Credimus etiam, quod sedet ad dexteram patris. nec ideo tamen quasi humana forma circumscriptum esse deum patrem arbitrandum est, ut de illo cogitantibus dextrum aut sinistrum latus animo occurrat; aut id ipsum, quod sedere pater dicitur, flexis poplitibus fieri putandum est, ne in illud incidamus sacrilegium, in quo exsecratur apostolus eos, qui commutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem corruptibilis hominis. tale enim simulacrum deo nefas est christiano in templo conlocare; multo magis in corde nefarium est, ubi uere est templum dei, si a terrena cupiditate atque errore mundetur. ad dexteram ergo

2 I Cor. 15, 51 17 Rom. 1, 23

1 in stabilitatem *A* 2 mutatio *VO* item] iterum *P om. O* omnes quidem *V* 3 resurgimus F^1S^1 immutabitur A^1 4 docet idem cum *om. M* 5 dicit conditor *M* et] sed *SATNVO, om.* γ 6 celum *VM* dominicum corpus *AFSPTNMVO*γ superuacuum *A* 7 *alt.* est *om. P* 8 nostrae—est *in mg. sup. F* 9 est] et *ASV* 10 sentire] capere *P* 11 sedit S^1F^1V dextram *V* 13 est *om. M* dexterum *O* 14 et sinistrum *V* animo *om. TN* id] illud *M* 15 poblitibus γ nec *M* in *om. AFSPTNVO*γ*b* 16 execratur *ATNMVO*γ 17 incorruptibilis] incommutabilis *V* dei et incorruptibilis *V* in similitudinem *om. O* 18 et corruptibilis *O* quale *RM* tale enim] quare ergo qm *P* symulachrum γ simulachrum *SPTN* 19 christiano] ut fanum *P* collocaremus *P* multo] eo *P* 20 est *om. P* uero *MOV* templum dei est *FSTNVO*γ a terrena] eterna *P* 21 dextram *V* ergo *om. O*γ

intellegendum est dictum esse 'in summa beatitudine', ubi iustitia, pax et gaudium est, sicut ad sinistram haedi constituuntur, id est in miseria, propter iniquitatis labores atque cruciatus. sedere ergo quod dicitur deus, non membrorum positionem, sed iudiciariam significat potestatem, qua illa maiestas numquam caret, semper dignis digna tribuendo, quamuis in extremo iudicio multo manifestius inter homines unigeniti filii dei iudicis uiuorum atque mortuorum claritas indubitata fulsura sit.

VIII. 15. Credimus etiam inde uenturum conuenientissimo tempore et iudicaturum uiuos et mortuos. siue istis nominibus iusti et peccatores significentur, siue quos tunc ante mortem in terris inuenturus est, appellati sint uiui, mortui uero, qui in eius aduentu resurrecturi sunt, haec dispensatio temporalis non tantum est sicut illa generatio secundum deum, sed etiam fuit et erit. nam fuit dominus noster in terris et nunc est in caelo et erit in claritate iudex uiuorum atque mortuorum. ita enim ueniet, sicut ascendit, secundum auctoritatem, quae apostolorum actibus continetur. ex hac itaque temporali dispensatione loquitur in Apocalypsi, ubi scriptum est: haec dicit qui est et qui fuit et qui uenturus est.

2 cf. Matth. 25, 33 18 cf. Act. 1, 11 20 Apoc. 1, 8

1 dictum] sic dictum *Fbd* 2 et pax *AFSγTNVObd* est *om.* *FSAVOγ* hedi *TP* 3 iniquitates *AFSγPTNMObd* 4 deus *om.* *ASVOγ* 5 positione *R* iudicariam *P* iudiciaria *M* quia *V* 6 digna dignis *γbd* dignis *om.* *TN* 7 in *om.* *AFSTNVPMOγ* 9 fulsura *RP* suphura (?) *M* futura *AFSγTNVOd* 10 uenturum] futurum *O* 12 et iusti *O* significantur *A* significentur anni *M* mortem nostram *Pb* 13 sunt *ASTNMVPOγ* uero] autem *M* 14 in *om.* *PM* aduentum *R* 16 fuit tunc *VO* noster] ñ A^1 ñ *er.* *S* tunc A^2 *om.* *TNOγ* est] etiam *M* 17 celis *P* 18 ueniet *om.* *VO* sicut *om.* *O* asscendit *P* dico secundum *V* duo secundum *O* 19 in actibus apostolorum *VObd* 20 loquimur R^1 apocalipsi *FγSN* apochalipsi·*T* apochalypsi *A* 21 qui est et *om.* *M* fuit] erit *VO*

VIII. 16. Digesta itaque fideique commendata et diuina generatione domini nostri et humana dispensatione adiungitur confessioni nostrae ad perficiendam fidem, quae nobis de deo est, spiritus sanctus non minore natura quam pater et filius, sed, ut ita dicam, consubstantialis et coaeternus, quia ista trinitas unus est deus: non ut idem sit pater, qui est filius et spiritus sanctus, sed ut pater sit pater et filius sit filius et spiritus sanctus sit spiritus sanctus, sed haec trinitas unus deus, sicut scriptum est: audi, Israhel: dominus deus tuus deus unus est. tamen si interrogemur de singulis et dicatur nobis: deus est pater? respondebimus: deus. si quaeratur, utrum deus sit filius, hoc respondebimus. nec si fuerit de spiritu sancto talis interrogatio, aliud eum esse debemus respondere quam deum, uehementer cauentes sic accipere, quomodo de hominibus dictum est: dii estis. non enim sunt naturaliter dii, quicumque sunt facti atque conditi ex patre per filium dono spiritus sancti. ipsa enim significatur trinitas, cum apostolus dicit: quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. quamquam ergo de singulis interrogati respondeamus deum esse, de quo quaeritur, siue patrem siue filium siue spiritum sanctum, non tamen tres deos a nobis coli quisquam existimauerit.

17. Nec mirum, quod haec de ineffabili natura dicuntur, cum in his etiam rebus, quas corporeis oculis cernimus et

9 Deut. 6, 4 15 Ps. 81, 6 18 Rom. 11, 36

1 fidei quę *FSO* fide atque *TN* fide que *M* commendata est *VOM* et *om. TNM* 2 nostri *om. P* dispensatione *om. P* iungitur *P* 3 percipiendam *M* 4 est] et *O* *& fin.* est] et *Nbd om. VO* filius est *VO* 7 sed—sanctus *om. M* 8 sit *om. VO* sed] sed et *AFSTNV*$_{\gamma}$ et *Mbd* 9 dominus unus *RSV* 10 interrogemus *R* interrogamur *P* 11 respondebamus *V* 13 eum esse *om. M* esse *om. RP* debeamus *M* 14 sic *om. AFSTNV*$_{\gamma}$ 16 ex] a *TN* 17 et per (et *s. l. m. 2*) *F, V* dono] et in dono (in *s. l.*) *F, O* et in domo *V* sancti spiritus *O* iam ipse *M* 18 et in ipso et per ipsum *Vbd* 20 de quo quaeritur *om. TN* de quo] nec hoc *FSVO*$_{\gamma}$*A*^{1} cū hoc *A*^{2} 21 coli a nobis *VO* 24 hiis *TMO* iis *bd* quibus *V* corporeas *P* oculis *om. P* secernimus *V*

corporeo sensu diiudicamus, tale aliquid accidat. nam cum de fonte interrogati non possumus dicere, quod ipse sit fluuius, nec de fluuio interrogati possumus eum fontem uocare, rursus potionem, quae de fonte uel fluuio est, nec fluuium possumus appellare nec fontem, tamen in hac trinitate aquam nominamus et cum de singulis quaeritur, singillatim aquam respondemus. nam si quaero, utrum in fonte aqua sit, respondetur aqua; et si quaeram, utrum aqua sit in fluuio, nihil aliud respondetur, et in illa potione non poterit alia esse responsio; nec tamen eas tres aquas, sed unam dicimus. sane cauendum est, ne quisquam ineffabilem illius maiestatis substantiam sicut fontem istum uisibilem atque corporeum uel fluuium uel potionem cogitet. in his enim aqua illa, quae nunc in fonte est, exit in fluuium nec in se manet; et cum de fluuio uel de fonte in potionem transit, non ibi permanet, unde sumitur. itaque fieri potest, ut eadem aqua nunc ad fontis appellationem pertineat, nunc ad fluuii, nunc ad potionis, cum in illa trinitate dixerimus non posse fieri, ut pater ipse aliquando sit filius, aliquando spiritus sanctus. sicut in arbore radix non est nisi radix nec robur est aliud quam robur nec ramos nisi ramos possumus dicere; non enim quod dicitur radix, potest

1 accedat *ASR*^{1}*F*^{1} 2 possimus *F*^{1}*S*γ*PTNMObd* 3 possimus *TNMObd* et rursum *bd* rursum *P* 4 fluuio] flumine *P* possimus *TNMbd* 5 nec tamen *M* in *om. TN* hanc *TN* trinitatem *TN* nominamus *om. A* 6 cum] tamen *M* singulatim *F* *om. VO* aqua *AFS*γ respondimus *F*^{1}*S*^{1} 7 nam—quaeram *om. M* si *om. RAFSTNVO*γ aqua in fonte *AFSTNMVO*γ*bd* respondit*ur* *F*^{1}*S*^{1} 8 quaeramus *lib. praet. R* 9 et] uel *V om. O* esse alia *bd* 11 ineffabiliter *V* maiestatis illius *M* 13 hiis *TNM* quo *V* nunc] nec *VO* fonte—transit (*supra* fonte *pos.* est „ua“ *supra* transit „cat“ *M* 14 exit] hęc sit *F*^{1}*AS* exiit (i *alt. s. l.*) *P* ꝑęc transit *T* transit *N* ne *O* de *om. PVO* 17 potionis] optionis *V* 18 diximus *O* ipse *om. AFSPTNMVO*γ*bd* 19 non est radix nisi *bd* 20 robor *A* rubur *S*^{1} est *om. A* aliud] aliquid *SPVO*γ robor (*semper* o) *A* ramus (*bis*) *A*^{1}*FSV* ramū (*bis*) γ 21 quae *RM* radyx *S* potest] id est potest *TN* id possit *FSV*γ id potest *AObd*

dici et robur et rami; nec lignum, quod pertinet ad radicem, potest aliquo transitu nunc in radice esse, nunc in robore, nunc in ramis, sed tantummodo in radice, cum illa regula nominis maneat, ut radix lignum sit et robur lignum et rami lignum, nec tamen tria ligna dicantur, sed unum. aut si haec habent aliquam dissimilitudinem, ut possint non absurde tria ligna nominari, ut etiam tria ligna dici possunt propter firmitatis diuersitatem, illud certe omnes concedunt, si ex uno fonte tria pocula inpleantur, posse dici tria pocula, tres autem aquas non posse dici, sed omnino unam aquam, quamquam de singulis poculis interrogatus in quolibet horum aquam esse respondeas, quamuis nullus hic transitus fiat, sicut de fonte in fluuium dicebamus. sed haec non propter illius diuinae naturae similitudinem, sed propter uisibilium etiam unitatem corporalia exempla data sunt, ut intellegeretur fieri posse, ut aliqua tria non tantum singillatim, sed etiam simul singulare nomen obtineant, ne quisquam miretur et absurdum putet, quod deum dicimus patrem, deum filium, deum spiritum sanctum nec tamen tres deos in ista trinitate, sed unum unamque substantiam.

18. Et de patre quidem ac filio multis libris disseruerunt

1 *pr.* et *om.* *AFSγTNVObd* 2 non potest *R* nunc *om.* *R* esse—radice *om.* *V* 4 manet *M* *pr.* et *om.* *O* 5 tria *om.* *O* 6 aliquam habent *M* dissimilitudinem *om.* *M* non *om.* *V* absurda (*s.* a *add.* ł e) *F, S* et tria *FSTN*γ 7 *pro* nominari *praebent* dici *bd* ut—possunt *om.* *TNbd* ligna tria *A* tria] ita γ possint dici *A* possint *FSγPMO* 8 illud] id *AVO* uno *om.* *P* 9 impleantur—pocula *om.* *M* pocula—aquas *om.* *V* autem *om.* *M* 10 aquas impleantur posse dici tria pocula tres autem aquas non posse dici *M* aquam *om.P* *M* quamquam] quam *SVO* qui *A* 12 hic nullus *VO* hiis *M* sicut *om.* *P* 13 in fluuium] riuuli *M* sed] et *P* sed non *P* diuinae illius *O* 16 unum singulare *Fbd* 17 obtineat *M* detineant *P* ne *P:* nec *RAFSTNMVOγbd* absurde *P* 18 diximus *M* 19 unum] unum deum *Pbd* unum colamus *AFSTNMVO*γ 21 Et *om.* *AP* illud *M* quidem ac filio] qui ē et filius *M* ac] et *P* in multis *A* deseruerunt F^1 deseruerint *M*

docti et spiritales uiri, quibus, quantum homines hominibus poterant, et quemadmodum non unus esset pater et filius, sed unum essent, et quid proprie pater esset et quid filius, insinuare conati sunt: quod ille genitor, ille genitus; ille non de filio, ille de patre; ille huius principium, unde et caput Christi dicitur, quamuis et Christus principium, sed non patris; hic uero illius imago, quamuis nulla ex parte dissimilis et omnino indifferenter aequalis. tractantur haec latius ab eis, qui non tam breuiter quam nos totius christianae fidei professionem uolunt explicare. itaque, in quantum filius est, de patre accepit, ut sit, cum ille de filio id non acceperit: et in quantum hominem mutabilem, scilicet creaturam in melius commutandam, ineffabili misericordia temporali dispensatione suscepit, multa de illo in scripturis inueniuntur ita dicta, ut inpias haereticorum mentes prius uolentes docere quam nosse in errorem miserint, ut putarent eum non aequalem patri nec eiusdem esse substantiae, qualia sunt illa: quoniam pater maior me est, et: caput mulieris uir, caput uiri Christus, caput autem Christi deus, et: tunc et ipse subiectus erit ei, qui illi subiecit

5 cf. I Cor. 11, 3 6 cf. Ioh. 8, 25 7 cf. Col. 1, 15 18 Ioh. 14, 28 19 I Cor. 11, 3 20 I Cor. 15, 28

1 et] ac γ spiritales] religiosi *P* et quibus *N* quantum] tantum *AFSV* tamquam *TN*γ 2 et *om. PN* que admodum *F* 3 quicquid *M* pater proprie *M* propriae *R* et *om. M* 4 ille genitus (ille *s. l. m. 1*) *F* et ille genitus *VO* hic genitus *bd* 5 ille] hic *bd* huius ille *bd* huius *om. M* 6 principium sit *N* 7 hiis *M* 8 et—aequalis *om. O* et] sed *TN* indifferens et *TN* indiferente requalis *S* tractantibus *FSTNV*γ tractatur *P* haec *om. P* 9 ab *om. TN*γ quam] sicut *P* 10 confessionem *P* uolunt M^1 11 de] et de *RAFTNVO*γ id de filio *A* id] hoc *O* non id γ accepit *M* 12 hominem] homo est (o est *in ras.*) *F, V, om. O* 13 commutando *VO* commutendam *M* 14 illa *P* 16 quam *om. O* errore *S* terrorem *O* miserunt *MP* 17 patre *V* esse *om. AP* qua alia *M* 19 caput uiri Christus *om. P* 20 et ipse] etiam ipse *TN* ipse *Mbd*

omnia, et: uado ad deum meum et deum uestrum, et nonnulla huius modi: quae omnia posita sunt, non ut naturae atque substantiae inaequalitatem significent, ne falsa sint illa: ego et pater unum sumus, et: qui me uidit, uidit et patrem meum, et: deus erat uerbum — non enim factus deus, cum omnia per ipsum facta sint — et: non rapinam arbitratus est esse aequalis deo et cetera talia, sed illa posita sunt partim propter administrationem suscepti hominis, qua dicitur: semet ipsum exinaniuit — non quia mutata est illa sapientia, cum sit omnino incommutabilis, sed quia tam humiliter hominibus innotescere uoluit — partim ergo propter hanc administrationem illa ita scripta sunt, de quibus haeretici calumniantur, partim propterea, quia filius patri debet, quod est, hoc etiam debens utique patri, quod eidem patri aequalis aut par est; pater autem nulli debet quidquid est.

19. De spiritu autem sancto nondum tam copiose ac diligenter disputatum est a doctis et magnis diuinarum scripturarum tractatoribus, ut intellegi facile possit eius proprium, quo proprio fit, ut eum neque filium neque patrem dicere possimus, sed tantum spiritum sanctum, nisi quod eum donum

1 Ioh. 20, 17 4 Ioh. 10, 30 Ioh. 14, 9 5 Ioh. 1, 1. 3 7. 9 Phil. 2, 6. 7

1 uado ad patrem meum et patrem uestrum et (et *om. bd*) deum meum *sqq. Pbd* 3 nec *V* 4 *et* 5 uidet *PTNVO*γ 5 et *om. F* meum *om. AFSTNMVO*γ 6 factus deus] factus est deus *AFSTNVO*γ factus est *bd* sunt *AFSPVO*γ 7 eam esse *V* se aequalis (se *s. l.*) *S* se equalem *AM*γ 8 talia] alia *FSA*$^1\gamma$ amministrationem γ 9 homines *S* 11 hominibus] humilibus *AFVO*γ umilibus *STN* 12 propter *om. M* amministrationem γ 13 scripta ita *M* ita *om. TN* calumpniantur *AM* 14 propterea] propter hoc *AFSTNVO*γ etiam] est *M* 15 idem *O* etiam *P* aut] ac *AFPTNMVO*γ 16 quicquid *RFAPTN* 17 sancto autem spiritu *M* sancto autem *M*γ*bd* nundum *M* hac *S* 18 et *om. AFSTNV*γ magnis *om. A* diuinorum *P* scripturarum *om. P* 19 et eius *AFSTNVO*γ*bd* 20 sit γ filium neque *om. V*

dei esse praedicant, ut deum credamus non se ipso inferius donum dare. seruant tamen, ut non genitum spiritum sanctum tamquam filium de patre praedicent — unicus enim est Christus — nec de filio tamquam nepotem summi patris nec tamen id quod est nulli debere, sed patri, ex quo omnia, ne duo constituamus principia sine principio, quod falsissimum et absurdissimum est et non catholicae fidei, sed quorundam haereticorum errori proprium. ausi sunt tamen quidam ipsam communionem patris et filii atque, ut ita dicam, deitatem, quam Graeci θεότητα appellant, spiritum sanctum credere: ut, quoniam pater deus et filius deus, ipsa deitas, qua sibi copulantur et ille gignendo filium et ille patri cohaerendo, ei a quo est genitus aequetur. hanc ergo deitatem, quam etiam dilectionem in se inuicem amborum caritatemque uolunt intellegi, spiritum sanctum appellatum dicunt multisque scripturarum documentis adsunt huic opinioni suae: siue illo, quod dictum est: quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, siue aliis multis talibus testimoniis, et eo ipso, quod per spiritum sanctum reconciliamur deo: unde etiam cum

17 Rom. 5, 5

1 se] sese *TN* se in se *FSVO*γ infimus *S* infimius *TN* infirmis γ 2 dare] donare dare *V* 3 est enim *AFSTNPVO*γ 4 *pr.* neque *SPbd* 5 id quod] illud *M* ullius *M* 6 sine *om. AFSTNV*γ principio *om. TN* est *post* falsissimum *praebent Pbd* 7 non consonum *VO* quorundem *O* 8 proprium est *VO* ausi] aut si *AS om. TN* quidam] qui *AFS*γ*TNVO* 9 et filii atque *om. F*[1] uti *M* ita *om. M* 10 theotetam *RO* theottha *AFS* theoithas *TN* theoitha γ theoteta *PM* theothitam *V* credant *AFS*γ*TNVO* ut] et ut *AFS*γ*V* et *TN* 11 deitate *TN* qua] quę *A*[1]*FV om. TN* copulantur *F* copulatur *VO* 12 ei] ut ei *RPM* 13 aequatur *TN* 14 karitatemque *P* caritatem *AFSTNVO* caritatem pronunciant γ 15 dicunt etiam *FSTN*γ dicunt et *V* multis *O* 16 assunt *AP* assumunt *VO* opinionis *S* illud *AFS*γ*MVO* quo *TN* 17 quoniam *om. RN* 19 quo *AFSMO*γ qui *V* 20 reconciliabimus (*s. l. 1 m*ur) *F*, *A*[1]γ*VO* reconciliabimus *S* reconciliantur *M* etiam] et *M* cum *om. RFPMVO*γ quia *A*

donum dei dicitur, satis significari uolunt caritatem dei esse spiritum sanctum. non enim reconciliamur illi nisi per dilectionem, qua etiam filii dei appellamur, non iam sub timore tamquam serui, quia consummata dilectio foras mittit timorem, et spiritum libertatis accepimus, in quo clamamus: abba pater. et quia reconciliati et in amicitiam reuocati per caritatem poterimus omnia dei secreta cognoscere, propterea de spiritu sancto dicitur: ipse uos inducet in omnem ueritatem; propterea et confidentia praedicandae ueritatis, qua inpleti sunt in aduentu eius apostoli, recte caritati tribuitur, quia et diffidentia timori datur, quem consummatio caritatis excludit. et ideo donum dei dicitur, quia eo quod quisque nouit non fruitur, nisi id diligat. frui autem sapientia dei nihil est aliud quam ei dilectione cohaerere, neque quisquam in eo quod percipit permanet nisi dilectione; et ideo spiritus sanctus dicitur, quoniam ad permanendum sanciuntur quaecumque sanciuntur nec dubium est a sanciendo sanctitatem uocari. maxime autem illo testimonio utuntur assertores huius sententiae, quod scriptum est: quod natum est de carne, caro est; et quod natum est de spiritu, spiritus est, quoniam deus spiritus est. hic enim

3 cf. I Ioh. 3, 1 4 cf. I Ioh. 4, 18 5 Rom. 8, 15 6 cf. Rom. 5, 8—10 8 Ioh. 16, 13 10 cf. Act. 2, 4 12 cf. Ephes. 3, 7 19 Ioh. 3, 6 21 Ioh. 4, 24

1 significare *AFSPVOγ* 2 reconciliabimur *ASVOγ* 3 dei *R: om. AFSPTNMVOγbd* 4 cū sopniata *M* dilectio] caritas *AFSTNVOγ* foris *O* 5 accipimus *P* 6 alba *M* amicitia *AFSTNVO* amiciciam *P* 7 secreta dei *M* 8 nos *O* inducit *RAF*^{1}*Sγ* 9 et *om. O* fidentia *RPM* 10 qu▪a *F* quia *M* in *om. MP* recta *FSV* 11 caritate *FSV* datur] tribuitur *M* quę *S* que (e *in ras.*) *F. V* qua *A*^{1} cosummationē *V* 12 et *om. ASMPbd* etiam donum *FSPMbd* 13 non *om. V* id] et id *bd* illud *M* 14 dei *om. O* aliud est *VO* ei] et *M* 15 quod] in quo *M* manet *VM* 16 dicitur *om. O* 17 sanctiuntur (ct *semper*) *PTNF*^{2}*γAO* 18 uocari sanctitatem *VO* uocare *S* maxime autem] et maxime *AFSTNVOγ* illis testimoniis *RP* 19 adsertores *FS* 20 est *alt. om. O* et *om. AFSPVO* 21 deus *om. S* spiritus est deus *M*

regenerationem nostram dicit, quae non secundum Adam de carne est, sed secundum Christum de spiritu sancto. quapropter si spiritus sancti hoc loco facta est commemoratio, cum dictum est, quoniam deus spiritus est, animaduertendum dicunt non dictum esse 'quoniam spiritus deus est', sed: quoniam deus spiritus est, ut ipsa deitas patris et filii hoc loco dicta sit deus, quod est spiritus sanctus. huc accedit aliud testimonium, quod dicit Iohannes apostolus, quoniam deus dilectio est. etiam hic enim non ait 'dilectio deus est', sed: deus dilectio est, ut ipsa deitas dilectio intellegatur. et quod in illa enumeratione conexarum sibi rerum, ubi dicitur: omnia uestra sunt, uos autem Christi, Christus autem dei, et: caput mulieris uir, caput uiri Christus, caput autem Christi deus, nulla fit commemoratio spiritus sancti, ad hoc pertinere dicunt, quia non fere in his, quae sibi conexa sunt, numerari solet ipsa conexio. unde in illo etiam loco trinitatem ipsam uidentur agnoscere, qui legunt adtentius, cum dicitur: quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ex ipso, tamquam ex eo, qui nulli debet quod est; per ipsum, tamquam per mediatorem; in ipso, tamquam in eo, qui continet, id est copulatione coniungit.

20. Huic sententiae contradicunt, qui arbitrantur istam communionem, quam siue deitatem siue dilectionem carita-

8 I Ioh. 4, 16 12 I Cor. 3, 22. 23 13 I Cor. 11, 3 18 Rom. 11, 36

4 spiritus est ut ipsa deitas *M* 5 spiritus dei *AFSTNVO*γ sed —est *om. M* 7 deus] deus est *FSV* sanctus spiritus *P* huic *AFSTNMVO*γ aliud] ad illud *R* et aliud *M* 8 quo *TN* iohannis F^1 9 etiam] nam et *PNM* non enim *FS* enim *om. ATNVO*γ dei *TNO* est *om. P* 10 deitas *om. O* 11 sibi *om. V* 12 sunt *om. RP* 13 *alt.* caput *om. VO* uiri autem *VO* 14 caput *om. VO* Christi autem *VO* 15 non *om. OP*^{1} ferre *S* iis *bd* 16 unde *om. TN* 17 etiam illo in *OV* ipsam trinitatem *VO* 18 et in ipso et per ipsum *VO* 19 tamquam] tantum *P* 20 per *fin. om. M* 21 copulatione *FSVA*^{1} 23 contradicunt—deitatem *om. V* 24 quam sibi *R* caritatemue] caritatem *PTNM* siue caritatem *FSVO*γ*bd*

temue appellamus, non esse substantiam; quaerunt autem secundum substantiam sibi exponi spiritum sanctum, nec intellegunt non aliter potuisse dici: deus dilectio est, nisi substantia esset dilectio. ducuntur quippe consuetudine rerum corporalium, quoniam, si duo sibi corpora copulentur, ita ut iuxta inuicem conlocentur, ipsa copulatio non est corpus, quandoquidem separatis illis corporibus, quae copulata fuerant, nulla inuenitur; nec tamen quasi discessisse et migrasse intellegitur, sicut illa corpora. sed hi tales cor mundum faciant, quantum possunt, ut uidere ualeant in dei substantia non esse aliquid tale, quasi aliud ibi sit substantia, aliud quod accidat substantiae, et non sit substantia; sed quidquid ibi intellegi potest, substantia est. uerum haec dici possunt facile et credi; uideri autem nisi corde puro quomodo se habeant, omnino non possunt. quapropter siue ista uera sit sententia, siue aliud aliquid sit, fides inconcussa tenenda est, ut deum dicamus patrem, deum filium, deum spiritum sanctum, neque tres deos, sed istam trinitatem unum deum, neque diuersas naturas, sed eiusdem substantiae, neque ut pater aliquando sit filius, aliquando spiritus sanctus, sed pater semper pater et filius semper filius et spiritus sanctus semper spiritus sanctus. nec temere de inuisibilibus aliquid adfirmemus tamquam scientes, sed tamquam credentes, quoniam uideri nisi mundato corde non possunt. et si quis ea uidet in hac

3 I Ioh. 4, 16

1 substantia *S* 2 sibi] siue A^1S^1F *om.* $V\gamma$ ne *M* 3 intelligatur *M* dici potuisse *AFSPTNVO*γ aliter dici non potuisse *M* nisi esset dilectio substantia *bd* 4 ducunt *F* dicuntur $A^1SO\gamma^1$ dicunt *V* consuetudinē *F* consuetudines γ 5 sibi] sinit *M* corpora sibi *VO* corpora *om. R* 6 copulationē *M* non *om. M* 9 hii *RAFTPM* 10 dei] illa *V* 11 aliquod *AV* quale *P* 12 accēdat *F* accedat ASP^1O 13 ibi *om. O* 14 puro corde $P\gamma$ puro] ponitur *M* 15 uera sit ista *VO* 16 aliquid aliud *VO*γ aliquid *om. M* 19 diuersos natura *PMbd* 20 sit aliquando *AFSTN* sit spiritus *Pbd* 22 temere] temere aliquid *VO* affirmamus $S\gamma$ 23 sed] et *M* 24 nisi *om. V* et si quis] si quis (si *in ras.*) *A* et quis *FSV* et qui γbd uidit *FSV*

uita ex parte, ut dictum est, atque in aenigmate, non potest efficere, ut et ille uideat, cui loquitur, si cordis sordibus inpeditur. beati autem mundi corde, quoniam ipsi deum uidebunt. haec fides est de deo conditore et renouatore nostro.

21. Sed quoniam dilectio non tantum in deum nobis imperata est, cum dictum est: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, sed etiam in proximum — nam, diliges, inquit, proximum tuum tamquam te ipsum — nisi autem ista fides congregationem societatemque hominum teneat, in qua fraterna caritas operetur, minus fructuosa est,
X. credimus et in sanctam ecclesiam, utique catholicam. nam haeretici et schismatici congregationes suas ecclesias uocant. sed haeretici de deo falsa sentiendo ipsam fidem uiolant; schismatici autem discissionibus iniquis a fraterna caritate dissiliunt, quamuis ea credant quae credimus. quapropter nec haeretici pertinent ad ecclesiam catholicam, quoniam diligit deum, nec schismatici, quoniam diligit proximum. et ideo peccatis proximi facile ignoscit, quia sibi precatur ignosci

1 cf. I Cor. 13, 12 3 Matth. 5, 8 7 Luc. 10, 27

1 ex] uel ex *AFSPTNMVOγ* ut] quod *AFSTNVγ* 2 et *om. M* cordis *om. M* 3 inpedit *FSV* autem] enim *P* mundo corde *AFSP¹TNMOVγbd* 4 est fides *P* et renouatore *om. V* 5 nostro *om. M* 7 cũi *P* est] sit *Sγ* diligis *SF¹* 8 tuo *om. O* 9 in *om. γ* diligis *F¹S* 10 tamquam] sicut *A* nisi *R:* si *AFSPTNOVγbd* non *M* 11 non teneat *Pγ Obd* timeat *TN* 12 operatur *AFSTNVγ* minus] animis *M om. A* infructuosa *V* 13 in *om. FTPNMOVR²S²γbd* 14 et heretici *Pbd* scismatici *AFSPTNVOγ* ecclesias *om. R* 15 falsa de deo *PA* 16 scismatici *AFSPTNMVOγ* discessionibus *P* 17 karitate *P* credunt *M* 18 quoniam] quia *AFV* qui *O* quae *STNMγbd* 19 non diligunt *AVOF; sed in F sic in mg.; in textu* quae diligit *er.* scismatici *SPTNOγ* quoniam—ideo] quia non diligunt proximum qui autem diligit (diligunt *O*) deum et diligit (diligunt *O*) proximum pertinet ad catholicam fidem et ideo *FVO* 20 agnoscit (a *in ras.*) *S* qui• *A om. γ* sibi] siue *Sγ FV* suis *TN* precatur] nouit *P* notuit *M*

ab illo, qui nos reconciliauit sibi, delens omnia praeterita et ad uitam nouam nos uocans: quam uitam donec perfectam capiamus, sine peccatis esse non possumus; interest tamen qualia sint.

22. Nec de peccatorum differentia modo tractandum est, sed credendum omnino nullo modo nobis ignosci ea, quae peccamus, si nos inexorabiles ad ignoscenda peccata fuerimus. itaque credimus et remissionem peccatorum.

23. Et quoniam tria sunt, quibus homo constat: spiritus. anima et corpus, quae rursus duo dicuntur, quia saepe anima simul cum spiritu nominatur — pars enim quaedam eiusdem rationalis, qua carent bestiae, spiritus dicitur — principale nostrum spiritus est; deinde uita, qua coniungimur corpori, anima dicitur; postremo ipsum corpus, quoniam uisibile est, ultimum nostrum est. haec autem omnis creatura ingemescit et parturit usque nunc; dedit tamen primitias spiritus, quia credidit deo et bonae iam uoluntatis est. hic enim spiritus etiam mens uocatur, de quo dicit apostolus: mente seruio legi dei, qui item alio loco dicit: testis est enim mihi deus, cui seruio in spiritu meo. anima uero, cum carnalia bona adhuc adpetit, caro nominatur et resistit spiritui non natura, sed consuetudine peccatorum. unde dicitur: mente seruio legi dei, carne autem

7 cf. Matth. 6, 15 15 cf. Rom. 8, 22 19 Rom. 7, 25 Rom. 1, 9 23 Rom. 7, 25

1 et—capiamus *om. V* 2 qua uita *FO* 3 tamen] autem *AFSTNVO*$_{\Gamma}$ 4 sunt *O* 8 in remissionem *AFVS*^{1} 9 Et *om. O* quia *A* 10 et *om. VO* 11 simul *om. V* 13 deinde] dī de *R* quia *V* coniungi *AFSTNVO*$_{\Gamma}$ corpora *V* 14 ipsius *V* 15 omnis autem *F* ingemiscit *AFSPTNMVO*$_{\Gamma}$*bd* 16 nunc] adhuc *M* 17 deo *om. M* hinc *M* 18 enim *om. MO*$_{\Gamma}$*bd* et mens spiritus uocatur *O* uocatur mens *bd* mente uocatur *M* qua *TN* 19 lege *F*^{1}*S*^{1} dei est *M* quia *RM* item] idem *M* ait et *AFSTNVO*$_{\Gamma}$ dicit *om. AFSTNVO*$_{\Gamma}$ 20 enim est *PF* enim mihi est *ASTNVO* enim *om. M*$_{\Gamma}$ 21 adhuc bona *A* appeti *O* nuncupatur *VO* *inter* nominatur *atque* et *inculcant PObd* pars enim eius quaedam 23 lege *F*^{1}*S*^{1}

legi peccati. quae consuetudo in naturam uersa est secundum generationem mortalem peccato primi hominis. ideoque scriptum est: et nos aliquando fuimus natura filii irae, id est uindictae, per quam factum est, ut seruiamus legi peccati. est autem animae natura perfecta, cum spiritui suo subditur et cum sequitur sequentem deum. ideo animalis homo non percipit quae sunt spiritus dei. sed non tam cito anima subiugatur spiritui ad bonam operationem, quam cito spiritus deo ad ueram fidem et bonam uoluntatem, sed aliquando tardius eius inpetus, quo in carnalia et temporalia diffluit, refrenatur. sed quoniam et ipsa mundatur, recipiens stabilitatem naturae suae dominante spiritu, quod sibi caput est, cuius capitis caput est Christus. non est desperandum etiam corpus restitui naturae propriae; sed utique non tam cito quam anima, sicut neque anima tam cito quam spiritus, sed tempore oportuno in nouissima tuba, cum mortui resurgent incorrupti et nos inmutabimur. et ideo credimus et in carnis resurrectionem, non tantum quia reparatur anima, quae nunc propter carnales affectiones caro nominatur, sed haec etiam uisibilis caro, quae

3 Ephes. 2, 3 6 I Cor. 2, 14 16 cf. I Cor. 15, 52

1 lege *AFS*^{1} ut secundum (ut *s. l. m. 2*) *S*, γ 2 peccat ‖ opprimi homines (*in mg. l* peccati primi hominis) *F* peccatū (ū *m. 2 ex* i) opprimat (obprimat γ) homines *S*γ peccati *VO* 3 naturaliter *PMbd* 4 filii uindictę *M* quam istud *M* est *om. M* 5 lege *VA*^{1}*F*^{1}*S*^{1} animae *om. N* 6 suo] sco *PF*^{1} cum] eum *AFPTN* 7 sunt *om. O* dei spiritus *M* 8 non tam] tamen non *V* anima *om. AFSTNVO*γ subiungitur *AS*γ spiritui *om. RAFSTNMV* optitionem *P* 9 dei *SFVO*γ *er. in A* 11 difluit *R* defluit *AFSPTNVO*γ*bd* refrenat *O* renouatur *M* et *om. P* mundatus *F*^{1} 12 suae *om. TN* 13 qui *TN* non sibi *VO* cuius]—est *om. O* cui eius *AFSPVbd* capiti *AFSPTNV*γ*bd* xps est *S*γ 14 desperandum est *VO*, (est *s. l.*) *F* est *om. AFSTN*γ disperandum *RF*^{1} 15 animam *TN* nec *P* 16 opportuno *bd* 17 resurgunt *RPVO* 18 et *alt. om. TNR* in *om. STPNMOVR*^{2}*S*^{2}γ*bd* 19 qua *N* nunc] non *V* nunc non γ *om. ATNM* carnales tantum *V* 20 effectiones *O* hoc *VM*

naturaliter est caro, cuius nomen anima non propter naturam, sed propter affectiones carnales accepit, haec ergo uisibilis quae proprie dicitur caro sine dubitatione credenda est resurgere. uidetur enim Paulus apostolus eam tamquam digito ostendere, cum dicit: oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. cum enim dicit 'hoc', in eam quasi digitum intendit. quod autem uisibile est, id potest digito ostendi, quoniam potest etiam anima corruptibilis dici; nam uitiis morum ipsa corrumpitur. et mortale hoc induere inmortalitatem cum legitur, eadem significatur uisibilis caro, quia in eam identidem uelut digitus intenditur. potest enim et anima sicut corruptibilis propter morum uitia, ita etiam mortalis dici. mors quippe animae est apostatare a deo: quod primum eius peccatum in paradiso sacris litteris continetur.

24. Resurget igitur corpus secundum christianam fidem, quae fallere non potest. quod cui uidetur incredibile, qualis nunc sit caro adtendit, qualis autem futura sit non considerat: quia illo tempore inmutationis angelicae non iam caro erit et sanguis, sed tantum corpus. cum enim de carne apostolus loqueretur, alia, inquit, caro pecorum, alia uolucrum, alia piscium, alia serpentum. et corpora caele-

5 I Cor. 15, 53 9 I Cor. 15, 53 13 cf. Eccli. 10, 14 21 I Cor. 15, 39. 40

1 caro est *P* cuius—caro *om. V* natura *R* 2 affectus *TN* carnales *om. M* accipit *M* 3 caro dicitur *P* est *s. l. m. 2* γ 4 digito suo *P* 6 hoc dicit *M* hoc *om. O* ea *M* 7 digito *VO* intendit] ostendit *R* quod autem] quoniam *M* id] hoc *VO* illud *M* 8 ostendi] demonstrari *VO* possit *AFSMVO* posset *PTNγbd* et *R* dicit *M* 9 induet *TN* induit *FSV* indui *A* 10 eandem *S* 11 eandem idemtidem *M* idemtidem *F* digitis *R* 12 enim] etiam *V* sicut est γ ita *om. RM* 13 mortales F^1 14 deo] domino *FSV*γ peccatum eius *VO* paradyso *FP* paradiso uti *M* litteris] ut teris *M* 16 resurgit *RF*^{1}γ igitur] ideo *O* 17 cui] cum *AFSMV* quales *V* 18 nunc *om. AFSVO*γ sit nunc *PTNM* 19 tempore erit *P* mutationis *VO* iam] enim *P* 20 loqueretur apostolus γ 22 serpentium *ASTNO*γ

stia, et corpora terrestria. non enim dixit: et caro caelestis, dixit autem: et caelestia et terrestria corpora. omnis enim caro etiam corpus est, non autem omne corpus etiam caro est: primo in istis terrestribus, quoniam lignum corpus est, sed non caro; hominis autem uel pecoris et corpus et caro est; in caelestibus uero nulla caro, sed corpora simplicia et lucida, quae appellat apostolus spiritalia, nonnulli autem uocant aetherea. et ideo non carnis resurrectioni contradicit illud, quod ait: caro et sanguis regnum dei non possidebunt, sed quale futurum sit, quod nunc caro et sanguis est, praedicat, in qualem naturam quisquis hanc carnem conuerti posse non credit, gradibus ducendus est ad fidem. si enim ab eo quaeras, utrum terra in aquam possit conuerti, propter uicinitatem non ei uidetur incredibile. rursus si quaeras utrum aqua possit in aerem, neque hoc absurdum esse respondet; uicina enim sunt sibi. et de aere si quaeras, utrum in aethereum corpus, id est in caeleste possit mutari, iam ipsa uicinitas persuadet. quod ergo per hos gradus fieri posse concedit, ut terra in corpus aethereum conuertatur, cur non accedente dei uoluntate, qua corpus humanum super aquas potuit ambulare, celerrime id fieri posse, quemadmodum dictum

9 I Cor. 15, 50 10 cf. Retract. c. 17

1 et *om. A* non] dum *A* enim *om.* γ diceret *AF*^{1}*S*^{1}*M* et *om. AFSTNVO*γ alia caro *P* caro non dixit *A* 2 et *om. A* et caelestia *om. RFSPTNMV*γ caelestia *s. l. m. 2 A* et terrestria *om. O* 4 in *om. AFSV*γ ipsis *PTNM* quoniam *om. TN* 5 sed *om. T* hominibus et pecoribus *VO* homines *F*^{1}*S*^{1} 6 *alt.* et *s. l. F* est *om. P* caro est *VO* 7 quia *F* 8 aeria *R* etheria *S* aetheria *F*^{1} non *om. AFSV*γ resurrectionem *PM* resurrectioni ñ (ñ *s. l. m. 2*) *A* 9 illud *om. VO* 10 nunc *om. FSTNV*γ 11 est *om. TN* in qualem] equalem *SPV* in equalem *O* quisque *TN* 14 uideretur *V* impossibile *VO* rursum *Abd* 15 possit čuerti (čuerti *s. l.*) *A* est *FV* respondit *RF*^{1}*VS*γ respondetur *PA* 16 sibi sunt *P* quaeratur *FASTPNMOV*γ*bd* 17 aetherium *RF*^{1}*S* in *om. AFSTNM VO*γ*bd* coeleste *R* posset *M* 18 persuadit *FS* 19 conceditur *P* concedat *M* aetherium *S* quur *R* 20 uoluntate dei *VO* et corpus *AFSTNMV*γ etiam corpus *O* supra *SMbd* 21 id] illud *M*

est: in ictu oculi, sine ullis talibus gradibus credit, sicut plerumque fumus in flammam mira celeritate conuertitur? caro enim nostra utique ex terra est; philosophi autem, quorum argumentis saepius resurrectioni carnis resistitur, quibus asserunt nullum esse posse terrenum corpus in caelo, omne corpus in omne corpus conuerti et mutari posse concedunt. qua corporis resurrectione facta a temporis condicione liberati aeterna uita ineffabili caritate atque stabilitate [sine corruptione] perfruemur. tunc enim fiet illud, quod scriptum est: absorta est mors in uictoria. ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors, contentio tua?

25. Haec est fides, quae paucis uerbis tenenda in symbolo nouellis christianis datur. quae pauca uerba fidelibus nota sunt, ut credendo subiugentur deo, subiugati recte uiuant, recte uiuendo cor mundent, corde mundato quod credunt intellegant.

1 I Cor. 15, 52 9 I Cor. 15, 54. 55

1 in ictu] an ut *M* sine ullis] diuine utiles *M* talibus] tabulis *S* creditur *P* 2 mirabili *R* 3 nostra] natura *P* phylosophi *A; post* philosophi *in cod. R epistulae cuiusdam Augustini* ad *Hieronymum pars sequitur, sed uersu 17 uerbis* quod scriptum est *ad hanc orationem transit* 5 adserunt *S* ullum *M* omne] nec *P* quodlibet *Obd om. AFSV*γ 6 *pr.* corpus *om. FSV*γ, *s. l. A* 7 facta a] corpus et *AFS* concedunt et *V* et γ corpus *TN* temporali *A* liberatum *AFSTNV* corpus liberatum γ 8 ineffabilitate *M* caritate *om. M* atque stabilitate *om. AFSTNO*γ sine corruptione *bd: om. codd.* 9 perfruetur $NT^2\gamma$ fruemur *V* enim *om. SM*γ illud fiet *M* illud *om. VO* absorpta *FPbd* 10 uictoriam *STNbd* 12 symbulo *RS* simbolo *M* 13 nobellis *R* nonnullis uerbis *V* uerba pauca *M* nota] non *VO* 14 subiungantur *R om. AFSTNV*γ deo *om. AFSTNV*γ rectę *S* et recte *A* 15 recte uiuendo—credunt *om. R* 16 et intellegant *R* intellegant et sic est finis huius operis *V* Explicit liber secundus de fide *R* Explicit Aurelii Augustini tractatus de fide catholica *A* Explicit *fol. 65*^{a} *F* Explicit sermo beati Augustini de symbolo item sermo beati Augustini epi de fide *fol. 172 P* Expł de fide ac symbolo *fol. 376 N, fol. 198*^{b} *T* Expł tractatus Augustini de fide katholica γ; *M fol. 104*^{a} *subscriptione caret* Explicit in dno xp̄o filio dei tractatus Aurelii Augustini de fide katholica *fol. 66*^{a} *S, fol. 277*^{b} *V, O*

II.

S. Aureli Augustini

de fide et operibus.

C = codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 13367 s. VI.
R = codex Regius n. 1924 s. VIIII.
S = codex olim Salisburgensis nunc Monacensis 15813 s. VIIII.
M = codex Monacensis n. 15815 s. VIIII.
Z = codex Laudunensis 136 s. VIIII.
I = codex Laudunensis 135 s. VIIII exeunt.
B = codex Bruxellensis 10797 s. VIIII.
N = codex Montepessulanus 407 s. X.
P = codex Parisinus (Mazarineus) 1643 s. X—XI.
A = codex Metensis s. Arnulphi 229 s. XI.
β = codex Bernensis 162 s. XI.
X = codex Coloniensis 77 s. XII.
Ch = codex qui in urbe Charleuille asseruatur n. 21 s. XI.
ξ = codex Cassinensis 168 s. XI.
b = editio Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1686.

II.

DE FIDE ET OPERIBUS.

I. 1. Quibusdam uidetur indiscrete omnes admittendos esse ad lauacrum regenerationis, quae est in Christo Iesu domino nostro, etiamsi malam turpemque uitam facinoribus et flagitiis euidentissimis notam mutare noluerint atque in ea se perseueraturos aperta etiam professione declarauerint. uerbi gratia, si quisquam meretrici adhaeret, non ei prius praecipiatur, ut ab ea discedat et tunc ueniat ad baptismum, sed etiam cum ea manens mansurumque se confitens seu etiam profitens admittatur et baptizetur nec inpediatur fieri membrum Christi, etiamsi membrum meretricis esse perstiterit, sed postea doceatur, quam sit hoc malum, iamque baptizatus de mutandis in melius moribus instruatur. peruersum enim putant atque praeposterum prius docere, quemadmodum debeat uiuere christianus et deinde baptizari. sed censent praecedere debere baptismi sacramentum, ut deinde sequatur uitae morumque

11 cf. I Cor. 6, 15

2 Incipit eiusdem de fide et operibus *fol. 39*^{b} *C fol. 16*^{c} *β fol. 63*^{a} *I fol. 28*^{b} *Z* Aurelii Augustini epi de fide et operibus *fol. 63*^{a} *P* Incipit liber Augustini de fide et operibus *fol. 1*^{b} *A* Incipit liber sci Augustini de fide et operibus *fol. 47*^{b} *M* Aureli Augustini de fide et operibus *fol. 1*^{a} *N* Incipit liber Aurelii Augustini de fide et operibus *Ch* Aureli Augustini de fide et operibus liber unus *fol. 186 R* 5 turpemquąe *S* turpemquæ *R* 6 notam] non tam *CIZCh* non solum mutare *N* uoluerint (u *init. supra* *) *β* nouerint *I* atque] sed se (se *in ras.*) *N* in ea se] in eas *SMR* in ea• *B* in ea *N* 7 confessione *SMRBNACh* declauerint *Ch* 8 quisque *PNABXCh* quis *SMR* prius *om. SMRA* 9 baptismu C^{1} 10 se *om. RNA*^{1}*Ch* confidens *NAChbd* seu etiam profitens *om. NA*^{1}*Ch* seu] siue *IZPB SMβA*^{2} 12 meretricis] christi *SMR* prẹstiterit *SM* 16 christianos *SM* inde *IN* praecedere] praedicere *P*

doctrina: quam si tenere et custodire uoluerit, utiliter fecerit; si autem noluerit, retenta fide christiana, sine qua in aeternum periret, in quolibet scelere inmunditiaque permanserit, saluum eum futurum tamquam per ignem, uelut qui aedificauerit super fundamentum, quod est Christus, non aurum, argentum, lapides pretiosos, sed ligna, fenum, stipulam, id est non iustos castosque mores, sed iniquos et inpudicos.

2. Ad hanc autem disputationem uidentur inpulsi, quod eos mouerit non admitti ad baptismum illos, qui dimissis uxoribus alias duxerint, uel feminas, quae dimissis uiris aliis nupserint, quia haec non coniugia, sed adulteria esse dominus Christus sine ulla dubitatione testatur. cum enim negare non possent esse adulterium, quod ueritas adulterium esse sine ambiguitate confirmat, eisque suffragari uellent ad accipiendum baptismum, quos huius modi laqueo ita captos uiderent, ut, si non admitterentur ad baptismum, sine ullo sacramento mallent uiuere uel etiam mori quam disrupto adulterii uinculo liberari, humana quadam miseratione conmoti sunt ad eorum causam sic suscipiendam, ut omnes cum eis facinerosos et flagitiosos etiam nulla prohibitione correptos, nulla instructione correctos, nulla paenitentia mutatos ad baptismum admittendos esse censerent, existimantes eos, nisi fieret, in aeternum esse

4 cf. I Cor. 3, 11. 12 9 cf. Matth. 19, 9

1 uoluerit *N* 2 et retenta *SMRBPAChNX* fide *om. I* quaquã *R* 4 uelud *SP* quiã *S* qua *R* ædificauerit *N* edificauerit *S* 6 preciosos *RCh* faenum *CBZACh* foenum *SMRNP* 8 hanc*** *S* autem] hucautem *R* disputatione* *N* quos *SM* quo* *N* 9 eos *om. Ch* nouerit *SMRN* nouerint (nt *m. 2*) *B*, A^1*Ch* illos *er. in N om. bd* 10 duxerint (i *ex* u) *N* qui *R* aliis—sed ad *om.* Ch^1 11 nubserint *C* 14 ambage *SMRBAN*^{1}*βbd* eiusque *Z* eis *Ch* suffragrari C^1X 15 quod *P* uiderint *SMRBNACh* 17 dirupto *SMRNCh* adulteri *SMA*^{1} 18 quandam *P* qua*dam *S* quędam *MRA* 19 facinorosos *SMRNPIZβA*^{2} 20 prohibitione—correctos nulla *om. I* 21 poenitentia *RP* 22 esse *om. SMR* censerent—esse *om. IZ* censerent] conserent *P* concederent *N*

perituros; si autem fieret, etiam in illis malis perseuerantes saluos per ignem futuros.

II. 3. Quibus respondens hoc primum dico, ne quis ea testimonia scripturarum, quae conmixtionem bonorum et malorum in ecclesia uel praesentem indicant uel futuram praenuntiant, sic accipiat, ut disciplinae seueritatem siue diligentiam soluendam omnino atque omittendam non illis edoctus litteris, sed sua opinatione deceptus existimet. neque enim, quia illam primi populi permixtionem Moyses dei famulus patientissime perferebat, ideo non in multos etiam gladio uindicauit; et Phinees sacerdos adulteros simul inuentos ferro ultore confixit. quod utique degradationibus et excommunicationibus significatum est esse faciendum hoc tempore, cum in ecclesiae disciplina uisibilis fuerat gladius cessaturus. nec quia beatus apostolus inter falsos fratres tolerantissime congemescit et quosdam etiam diabolicis inuidentiae stimulis agitatos Christum tamen praedicare permittit, ideo parcendum censet illi, qui uxorem patris sui habuit — quem praecipit congregata ecclesia tradendum satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu — aut ideo ipse alios non tradidit satanae, ut discerent non blasphemare, aut frustra dicit: scripsi uobis in epistula non commisceri fornicariis, non utique fornicariis

10 cf. Num. 25, 5 sqq. 15 cf. II Cor. 11, 25 16 cf. Phil. 1, 15 18 cf. I Cor. 5, 1—5 21 I Tim. 1, 20 22 I Cor. 5, 9—13

1 etiam *om. SMR* 3 Quibus *om. SMRBNA* 4 scribturarum (*semper* b) *C* que *RNM* qu*e *S* 5 pronuntiant *MP* 6 sęueritatem *C* 7 amittendam *SMRBNA* non illis *bis pos. sed. pr. exp. M* aeductus *P* 8 opinione *SMR* decoeptus *P* 9 moyses (y *s. l.*) *C* 11 finees *codd.* 12 et *om. M*[1] 14 lis fuerat *in mg. m. 2 R* 15 apostolus paulus *P* to*lerantissime *N* congemiscit *IBXβbd* 16 inuidiae *SMR* 17 qui* *B* 18 praecepit *SMRANPX* 19 tradendum (tr *m. 2 in ras.*) *B* interitu *P* 20 sit] fiat *NA* diem *CZ* domini nostri *SMRBNAβ* Iesu x̄pi *SMRBNAβ* 21 sathanae *SRM*[1]*β* satan*e *N* blasphemarent *MR* 22 scribsi (*semper* b) *C, B* epistula *C*[1] 23 cȯmisceri *M*

huius mundi aut auaris aut raptoribus aut idolis seruientibus; alioquin debueratis de hoc mundo exire. nunc autem scripsi uobis non commisceri, si quis frater nominatur aut fornicator aut idolis seruiens aut auarus aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum eius modi ne quidem cibum sumere. quo enim mihi de his qui foris sunt iudicare? nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? de his autem qui foris sunt deus iudicabit. auferte malum ex uobis ipsis. ubi quidem aliqui id, quod dictum est 'ex uobis ipsis', ita intellegunt, ut ex se ipso unusquisque auferat malum, hoc est, ut ipse sit bonus. sed utrolibet modo intellegatur, siue ut seueritate ecclesiae mali excommunicationibus corripiantur, siue ut se quisque corripiendo et corrigendo a se ipso auferat malum, illud tamen, quod supra dictum est, non habet ambiguitatem, ubi praecipit non commisceri eis fratribus, qui in aliquo supra dicto uitio nominantur, id est noti famosique sunt.

III. Quo autem animo et qua caritate misericors ista seueritas adhibenda sit, non solum eo loco, ubi ait: ut spiritus saluus sit in die domini Iesu, sed alibi quoque euidenter ostendit dicens: si quis non obaudit uerbo nostro per epistulam, hunc notate, et nolite commisceri

20 I Cor. 5, 5 22 II Thess. 3, 14. 15

3 exire (re *m. 2 ex* sse) *B* 4 fratres *SMR*^{1} aut *er. in I* aut fornicator *s. l. m. 2 A* 6 huiusmodi *SMRBNAbd* ne] nec *SMR* *B*^{1}*NA*β cibum quidem *SMRBNAPbd* simul sumere *BN* 7 quid β iis *bd* 8 nonne (ne *s. l. m. 2*) *A* iis *bd* 10 uobismet β quidam *SMBRNA* aliqui id *om. SMRBNA* 11 i.ta *N* ista *B* se *om. SM* 12 sit *in mg. N* sed] quod *in ras. N, s. l. S* 13 utrolibet] quomodolibet *SMRBNA* modo *om. RN* sęueritate *C* se ueritate *S* ecclesi•e *N* 16 praecepit *SMRBPAN* 17 eis *om. NA* 18 nominantur—animo *in mg. N* famosiqu̧e *M* famosi que *S* 19 animo *om. SMR* et] aut *SMR* miseris *P* sąeueritas *C* siueritas *M* 21 domini nostri Iesu christi *SMRBNA* 23 epistulam *C*^{1} commiscere *SMR*

cum eo, ut erubescat; et non ut inimicum existimetis, sed corripite ut fratrem.

4. Et ipse dominus, exemplum singulare patientiae, qui etiam in duodecim apostolis usque ad passionem diabolum pertulit et qui ait: sinite utraque crescere usque ad messem, ne forte, dum uultis colligere zizania, simul eradicetis et triticum, retiaque illa in similitudine ecclesiae usque ad litus, hoc est usque ad saeculi finem, bonos et malos pisces habitura praedixit et cetera, si qua de permixtione bonorum et malorum siue aperte siue per similitudines est locutus, non ideo tamen omittendam censuit ecclesiae disciplinam; immo uero admonuit adhibendam, quando ait: adtendite uobis; si peccauerit in te frater tuus, uade corripe eum inter te et ipsum solum. si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. si autem non audierit, adsume tecum unum uel duos, ut in ore testium duorum uel trium stet omne uerbum. quodsi non audierit eos, dic ecclesiae. si autem nec ecclesiam audierit, sit tibi tamquam ethnicus et publicanus. deinde ipsius seueritatis terrorem grauissimum adiecit etiam eo loco dicens: quae solueritis in terra, soluta erunt et in caelo, et quae ligaueritis in terra, ligata erunt et in caelo; prohibet etiam sanctum dari canibus. nec contrarius est apostolus domino,

5 Matth. 13, 30. 29 13 Matth. 18, 15—18 24 cf. Matth. 7, 6

1 erubescant *P* inimicum eum *SMβBAbd*, (eum *s. l.*) *NR* 3 singularis *SM* qua *SBNA* quã *M* 6 dum] cum *SMRBNA* zizaniã *SRM*[1] 8 finem saeculi *X* saeculi *om. P* 9 pisces *om. N* habituros *BMNA* 10 similitudinem *SMR* similitudine β 11 locutus est *bd* censet *I* censeꝫt *Z* 12 ammonuit *P* 14 et corripe *SMRBNAβ*[2]*bd* 15 audierit te *SMRBNAbd* eris] es *SMBNA* est *R* 16 te non audierit *SMRBAN* assumme *P* asume *N*[1] ut] et *C* 17 ore duorum uel trium testium stet *P* testium] testimonium *SMR* 18 eos *om. P* 19 nec *om. N* non audierit *NR*[2] tamquam] sicut *N* 20 saeueritatis *B* seueritatem *N* ueritatis *IM* 21 adiecit dicens etiam eo loco *P* que *SP* 22 terram *MRN* et *alt. om. SMRBNA* 24 ne *P*

quia dicit: peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant, cum ille dicat: corripe eum inter te et ipsum. utrumque enim faciendum est, sicut infirmitatis diuersitas admonet eorum, quos utique non perdendos, sed corrigendos curandosque suscepimus, et alius sic, alius autem sic sanandus est. ita etiam est ratio dissimulandi et tolerandi malos in ecclesia; et est rursus ratio castigandi, corripiendi, non admittendi uel a communione remouendi.

IIII. 5. Errant autem homines non seruantes modum; et cum in unam partem procliuiter ire coeperint, non respiciunt diuinae auctoritatis alia testimonia, quibus possint ab illa intentione reuocari et in ea, quae ex utrisque temperata est, ueritate ac moderatione consistere, nec in hac re tantum, de qua nunc quaestio est, sed etiam in aliis multis. nam quidam intuentes diuinarum testimonia litterarum, quibus unus deus colendus insinuatur, eundem patrem, qui est filius, sanctumque spiritum putauerunt; alii rursus ueluti morbo contrario laborantes, cum adtenderent ea, quibus trinitas declaratur, nec ualerent intellegere, quomodo sit unus deus, cum et pater non sit filius nec filius sit pater nec spiritus sanctus aut filius aut pater, diuersitates etiam substantiarum asserendas putauerunt. quidam intuentes in scripturis sanctae uirginitatis laudem conubia damnauerunt; quidam rursus ea testimonia consectantes, quibus casta coniugia praedicantur, uirginitatem nuptiis aequa-

1 I Tim. 5, 20

1 hominibus *SM* ∗om∗nibus *R* argue] corripe *SMRB* corripite *N* corripit *A* 3 sicut (sic *s. ras. m. 2*) *B* et infirmitatis *SMRBNA* 4 ammonet *SMRBNP* 5 suscipimus *BNPA* alios S^1R^1 sic] si∗ (t *er.*) *S* 6 tollerandi *P* to∗lerandi *N* 7 et *om. P* et corripiendi *bd* 8 amittendi *SMRBNI'X* a *s. l. m. 1 M* 9 Erant *MR* 10 ceperint *ZRS*^{1} 12 eaque *SM*^{1} quae *om.* R^1 13 tantundem *N* de qua] de una *SMRB* una *N* inde una *A* 14 nunc *s. l. m. 2 A* 16 est] et *P* filium *P* 18 ea quibus] aquibus *P* 20 aut pater aut filius *P* 21 asserendas substantiarum *P* adserendas *SMRB* putarunt *BNP* 23 dampnauerunt *IZβ* 24 aequaueṇerunt *S* aequaue∗∗runt *P* aequauerunt (runt *in ras.*) *M*

uerunt. quidam cum legerent: bonum est, fratres, non manducare carnem neque bibere uinum et nonnulla similia, creaturam dei et quas uoluerunt escas inmundas esse senserunt; quidam uero legentes: omnis creatura dei bona est et nihil abiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, in uoracitatem uinolentiamque conlapsi sunt, non sibi ualentes auferre uitia, nisi eis e contrario uel tanta uel maiora succederent.

6. Sic etiam in hac causa, quae habetur in manibus, quidam intuentes praecepta seueritatis, quibus admonemur corripere inquietos, non dare sanctum canibus, ut ethnicum habere ecclesiae contemptorem, a conpage corporis membrum, quod scandalizat, auellere, ita conturbant ecclesiae pacem, ut conentur ante tempus separare zizania atque hoc errore caecati ipsi potius a Christi unitate separentur. qualis nobis causa est aduersus schisma Donati, et hoc non cum illis, qui nouerunt Caecilianum non ueris, sed calumniosis criminibus adpetitum, et perniciosam sententiam suam mortifero pudore non deserunt, sed cum illis, quibus dicimus: etiamsi mali fuissent, propter quos in ecclesia non estis, uos tamen eos ferendo, quos emendare aut segregare minime poteratis, in ecclesia permanere debuistis. quidam uero e contrario periclitantes cum bonorum malorum-

1 Rom. 14, 21 4 I Tim. 4, 4 11 cf. Matth. 7, 6 cf. Matth. 18, 18

2 carnes *SMRBNA* uinum bibere *SM* nulla *SM* 3 creaturarum *BA* uoluerint B^1 4 uero *om. P* et] ac *A* 5 nichil *P* 6 accipitur *SMRBNPX* uerocitate R^1 uoracitate $SMBR^2$ uinolentiaque *SMRBNA* in uinolentiãque *P* conlabsi *C* conlapsi *SMRBN* 7 e] ẽ *P* 10 saeueritatis *C* ueritatis *P* ammonemur *ChSMRBNP* 11 ethnicum] inimicũ *P* 12 compage *C* conp•age *N* membrum *om. C^1IZ* 13 scandalizat (t *sup. ras.*) *B* •uellere *N* perturbant *SMRBNPAXbd* 14 zizaniã *R* ••ecati (c *s. l. m. 2*) *B* 15 a *om. P* christi unitate] christianitate *PCh* separarentur RB^1N^1 16 scisma *ChSMRBNAPI²X* 17 cecilianum *CSMIZPX* calumpniosis *P* 18 pernitiosam (t *semper*) *B, N* 19 mali] simul *P* 20 ferrendo *P* 21 permare *P* 22 cum *om. CIZ*

que commixtionem in ecclesia demonstratam uel praedictam esse perspexerint et patientiae praecepta didicerint — quae ita nos firmissimos reddunt, ut, etiamsi uidentur in ecclesia esse zizania, non tamen inpediatur aut fides aut caritas nostra, ut, quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus — destituendam putant ecclesiae disciplinam, quandam peruersissimam securitatem praepositis tribuentes, ut ad eos non pertineat nisi dicere, quid cauendum quidue faciendum sit, quodlibet autem quisque faciat non curare.

V. 7. Nos uero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur ex utrisque testimoniis uitam sententiamque moderari, ut et canes in ecclesia propter pacem ecclesiae toleremus et canibus sanctum, ubi est pax ecclesiae tuta, non demus. cum ergo siue per neglegentiam praepositorum siue per aliquam excusabilem necessitatem siue per occultas obreptiones inuenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina corrigere aut cohercere non possumus, tunc, ne ascendat in cor nostrum inpia et perniciosa praesumptio, qua existimemus nos ab his esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur atque ita post nos trahere conemur ueluti mundos sanctosque discipulos, ab unitatis conpage quasi a malorum consortio segregatos, ueniant in mentem illae de scripturis similitudines et diuina oracula uel certissima exempla, quibus demonstratum et praenuntiatum est malos in ecclesia permixtos bonis usque in

1 commixtione *SMRNB¹Ch* demonstrata *SMRNB¹Ch* praedicatam *IZ* praedicta *SMRNB¹Ch* 2 dispexerint *R* despexerint *NACh* ita *om. CIZβX* 3 uidetur *SMRN* 4 nostra etiamsi uidentur in ecclesia zizania non impediatur fides uel auctoritas bonorum nec destituendam putamus ecclesiae disciplinam ut *seqq.* β ut] aut *ChSMRBNA* 5 zizaniã *R* 6 instituendam *SMRNACh* putent *CIZ* putant ẹt (*s.* ẹt *pos. m. 2* e͞e) *A* ecclesiam et (et *s. l. S*) disciplinam *ChSM* et ecclesiam et disciplinam *RNA¹* quandam] quandoquandam *SMB RN¹Ch* 8 quodue *P* quid quid *Ch* 9 quidlibet *SMR* 10 arbitremur *SMR* 11 uitam *om. C¹IZ* sententiam••• *Z* sententiam *I* 13 est *post* tuta *leg. in SMRBNAbd* tota *R* 17 coercere *Aβbd* 18 pernitiosa *SM* qua estimemus *ChBNPX* quã estimemus *SMRA²* 21 compage *C* a *om. B¹M¹* 22 mente *P* ille *PIZRCh*

finem saeculi tempusque iudicii futuros et nihil bonis in unitate ac participatione sacramentorum qui eorum factis non consenserint obfuturos. cum uero eis, per quos ecclesia regitur, adest salua pace ecclesiae potestas disciplinae aduersus inprobos aut nefarios exercendae, tunc rursus, ne socordia segnitiaque dormiamus, aliis aculeis praeceptorum, quae ad seueritatem cohercitionis pertinent, excitandi sumus, ut gressus nostros in uia domini ex utrisque testimoniis illo duce atque tutore dirigentes nec patientiae nomine torpescamus nec obtentu diligentiae saeuiamus.

VI. 8. Hac ergo secundum sanam doctrinam moderatione seruata uideamus, unde agitur, id est, utrum ad percipiendum baptismum sic admittendi sunt homines, ut nulla ibi uigilet diligentia, ne sanctum canibus detur, usque adeo ut nec apertissimi adulterii perpetratores et eius perseuerantiae professores a sacramento tantae sanctitatis uideantur arcendi: quo sine dubio non admitterentur, si per ipsos dies, quibus eandem gratiam percepturi suis nominibus datis abstinentia, ieiuniis exorcismisque purgantur, cum suis legitimis et ueris uxoribus se concubituros profiterentur atque huius rei, quamuis alio tempore licitae, paucis ipsis sollemnibus diebus nullam continentiam seruaturos. quo modo igitur ad illa sancta recu-

14 cf. Matth. 7, 6

1 in iudicii *R*, (in *s. l.*) *SM* nil *P* 4 pace salua *SMRBNPACh* ecclesiae *om. SMRBNPACh* 5 exhercende *I* exerende *RNCh* exerendae *SMB* rursus *om. ACh* signitiaque *RP* 6 praecoeptorum *P* 7 cohercionis S^1MCh coherticionis *R* coercitionis *Aβbd* 9 tutore] adiutore *ChSMRBNPAXbd* optentu β 10 seuiamus *ChIRNP* 11 haec *C* haec *SMR*β^1 ac B^1 saecundum *R* 12 agitur] igitur $SMRB^1$ 13 sint IR^2A^2XCh ut *om. SMB* 14 nec *SM* usq; (q; *add. 2*) *Ch* 16 ascendi *SMR* quos *SMR* 17 si per] super *Ch* 18 percepturis *P* abstinentiae *SMR* 19 exorcismisquae SR^1 purgentur *P* 20 concubitores MPS^2 quãquãuis SRM^1 21 licite *CSMZRNCh* liceat *PX* sollempnibus *P*β solemnibus *Rbd* 22 illam sanctam *IZ*

sans correctionem adulter admittitur, quo recusans obseruationem non admittitur coniugatus?

9. Sed prius, inquiunt, baptizetur, deinde doceatur, quid ad bonam uitam moresque pertineat. fit hoc, ubi quemquam forte dies urget extremus, ut ad uerba paucissima, quibus tamen omnia continentur, credat sacramentumque percipiat, ut, si ex hac uita emigrauerit, liberatus exeat a reatu praeteritorum omnium peccatorum; si autem saluus petit spatiumque discendi est, quod aliud oportunius tempus reperiri potest, quo audiat, quemadmodum fidelis fieri ac uiuere debeat, quam illud, cum adtentiore animo atque ipsa religione suspenso saluberrimae fidei sacramentum petit? an usque adeo dissimulamus a sensibus nostris, ut uel nos ipsos non recordemur, quam fuerimus adtenti atque solliciti, quid nobis praeciperent, a quibus catechizabamur, cum fontis illius sacramenta peteremus atque ob hoc conpetentes etiam uocaremur? uel non intueamur alios, qui per annos singulos ad lauacrum regenerationis adcurrunt, quales sint ipsis diebus, quibus catechizantur, exorcizantur, scrutantur, quanta uigilantia conueniant, quo studio ferueant, qua cura pendeant? si tunc tempus non est dicendi, quae uita congruat tanto, quod accipere desiderant, sacramento, quando erit? an uero cum acceperint, in tantis criminibus permanentes etiam post baptismum, non noui homi-

1 correptionem *SMRBNACh* admittitur adulter *Ch* quo—admittitur *om. P* 2 coniugatus Sed (us Se *m. 2. add.*) *B* 4 ubi quemquam] utique quando *P* 5 die *Ch* urguet *SMRB* surgit *P* surget *Ch* 6 sacramentumquae β 7 migrauerit *SMRBNAPβb* praeterito B^1 preteritorum *R* 8 saluus] sanus *bd* spatiumquae *N* 9 opportunius *CAβbd* oportunus M^1 repperiri *CSMBPIZRNX* 10 quo* *N* quemammodum *BN* 11 atentiore *RNM*^{1} adtentiore *S* 12 saluberrime *NP* petit *om. B* 13 non *om. P* 14 praeciperent C^1 praeceperint $IZC^2β$ praeceperent Ch^1 15 cathecizabamur *CIZBP* catecizabamur *SM* cathezizabamur *ChA* funtis *I* 16 ob] ad *SM* 17 intue*mur *C* intuemur *ZIPX* 18 sunt *Ch* cathecizantur *CIZP* catecizantur *SMRB* cathezizantur *Ch* 19 exorcisamur SM^1 exorcisantur scrutantur *om. P* 20 si tunc] sicut *I* tunc *om. Ch* 21 discendi *bd* 22 anon *SMR*

nes, sed rei ueteres? ut uidelicet peruersitate mirabili prius eis dicatis: induite hominem nouum, et cum induti fuerint, postea dicatur: exuite ueterem, cum apostolus sanum ordinem tenens dicat: exuite ueterem et induite nouum, et ipse dominus clamet: nemo adsuit pannum nouum uestimento ueteri, et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres. quid autem aliud agit totum tempus, quo catechumenorum locum et nomen tenent, nisi ut audiant, quae fides et qualis uita debeat esse christiani, ut, cum se ipsos probauerint, tunc de mensa domini manducent et de calice bibant? quoniam qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. quod autem fit per omne tempus, quo in ecclesia salubriter constitutum est, ut ad nomen Christi accedentes catechumenorum gradus excipiat, hoc fit multo diligentius et instantius his diebus, quibus conpetentes uocantur, cum ad percipiendum baptismum sua nomina iam dederunt.

VII. 10. Quid? si, inquiunt, uirgo nesciens uiro nupserit alieno? hoc si semper nesciat, numquam ex hoc erit adultera; si autem sciat, iam ex hoc esse incipit, ex quo cum alieno uiro sciens cubauerit. sicut in iure praediorum tamdiu quisque bonae fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum, cum uero scierit nec ab aliena possessione

4 Col. 3, 10 5 Matth. 9, 16. 17 11 I Cor. 11, 29

2 ei *P* dicatur *SMRBNAPXβbd* induite—diçatur *om. A*[1] 5 assuit *IZBPXβbd* 7 autem *er. in Ch* 8 cathecumonorum *C*[1] cathecuminorum *ChSRBNA* catecuminorum *Pβ* 9 christianis *ChSM RBPNA*[2] christianus *βA*[1] 11 et bibit *om. SMRBXPCh* indigne *om. R* 12 sibi iudicium *PX* bibat *N*[1] 13 quod *SMRBNPA* 14 ad *om. IZ* cathecumenorum *C*[1]*P* cathecuminorum *SMBIZβ* catecuminorum *R* excipiant *β* accipiant *BN* accipiat *SMRA* 17 iam] obiectioni iam *SMR* ọbịęçtịọ iam *B* dederint (i *ex* u) *N* 18 si uirgo *P* uiro] uir„o *S* uirgo *M* nubserit *CB* 20 ex *ante* hoc *om. SMR* incipiet *SMBNPAbd* incipiet (e *ex* a) *R* ex] et *P* 21 cucubauerit sciens *P* nesciens *SM* praeşidiorum *Z* 22 possessorum *SMRBN* se *om. NM*[1]

recesserit, tunc malae fidei perhibetur, tunc iuste iniustus uocatur. absit ergo, ut sensu plane non humano, sed plane uano sic doleamus, cum flagitia corriguntur, tamquam conubia dirimantur, maxime in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, hoc est in ecclesia, ubi nuptiarum non solum uinculum, uerum etiam sacramentum ita commendatur, ut non liceat uiro uxorem suam alteri tradere, quod in republica tunc Romana non solum minime culpabiliter, uerum etiam laudabiliter Cato fecisse perhibetur. neque hinc modo diutius disputare opus est, cum et illi, quibus respondeo, non audeant adfirmare nullum hoc esse peccatum neque negent esse adulterium, ne ipsi domino sanctoque euangelio aperte conuincantur obsistere. sed cum eis placet primum admittendos esse tales ad percipiendum baptismi sacramentum et ad dominicam mensam, etiamsi correctionem uoce manifestissima recusauerint; immo uero nihil eos de hac re prorsus admoneri oportere, sed postea doceri, ut, si praecepti obseruationem receperint culpamque correxerint, habeantur in tritico; si autem contempserint, inter zizania tolerentur: satis ostendunt non se crimina ista defendere aut, quasi leuia uel nulla sint, agere. quis enim adulterium bonae spei christianus nullum seu paruum crimen existimet?

11. Ordinem tamen, quo haec in aliis uel corrigantur uel ferantur, de scripturis sanctis se proferre arbitrantur, cum dicunt

4 cf. Ps. 47, 2 9 cf. Plut. Cat. min. c. 25

1 male *CSRN* perhibebitur *BNPAX* perhibitur *R* 2 uocabitur *CIZPAX* ut *om. SMR* plane *om. SMRBNA* plene *SMR* 4 dei nostri] domini *SMB* nostri *om. RNPAX* et in monte *PX* 7 uiro suo *CZ* alteri tradere *in mg.* β 9 Cato] cola *I* diutius modo *SMBRNPAXbd* 10 audebant *P* 11 neglęgent *S* negentes se *M* 12 nec *SM* ipso *I* æuangelio *Ṙ* conuincatur *SM* 13 absistere *IZ* ammittendos *B* 14 bapt. sacram. percipiendum *P* 15 correptionem *SMRBNA* 16 eos de] corde *IZ* rē *I* ammoneri *SMRNP* 18 habeantur (a *ex* u) *I* 19 tolerantur (a *ex* u) *I* tollerentur *P* atis B^1 non *er. N* 22 existiment *SMR* 23 quod *SM* quo» *R* 24 dicat *SMR* dicant *BNA*

apostolos sic egisse et de litteris eorum quaedam testimonia proferunt, ubi reperiuntur prius insinuasse doctrinam fidei ac deinde morum tradidisse praecepta. atque hinc intellegi uolunt fidei tantummodo regulam baptizandis esse insinuandam, postea uero iam baptizatis etiam uitae in melius mutandae praecepta tradenda: quasi aliquas apostolorum epistulas legant ad eos, qui baptizandi sunt, datas, ubi de fide disputauerunt, et alias ad baptizatos, quibus praecepta de malis cauendis bonisque instituendis moribus continentur. cum igitur eos ad baptizatos iam christianos dedisse litteras constet, cur utroque sermone contextae sunt, et eo scilicet, qui ad fidem, et eo, qui ad uitam bonam pertinet? an forte iam placet, ut baptizandis utrumque non demus et baptizatis utrumque reddamus? quod si absurde dicitur, ergo fateantur apostolos doctrinam suam ex utroque perfectam suis epistulis indidisse, sed propterea plerumque insinuasse prius fidem ac deinde quod ad uitam bonam pertinet subiecisse, quia et in homine ipso, nisi praecedat fides, uita bona sequi non poterit. quidquid enim homo ueluti recte fecerit, nisi ad pietatem, quae ad deum est, referatur, rectum dici non oportet. quodsi arbitrarentur aliqui stulti et nimis inperiti apostolorum epistulas ad catechumenos datas, profecto etiam ipsi faterentur nondum baptizatis praecepta morum, qui fidei congruant simul cum fidei regulis

1 sic apostolos *X* apostolus *R* 2 proferunt (nt *in ras. m. 2*) *B* ibi *SMRA* repperiuntur *N* 4 baptizandi *SMB*^{1} insinuandam] intimandam *SMRBPAX* intimandum *N* 6 praecoepta *P* quasi] quia si *R* 7 fide] fide sola *SMRBNPA* sola fide β*bd* 9 ad christianos iam baptizatos *SMRBNPAXbd* 10 quur *SMRBN* 11 eos scilicet *SMRBP*β^1 eos *SM* 12 iam] illis *SMRBNA* 13 redamus *I* 14 fateantur] faciantur *R* 15 epistulis] epistolis *C*^{2}*RN*β apłis *P* 16 ad *s. l. IZ* ad uitam] auditã *R* 17 qui *R*^{1} homine] nomine β 18 quicquid *SMRBNP*β 19 dominum *SMR* 20 arbitrentur *P* aliquid *R* aliqui• *S* 21 cathecumenos *C*^{1} cathecuminos *C*^{2}*PN*β catecuminos *SMR* 22 datos *M* fatemur *P* non praecepta *P* 23 morumque *SMRIZ*^{2} morumquę *X* morum quae *BNPA*β congruat *A* simul] siue *P* cum *om. IZ*

intimanda: nisi forte ad hanc necessitatem sua nos isti disputatione conpellunt, ut primas partes epistularum apostolicarum, ubi de fide loquuntur, catechumenis legendas uelint, posteriores autem fidelibus, ubi iam praecipitur, quemadmodum christiani uiuere debeant. quod si stultissimum est dicere, nullum ergo documentum est huius opinionis ex epistulis apostolorum, cur ideo arbitremur baptizandos de sola fide, baptizatos autem de moribus admonendos, quia illi primis partibus litterarum suarum commendauerunt fidem ac postea consequenter, ut bene a fidelibus uiueretur, hortati sunt. quamuis enim illud prius, hoc posterius, saepissime tamen una contextione sermonis utrumque catechumenis, utrumque fidelibus, utrumque baptizandis, utrumque baptizatis, siue ut instruantur siue ne obliuiscantur, siue ut profiteantur siue ut confirmentur, doctrina sanissima et diligentissima praedicandum est. epistulae itaque Petri, epistulae Iohannis, de quibus quaedam testimonia commemorant, addant et Pauli et aliorum apostolorum. ea ratione accipiendum est, quod aduerterunt prius de fide ac postea de moribus dici, quam, nisi fallor, apertissime exposui.

VIII. 12. Sed in actibus apostolorum Petrus, inquiunt, sic allocutus est illos, qui uerbo audito baptizati sunt uno die tria milia, ut eis solam fidem, qua in Christum crederent, praedicaret. qui cum dixissent: quid faciemus? respondit

23 Act. 2, 37—39

1 intimandā *SMR* nos] non *SMRB*^{1} ista *SMR* 2 primae *CSMBIZNPAX*ß prime *R* primas *bd* 3 locuntur *SMRB* cathecumenis *C*^{1} catecumenis *SMRNP* 4 ibi *SMRB*^{1} precepitur *R* precipitur *N* 5 si *om. SMRBNPAX* 7 quur *ANR* baptizemus *SMR* baptizandos (zandos *in ras. m. 2*) *B* 8 illis *P* 9 suarum *om. SMRBNA* 10 uiuerentur *C*^{2}*IZ* ortati *X* 12 cathecumenis *C*^{1} catecuminis *SMP* cathecuminis *RNC*^{2}*;* catechumenis—utrumque *fin. om. I* 13 ut *om. B* 14 profiteantur] proficiantur *P* 16 et epistulae *SMRB* 17 si addant *A* et *pr. om. P* ea (e *m. 2 in ras.*) *B* 18 ac] et *P* 19 quam] quod *SMRNPAX* exposui obiectio *SMB.* (obiectio *in mg.*) *R* 21 locutus *A*^{1} 22 quā *SMB* in *om. SMB* 23 dixisse it *B*^{1}

eis: agite paenitentiam, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini Iesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum spiritus sancti. cur ergo non aduertunt, quod dictum est: agite paenitentiam? ibi est enim uitae ueteris spoliatio, ut noua induantur qui baptizantur. cui autem fructuosa est paenitentia, quae agitur de mortuis operibus, si in adulterio perseueret aliisque sceleribus, quibus dilectio mundi huius inuoluitur?

13. Sed infidelitatis, inquiunt, tantummodo, qua in Christum non crediderunt, eos uoluit agere paenitentiam. mira praesumptio — nolo quicquam grauius dicere —, quando eo audito, quod dictum est: agite paenitentiam, solius infidelitatis acta dicitur, cum uita mutanda ex uetere in nouam doctrina euangelica traderetur, ubi utique et illud est, quod in ea sententia ponit apostolus: qui furabatur, iam non furetur, et cetera, quibus exsequitur, quid sit deponere ueterem hominem et induere nouum. in his autem ipsis uerbis Petri habent, unde admoneri potuissent, si diligenter adtendere uoluissent. cum enim dixisset: agite paenitentiam, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum spiritus sancti. nobis enim haec est promissio et filiis nostris et omnibus qui sunt longe quoscumque uocauerit dominus

15 Eph. 4, 28 19 Act. 2, 38—41

1 penitentiam *C* poenitentiam *P*β baptizaretur *P* 2 domini nostri *SMRBNA* remissione *B* 4 quur *RNA* 5 penitentiam *C* poenitentiam *P*β expoliatio *SMRB*^{1}*NPA* exspoliatio *Xbd* 6 cui] cū *SMR* 7 mortuis] moris *CIZ* 8 inuoluitur] in obiectione uoluitur *SMR, B* (*ras. nouem litt.; m. 2 add.* in *ad uocem* uoluitur) 9 obiectio *in mg. N* 10 penitentiam *CNP* ira B^1 11 quidquam *IAChXbd* 12 solus *P* 13 ueteri *IZ* uetere β 14 doctrinam *SMRB* doctrinę *P* euangelicam *SMR* 15 sententia (entia *in ras. m. 2*) *B* 16 exequitur *IPX* ex•equitur *A* 18 ammoneri *SNP* 19 enim *om. P* 21 nostri *om. Rbd* remissione *BRPX* 24 longe] sub longe *SM om. R* aduocauerit *SMRBNAbd*

deus noster, continuo subiecit qui librum scripsit atque ait: et ceteris uerbis pluribus testificabatur, dicens: eripite uos a saeculo hoc prauo. at illi auidissime capientes exceperunt uerba et crediderunt et baptizati sunt; et adiectae sunt illa die tria milia animae. quis hic non intellegat „ceteris pluribus uerbis", quae ab scriptore propter longitudinem reticentur, id egisse Petrum, ut eriperent se ab hoc saeculo prauo, quandoquidem ipsa sententia breuiter indita est, cui persuadendae uerbis pluribus Petrus instabat? ipsa quippe summa posita est, cum dictum est: eripite uos a saeculo hoc prauo; uerbis autem pluribus, ut hoc fieret, testificabatur Petrus. in his uerbis erat mortuorum operum condemnatio, quae nequiter agunt huius saeculi dilectores, et commendatio uitae bonae, quam teneant atque sectentur, qui se ab hoc prauo saeculo eripiunt. iam itaque, si placet, adfirmare conentur eum se eripere ab hoc saeculo prauo, qui tantummodo credit in Christum, etiamsi in flagitiis quibus uoluerit perseueret usque ad professionem adulterii. quod si dicere nefas est, audiant baptizandi non solum quid credere debeant, sed etiam quemadmodum se ab hoc prauo saeculo eripiant. ibi enim necesse est, ut audiant quemadmodum credentes uiuere debeant.

VIIII. 14. Spado, inquiunt, ille, quem Philippus baptizauit, nihil plus dixit quam: credo filium dei esse Iesum Christum, et in hac professione continuo baptizatus est.

25 Act. 8, 37. 38

6 et ceteris *SMRBNA* tot pluribus *SMR* uerbis pluribus *PX* 7 a *NAX* ad *R* reticentur] ne recitentur *SMRB*^{1}*NA*^{1} nec recitantur *B*^{2} ñ recitantur *A*^{2} 9 indita] indicata *SMRBNA* persuadente *IZ* 11 positum *SMRBN*^{2} cum dictum est *om. SMR* 12 testificatur *SMRBNA* 13 condempnatio *RNP*^{2} 15 bonae *om. SMRBNA* 16 saeculo prauo *RN* 17 qñtūmodo *P* 18 etiam•• (si *er.*) *I* 20 qui *SMR* 21 quemammodum (*plerumque*) *BN* prauo *om. P* saeculo prauo *SMR* 22 uiuere] uidere *SMR* 24 obiectio spado *SMRB*, (*in mg.*) *N* philyppus *P* 25 plus] prius *SMR*

num ergo placet, ut hoc solum homines respondeant et continuo baptizentur? nihil de spiritu sancto, nihil de sancta ecclesia, nihil de remissione peccatorum, nihil de resurrectione mortuorum, postremo de ipso domino Iesu Christo nihil, nisi quia filius dei est, non de incarnatione eius ex uirgine, non de passione, de morte crucis, de sepultura, de tertii diei resurrectione, de ascensione ac sede ad dexteram patris aliquid dicendum est catechizanti ac profitendum credenti? si enim spado cum respondisset: credo filium dei esse Iesum Christum, hoc ei sufficere uisum est, ut continuo baptizatus abscederet, cur non id sequimur? cur non imitamur atque auferimus cetera, quae necesse habemus, etiam cum ad baptizandum temporis urget angustia, exprimere interrogando, ut baptizandus ad cuncta respondeat, etiamsi ea memoriae mandare non uacuit? si autem scriptura tacuit atque intellegenda dimisit cetera, quae cum illo spadone baptizando Philippus egit, atque in eo, quod ait: baptizauit eum Philippus, intellegi uoluit inpleta omnia, quae, licet taceantur in scripturis gratia breuitatis, tamen serie traditionis scimus inplenda, pari modo etiam in eo, quod scriptum est euangelizasse Philippum spadoni dominum Iesum, nullo modo dubitandum est et illa in catechismo dicta esse, quae ad uitam moresque pertinent eius, qui credit in dominum Iesum. hoc est enim euangelizare Christum, non tantum dicere, quae sunt credenda de Christo, sed etiam quae obseruanda ei, qui accedit ad conpagem corporis Christi, immo uero cuncta dicere, quae sunt credenda de Christo, non solum cuius sit filius, unde

1 ut] in *P* 2 baptizantur *I* 4 domino *om. SMRBNA* 5 non *fin. om. SMRBPAX* 7 sedens *P* adexteram *N* 8 cathecizanti *CN* catecizanti *SMRP* ac] ad *SMRA* 11 quur *R* cur non imitamur *om. SMRBNA* 13 urguet *SMA* ut *om. SMRBN* 14 eam *SMR* memoria emandare *R* 15 macuit C^1 maluit C^2 uacauit $IZ^2Ch\beta d$ ualuit *BbN* (l *in ras.*) 16 admisit *SMRNA* philyppus *P* 19 gratiae *SMRB*^{1} seriae (ę) *BNIZS*^{1} traditionis] rationis *P* 21 pillipum *C* Iesum *om. SMRBNA* 22 cathecismo *CIPAβ* catecismo *RZNX* 24 dicere] credere *CIZ* sint *BNPAX*

secundum diuinitatem, unde secundum carnem genitus, quae perpessus et quare, quae sit uirtus resurrectionis eius, quod donum spiritus promiserit dederitque fidelibus, sed etiam qualia membra, quibus sit caput, quaerat, instituat, diligat, liberet atque ad aeternam uitam honoremque perducat. haec cum dicuntur, aliquando breuius atque constrictius, aliquando latius et uberius Christus euangelizatur; et tamen non solum quod ad fidem, uerum etiam quod ad mores fidelium pertinet, non praetermittitur.

X. 15. Hoc intellegi potest etiam in eo, quod commemorant dixisse apostolum Paulum: nihil me dixi scire in uobis, nisi Iesum Christum et hunc crucifixum. quod illi putant ita dictum, tamquam nihil aliud eis insinuatum esset, ut primitus crederent ac deinde baptizati quidquid ad uitam moresque pertinet discerent. hoc, inquiunt, apostolo satis superque suffecit, qui eis dixit, quod et si multos paedagogos haberent in Christo, sed non multos patres, quia eos in Christo Iesu per euangelium ipse genuisset. si ergo ille, qui per euangelium genuit, quamuis gratias agat, quod neminem ipsorum baptizauerit nisi Crispum et Gaium et Stephanae domum, nihil eos amplius docuit quam Christum crucifixum, quid? si dicat aliquis nec resurrexisse Christum eos audisse, quando per euangelium geniti sunt? unde est igitur, quod eis dicit: tradidi enim uobis in primis, quia Christus mortuus est secundum scripturas, et quia sepultus est, et quia

11 I Cor. 2, 2 16 cf. I Cor. 4, 15 20 cf. I Cor. 1, 14. 16 24 I Cor. 15, 3. 4

1 unde (de *s. l.*) *C* 2 perpensus *P* et] ex *R* deresurrectionis *SMR* 4 membra qualia *P* 7 latus M^1 9 ne *R* 10 commemoraui *ex* commemorans β 11 dixsisse *I* duxi *bd* 12 christum iesum *IZbd* 13 ita putant *P* 14 quicquid baptizati quicquid *P* 15 moresquae *S* pertinent SMR^1 16 sufficit *SMRBNP*A^1 qui] qua *SM* quia RA^1 pedagogos *CSNP* pidagogos A^1 20 chrispum *BRNA* 21 stephane *SMRN* 22 aliquid Z^1 26 et—scripturas *om. SM*

resurrexit tertia die secundum scripturas, si nihil nisi crucifixum docuerat? si autem non ita intellegunt, sed hoc quoque ad Christum crucifixum pertinere contendunt, sciant in Christo crucifixo multa homines discere et maxime, quod uetus homo noster simul crucifixus est, ut euacuetur corpus peccati, et ultra non seruiamus peccato. unde etiam de se ipso dicit: mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. proinde adtendant et uideant, quemadmodum doceatur atque discatur Christus crucifixus, et ad eius crucem nouerint pertinere, quod etiam nos in eius corpore crucifigimur mundo: ubi intellegitur omnis cohercitio malarum concupiscentiarum. ac per hoc fieri non potest, ut eis, qui cruce Christi formantur, professa adulteria permittantur. nam et apostolus Petrus de sacramento ipsius crucis, hoc est passionis Christi, admonet, ut qui ea consecrantur peccare desinant, ita loquens: Christo ergo passo in carne et uos eadem cogitatione armamini, quia qui mortuus est carne desinit peccare, ut iam non hominum desideriis, sed uoluntate domini dei reliquum in carne uiuat et cetera, quibus consequenter ostendit eum pertinere ad Christum crucifixum, hoc est per carnem passum, qui in eius corpore crucifixis carnalibus desideriis bene uiuit per euangelium.

5 cf. Rom. 6, 6 7 Gal. 6, 14 18 I Petr. 4, 1. 2

1 tertio *BP* 2 docuerat—crucifixum *in mg. inf. m. 2 M* 3 contendunt C^1 concedunt *SMRBNPAβ*C^2 4 crucifixa B^1 dicere *P* 6 et] ut *P* 7 se *om. BIZP* semet *X* dixit *SMR* 10 uideam B^1 quemammodum *N* 13 intellegimur *SMR* co•ercitio *I* cohertio *N* coercitio *Xbd* malorum *P* 14 hac *S* crucē *SM* infirmantur *SMRBNA* informantur *PX*β 17 ammonet *SMNP* qui ea] quia *N* desistant *SMRBNPX* ita] ibi *P* 18 passo *om.* A^1 per carnem *SMRBNPAX* 19 qui *om. SMRN* 20 desiit *Xbd* 21 uoluntati *SMRBPX*β

16. Quid? quod etiam duo illa praecepta, in quibus dominus ait totam legem prophetasque pendere, huic suae opinioni suffragari arbitrantur? et sic ea commemorant, ut, quoniam primum praeceptum dictum est: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua. secundum autem simile huic: diliges proximum tuum tamquam te ipsum, primum credant pertinere ad baptizandos, ubi dilectio dei praecipitur, secundum autem ad baptizatos, ubi uidentur esse mores conuersationis humanae, sic obliti quod scriptum est: si fratrem tuum quem uides non diligis, deum, quem non uides, quomodo diligere poteris? et illud aliud in eadem epistula Iohannis: si quis diligit mundum, non est caritas patris in illo. quo autem pertinent omnia flagitia morum malorum nisi ad mundi huius dilectionem? ac per hoc illud primum praeceptum, quod ad baptizandos pertinere arbitrantur, sine bonis moribus obseruari nullo pacto potest. nolo pluribus inmorari; nam diligenter considerata duo ista praecepta ita ex alterutro conexa reperiuntur, ut nec dilectio dei possit esse in homine, si non diligit proximum, nec dilectio proximi, si non diligit deum. sed ad rem, quae nunc agitur, quod de his duobus praeceptis diximus sufficit.

XI. 17. At enim populus Israhel primum per mare rubrum ductus est, quo significatur baptismus, et postea legem accepit, ubi disceret, quemadmodum uiueret. cur ergo bapti-

4 Matth. 22, 37, 39 10 I Ioh. 4, 20 13 I Ioh. 2, 15

1 Quid? quod] quicquid *P* 2 huic] hinc *SMR* 6 simile est β 7 tamquam] sicut *X* 8 credant *om. SMRBNA* baptizandum *SMRBNA* 9 conuersionis *N* 11 tuum *om. SMBA* dominum *SMR* 13 eandem epistolam *X* mundum diligit *A* 14 illo] eo *SMRBNA* quo* *BN* 16 pertineret *SM* 17 pacto *ex* peccato *S* 18 consideratus *SMRN* ista duo *SMRBNPAXbd* 19 repperiuntur *CS* 20 prosit β diligat *SMR* 21 diligat *SMR* dominum *SM* 22 sufficiat *PX* 23 enim inquiunt (inquiunt *add. m. 2*) *A* 24 quod *SM* significa**tur *N* 25 disceret (s *s. l.*) *Z* quemammodum *N* quur *NS*

zandis uel symbolum tradimus reddendumque poscimus? nihil enim tale factum est erga illos, quos per mare rubrum deus ab Aegyptiis liberauit. si autem recte intellegunt hoc significari praecedentibus mysteriis de sanguine ouis postibus inlito et de azymis sinceritatis et ueritatis, cur non etiam illud consequenter intellegunt ipsam ab Aegyptiis separationem significare discessionem a peccatis, quam baptizandi profitentur? ad hoc enim pertinet, quod a Petro dictum est: agite paenitentiam, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi, tamquam diceret: recedite ab Aegypto et per mare rubrum transite. unde et in epistula, quae ad Hebraeos inscribitur, cum eorum qui baptizantur commemorarentur initia, posita est ibi paenitentia a mortuis operibus. sic enim dicit: ideo remittentes initii Christi uerbum in consummationem respiciamus, non iterum iacientes fundamentum paenitentiae a mortuis operibus et fidei in deum, lauacri doctrinae, inpositionis manuum, resurrectionis etiam mortuorum et iudicii aeterni. haec igitur omnia pertinere ad initia neophytorum satis aperteque scriptura testatur. quid est autem a mortuis operibus paenitentia nisi ab his, quae oportet mortificari, ut uiuamus? quae si adulteria fornicationesque non sunt, quid iam inter opera mortua nominandum est? sic autem non sufficit professio recessionis a talibus, nisi etiam lauacro regenerationis cuncta praeterita,

4 cf. Ex. 12, 7 sqq. 8 Act. 2, 38 14 Hebr. 6, 1. 2

1 uel *om. P* simbolum *SMR* trademus *SMRN* reposcimus *SMBNPAXβbd* repossimus *R* 2 tale enim *NA* 3 egyptiis *P* recte *om. P* 5 azimis *CIZSMP* quur *NA* 7 discessionem] dissensionem *CIβZ*^{2} discensionem *A*^{1}*X* dissentionem *Z*^{1} bapzandi β 9 penitentiam *C* poenitentiam *P* 10 domini dei *I* 12 et *om. P* in *om. SMRBA* hebreos *N* ebreos *P* 13 initia] ita *CIZ* 14 ideoque *SMRBNPA* 15 initia *RSMBNAChβbd* 17 et fidei *om. P* dnm̄ *R* 19 iudicia *SMR* 20 neophitorum *CIZMX*β neofitorum *SRBP* neoffitorum *NA* 22 si] sit *R* 23 fornicationes quae *SR* iam] nam *P, s. l. S*

quae uelut persequuntur, peccata deleantur, sicut non sufficit Israhelitis recedere ab Aegypto, nisi ea quae insequebatur hostium multitudo eiusdem maris fluctibus interiret, qui dei populo transituro liberandoque patuerunt. qui ergo profitetur ab adulterio se nolle mutare, quomodo per mare rubrum ducetur, cum ab Aegypto adhuc recuset abscedere? deinde non adtendunt in ea lege, quae post transitum maris rubri illi populo data est, primum esse praeceptum: non erunt tibi dii alii praeter me. non facies tibi idola neque ullum simulacrum, quaecumque in caelo sunt sursum et quaecumque in terra deorsum et quaecumque in aqua et sub terra. non adorabis ea neque seruies eis, et cetera ad hoc praeceptum pertinentia. adfirment itaque isti, si uolunt, contra ipsam suam adsertionem etiam de unius dei cultu cauendaque idololatria non adhuc baptizandis, sed iam baptizatis esse praedicandum et non iam dicant eis, qui baptismum percepturi sunt, fidem tantum quae in deo est intimandam et post eius sacramenti perceptionem de moribus uitae tamquam de secundo praecepto eos quod ad dilectionem proximi pertinet instruendos. utrumque enim lex continet, quam post mare rubrum tamquam post baptismum populus accepit; nec ita facta est distributio praeceptorum, ut ante illius maris transitum de cauenda idololatria plebs doceretur et, posteaquam transierunt, audiret honorandum patrem et matrem, non moechandum, non occi-

8 Ex. 20, 3—5 24 cf. Ex. 20, 12 sqq.

1 uelud *R* persecuntur *P* suffecit *Xbd* 4 trantito••• *I* 5 nolle se *SMRBNAbd* 6 inducetur *P* ab] ex *SMRBNPA* 9 alii dii β*bd* 10 ullum *om. P* 12 sub terram *SMR* 13 ei *SMARNP* is et cetera *in ras. m. 2 B* pertinentia praeceptum *A* 14 ista *NA* 15 etiam *om.* β idololatria *C:* idolatria *SMRBIZNPAX*β*b* 16 iam] etiam *SMA* 18 tantam *ZC*^{2} deum *SMRBNPAXbd* 20 quod] quos (s *in ras.*) *SM* pertinent *SM* 23 maris] matris *N* 24 idolatria *SMRBIZNPAX*β*bd* ples *P* audirent *RBNA*β*bd* audierunt *SM* 25 mecandum *S* mechandum *MRP*^{3}

dendum et cetera bonae atque innocentis conuersationis humanae.

XII. 18. Si ergo ita quisque ueniat ad sancti lauacri petitionem, ut profiteatur se ab idolorum sacrificiis non recessurum nisi forte postea, quando placuerit, baptismum tamen iam iamque deposcat templumque dei uiui se fieri flagitet non solum cultor idolorum, uerum etiam in aliquo tam nefario sacerdotio perseuerans, quaero ab istis, utrum eum faciendum uel catechumenum censeant: quod procul dubio fieri non debere clamabunt; neque enim aliud de illorum corde sentiendum est. reddant itaque rationem secundum testimonia scripturarum, quae sic intellegenda putant, quo modo huic audeant contradicere nec admittendum esse confirment reclamantem atque dicentem: didici et ueneror Christum crucifixum, credo filium dei esse Christum Iesum; non me ultra differas, nihil amplius iam requiras. quos per euangelium generabat apostolus, nihil eos nosse tunc amplius quam Christum crucifixum uolebat; post uocem spadonis, qua se credere Iesum Christum filium dei esse respondit, continuo Philippus eum baptizare non distulit. quid me ab idolorum cultu prohibes nec ad sacramentum Christi admittis, priusquam inde discessero? illud a pueritia didici, consuetudine ibi grauissima premor: faciam, cum potuero, cum commodum fuerit; quod etsi non faciam, non tamen sine Christi sacramento hanc uitam finiam, ne deus exigat animam meam de manibus tuis. quid huic respondendum existimant? an placet, ut admittatur? absit; nullo modo crediderim in tantum eos

4 ab *s. l.* β 6 iam *om. SM* templumque (que *s. l. m. 2*) *M* templum *NP* 7 cultor idolorum] cultorideorum *SMRBA*¹ cultor⁹ deorum *N* 8 sacerdotio] scelere β sacerdotio sacrilego *SMBRNA* 9 cathecuminum *CRSM* catecuminum *NP* 10 enim *om. SM* 13 mittendum *CIZ* 15 iesum xpm *SMRBA* non me] nonne *SMRB*¹ nonnẽ *NA*¹ 17 uenerabat *IZ* 18 nolebat *I* 20 ab] ad *SMR* 21 priusquam] prius *SMRBNA* 22 discessore *R* pueritia *S* 23 praemor *SMR* potuero *B* 24 etsi] et *I* sine *om. SM*

progredi. quid ergo respondebunt haec dicenti et addenti, quod nihil sibi de idololatria relinquenda saltem dici debuit ante baptismum, sicut inde nihil ante mare rubrum populus ille primus audiuit, quoniam lex haec habet, quam ex Aegypto iam liberatus accepit. profecto dicturi sunt homini: templum dei futurus es, cum baptismum acceperis; dicit autem apostolus: quae conpositio templo dei cum idolis? quare ergo non uident similiter esse dicendum: membrum Christi futurus es, cum acceperis baptismum; non possunt membra Christi esse membra meretricis? quia et hoc apostolus dicit, qui et alio loco, nolite, inquit, errare; neque fornicatores neque idolis seruientes et cetera, quae illic enumerat, regnum dei possidebunt. cur ergo ad baptismum idolis seruientes non admittimus et fornicatores admittendos putamus, cum et his et ceteris malis dicat: et haec quidam fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini Iesu Christi et in spiritu dei nostri? quid igitur causae est, ut, cum potestas patet utrumque prohibendi, uenientem ad baptismum permittam fornicarium permanere et non permittam idolis seruientem, cum et illis et illis dici audiam: et haec quidam fuistis, sed abluti estis? sed eo mouentur isti, quia putant in tuto esse salutem eorum, quamuis per ignem qui in Christum crediderint sacramentum-

7 II Cor. 6, 16 9 cf. I Cor. 6, 15 11 I Cor. 6, 9. 10 15 I Cor. 6, 11

1 dicendi—addendi *SMRPN* 2 idolatria *SMRBNPIZAXβbd* saltim *SMB* salutem *P* 3 nihil inde *SMRBNPAXbd* 4 hoc *SMRBNAβbd* 7 templū *ZI*¹ 8 menbra *N* 9 christi] dei *X* 10 ho *S* 11 qui et *B om. P* 13 quur *NA* cum *C* 16 quidem *SMRBIZNPAXβC*² 17 domini nostri (nostri *exp.*) *C, PXβ* 18 in *om. M* 19 causa *SM* ut *om. M*¹ cum] si *P* pateatur *RSM* pateat•• *B* patiatur *A* pateat *bd* 20 ueniendi *SMR* permittat *P* 21 idoli *SM* 22 quidem *SMRBINAXZ*²β 23 monentur *I* putantes se *P* esse in oto *SMRPX* esse in tuto *BNAbd* 24 crediderunt *R*¹

que eius acceperint, id est baptizati fuerint, etiamsi morum corrigendorum ita neglegentes sint, ut nequiter uiuant. unde mox uidebo, si deus iuuerit, quid secundum scripturas sentiendum sit.

XIII. 19. Nunc in hac quaestione adhuc uersor, in qua eis uidetur baptizatos admonendos esse de moribus ad christianam uitam pertinentibus, baptizandis autem solam insinuandam fidem. quod si ita esset, praeter tam multa, quae diximus, non Iohannes Baptista uenientibus ad baptismum suum diceret: generatio uiperarum, quis ostendit uobis fugere ab ira uentura? facite ergo fructum dignum paenitentiae et cetera, quae utique non de fide, sed de bonis operibus admonet. unde et militibus dicentibus: quid faciemus? non dixit: interim credite et baptizamini, post audietis quid facere debeatis, sed ante dixit, ante praemonuit, ut uenturo domino in cor eorum tamquam praecursor mundaret uiam: neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat uobis stipendium uestrum. similiter publicanis quaerentibus, quid facere deberent, nihil amplius, inquit, exigatis praeter quam constitutum est uobis. his breuiter commemoratis euangelista — non enim totos catechismos inserere debuit — satis significauit pertinere ad eum, a quo baptizandus catechizatur, docere et monere de moribus. quodsi respondissent Iohanni: prorsus non faciemus fructus dignos paenitentiae, calumniaturi sumus, concussuri sumus, ea quae nobis non debentur exacturi sumus,

10 Matth. 3, 7. 8 13—24 Luc. 3, 12—14

1 acceper β si baptizati *IZXP* 4 sit *om. M*¹ 5 Nunc] nã *P* non *X* 6 ammonendos *SMNP, om. CZ* 8 esset] est et *CIZ* praeter tam] praeterita *SM* ut p̃termittã *A*² 9 non] in *A*¹ suum *om. SMRBNA* 11 poenitentię *P* penitentiae *C* 13 ammonet *SMNP* 14 baptizabimini (bi *s. l. m. 1*) *S,M* 15 in uenturo *P* 17 uiam] uitam *S.MBN* calumpniam β 19 puplicanis *M* 20 inquid *SMB*¹ quem *I* quam quod (quod *s. l.*) β 22 cathecismos *CSMZNRPA*β significat *B*¹ 23 cathecizatur *CPN* catecizatur *SM* 24 monere eũ β quid *P* 25 et calumniaturi β calumniatores *I*²

et nihilominus eos post hanc professionem baptizaret, nec sic tamen dici posset, unde modo quaestio est, non esse temporis, cum quisque baptizandus est, ut prius illi sermo fiat, quemadmodum uitam bonam agere debeat.

20. Quid ipse dominus, ut alia omittam, cum ab eo diues ille quaereret, quid boni faceret, ut uitam aeternam consequeretur, recolant quid responderit. si uis uenire, inquit, ad uitam, serua mandata. ait ille: quae? tunc dominus commemorauit praecepta legis: non occides, non moechaberis et cetera. ubi cum ille respondisset haec se fecisse a iuuentute sua, addidit etiam perfectionis praeceptum, ut uenditis suis omnibus et in pauperum elemosynas erogatis haberet thesaurum in caelo et eundem dominum sequeretur. uideant igitur non ei dictum esse, ut crederet et baptizaretur — quo solo adiutorio putant isti uenire hominem ad uitam — sed morum praecepta homini data, quae utique sine fide custodiri obseruarique non possunt. nec tamen quia hic de insinuanda fide dominus uidetur tacuisse, praescribimus nos atque contendimus morum tantummodo praecepta dicenda esse hominibus ad uitam peruenire cupientibus. utraque enim mutuo conexa sunt, sicut ante dixi, quia neque dilectio dei potest esse in homine, qui non diligit proximum, nec dilectio proximi, qui non diligit deum. et ideo aliquando alterum sine altero, siue illud siue illud, pro plena doctrina inuenitur

5—13 cf. Matth. 19, 16—21

1 nihilhominus *BZ*β si *SMRPX* 2 dicit *SMR* posse *SMR* possit *P* esse] esset *R* 3 est *om. P* 5 Quod β 7 respondit β inquid *SMB*¹ 8 ait] at *SMRBNA*β*bd* at ille ait *PX* tunc quae *A* 9 maechaberis *C* mechaberis *SMP* 10 ubi *er. N* ille *er. N* et haec *SM* hoc *P* se *om. SM* 12 elemosinis *SMNA* aelemosinis *R* elemosynis *B*β elemosynas *CZ* elemosinas *IPX* erogasti *R* 13 eumdem *C* undem *M*¹ deum *SM* 14 ei non *P* 16 fine *A* 17 nec] haec *M* 18 perscribimus *SM* 19 contendimus] contenti sumus (in *ras. S*) *SMRNA* 23 qui] in eo qui *PXbd* et *om. SMRBNAbd* 24 siue] sine *I* illūd (∼ *exp.*) *I* siue illud *s. l. S om. CIZRNA*

scriptura commemorare, ut etiam hoc modo intellegatur alterum sine altero esse non posse: quia et qui credit deo, debet facere quod praecipit deus, et qui propterea facit, quia praecepit deus, necesse est, ut credat deo.

XIIII. 21. Quamobrem iam illud uideamus, quod excutiendum est a cordibus religiosis, ne mala securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere fidem putauerint, bene autem uiuere et bonis operibus uiam dei tenere neglexerint. nam etiam temporibus apostolorum non intellectis quibusdam subobscuris sententiis apostoli Pauli hoc eum quidam arbitrati sunt dicere: faciamus mala, ut ueniant bona, quia dixerat: lex subintrauit, ut abundaret delictum; ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. quod ideo uerum est, quia legem accipientes homines, qui de suis uiribus superbissime praesumebant, nec diuinum adiutorium uincendarum malarum concupiscentiarum recta fide inpetrantes pluribus grauioribusque delictis etiam lege praeuaricata onerati sunt: ac sic magno reatu conpellente confugerunt ad fidem, qua misericordiam indulgentiae mererentur et auxilium a domino, qui fecit caelum et terram, ut diffusa per spiritum sanctum caritate in cordibus suis cum dilectione agerent, quae contra saeculi huius concupiscentias iuberentur secundum id, quod praedictum fuerat in psalmo: multiplicatae sunt infirmitates eorum; postea adcelerauerunt. cum ergo dicit apostolus arbitrari se iustificari hominem per fidem sine operibus

11 Rom. 3, 8 12 Rom. 5, 20 20 cf. Ps. 120, 2 21 cf. Rom. 5, 5 24 Ps. 15, 4 25 cf. Rom. c. 4

2 et *er. I* credidit *I* 3 praecepit $C^2IZRPAX\beta bd$ praecipit *BN* 5 Quamobrem] quare *SMRBNA* 7 optinendam *CBM* 9 neglegerint *I* intellect' *P* 12 qui *SMRBA* habundaret *SMRBNP* 13 habundauit *MRN* superhabundauit *SMR* 14 gratiam *P* 17 fidei *SMRB* imperantes *P* grauioribus *P* 18 dilectis *IR* legem *R* 19 quã *SMRIZ*^{1} qu*a *B* qua* *N* indulgentiae] intellegentię *P* 21 diffusam *SMRB* diffusa* *N* sanctam *SM* caritatem *SMRB* caritate* *N* 26 per fidem *in mg.* β

legis, non hoc agit, ut percepta ac professa fide opera iustitiae contemnantur, sed ut sciat se quisque per fidem posse iustificari, etiamsi legis opera non praecesserint. sequuntur enim iustificatum, non praecedunt iustificandum. unde in praesenti opere non opus est latius disputare, praesertim quia ex hac quaestione prolixum librum edidi, qui inscribitur „De littera et spiritu“. quoniam ergo haec opinio tunc fuerat exorta, aliae apostolicae epistulae, Petri, Iohannis, Iacobi, Iudae, contra eam dirigunt intentionem, ut uehementer astruant fidem sine operibus non prodesse: sicut etiam ipse Paulus non qualemlibet fidem, qua in deum creditur, sed eam salubrem planeque euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt. et fides, inquit, quae per dilectionem operatur. unde illam fidem, quae sufficere ad salutem quibusdam uidetur, ita nihil prodesse adseuerat, ut dicat: si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. ubi autem fidelis caritas operatur, sine dubio bene uiuitur; plenitudo enim legis caritas.

22. Vnde euidenter in secunda epistula sua Petrus, cum ad uitae morumque sanctitatem hortaretur mundumque istum transiturum praenuntiaret, caelos uero nouos et terram nouam expectari, quae iustis inhabitanda traderetur, ut ex hoc ad-

6 de littera et spiritu 13 Gal. 5, 6 15 I Cor. 13, 2 18 Rom. 13, 10

1 agit] ait *IZ* precepta *P* 2 contempnantur *P* 3 etiamsi (si *s. l.*) *ZN* secuntur *P* 4 praecedant *SMRB* 5 quia modo *SMRBNPAXbd* ex] de *SMRBNAbd* 6 scribitur *SMRBA* 7 hoc *P* exhorta *CIZB* alia *N* 8 aepistolae *S* aepistulae *B* 9 eam maxime *SMRBNPAXβbd* 10 Paulus] apostolus *A* 11 quam *SMR* qu.a β eam] etiam *NA* eam salubrem] eamus *R* salubrem *om. SM* plane quae $R\beta^1$ plane qua *P* plane quã *A* 12 in euangelicam SMB^2 euangeli.a β definiunt *SMR*β 14 tem quibusdam—adseuerat *om. N* 15 abeam RS^1 16 tranferam *M* 17 caritatem *P* 18 bene *om. P* legis est *R* 19 sua *om. SMRBNA* 20 et morum *bd* morũque (~ *et* que *add. m. 2*) *B* morum *SMRZNA* sanctitate *M* ortaretur *R* 21 nouam et *B* 22 inabitanda S^1 tradetur *SMRBNA*

tenderent, qualiter eos oporteret uiuere, ut habitatione illa digni fierent, sciens de apostoli Pauli quibusdam subobscuris sententiis nonnullos iniquos accepisse occasionem, ut tamquam securi de salute, quae in fide est, bene uiuere non curarent, commemorauit quaedam ad intellegendum difficilia esse in epistulis eius, quae homines peruerterent sicut et alias scripturas ad proprium suum interitum: cum tamen et ille apostolus de salute aeterna, quae nisi bene uiuentibus non daretur, eadem sentiret, quae ceteri apostoli. sic itaque Petrus, his ergo, inquit, omnibus pereuntibus, quales oportet esse uos in sanctis conuersationibus et pietatibus, expectantes et properantes ad praesentiam diei domini, per quam caeli ardentes soluentur et elementa ignis ardore decoquentur. nouos uero caelos et terram nouam secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia inhabitat. quapropter, carissimi, haec expectantes satis agite inuiolati et inmaculati apud eum reperiri in pace, et domini nostri patientiam salutem existimate, sicut et dilectissimus frater noster Paulus secundum eam quae data est illi sapientiam scripsit uobis, ut et in omnibus epistulis loquens in eis de his, in quibus sunt difficilia intellectu, quae indocti et instabiles peruertunt sicut et ceteras scripturas ad proprium suum interitum. uos igitur, amantissimi, prae-

10 II Petr. 3, 11—18

1 oportet *SMR* 4 salutem *R* 5 carerent *RN* difficillima *SMRBPA* 6 epistola *SMRBNA* 7 tamen *om. CIZ* 9 sentire *P* sič *SMR* 10 ergo] igitur *X* inquid *S* omnibus] hominibus *SMRBNA* 11 uos esse *SMRBNAbd* 14 ardore ignis *SMRBNAbd* dequoquentur *RP* 16 ipsius promissa *P* 17 habitat *SMRBN* karissimi *MP* 18 satagite *bd* 19 repperiri *CNP* reperire *I* patientia *SMRB*^{1}*PA* 22 ut *er. N* et *om. SMRPAX er. N* 23 sunt quędam (quędam *s. l. m. 2*) *A* difficili *R* difficilia quaedam (quaedam *in mg.*) β, *bd* 24 ad intellectum *R* instauiles *R* 26 ait uos *P*

scientes cauete, ne infaustorum errore seducti decidatis a corroboratione uestra, crescite uero in gratia et intellectu domini nostri et saluatoris Iesu Christi. ipsi gloria et nunc et in diem aeternitatis.

23. Iacobus autem tam uehementer infestus est eis, qui sapiunt fidem sine operibus ualere ad salutem, ut illos etiam daemonibus conparet dicens: tu credis quoniam unus est deus? bene facis; et daemones credunt et contremescunt. quid breuius, uerius, uehementius dici potuit, cum et in euangelio legamus hoc dixisse daemonia, cum Christum filium dei confiterentur et ab illo corriperentur, quod in Petri confessione laudatum est? quid proderit, ait Iacobus, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides saluare eum? dicit etiam, quia fides sine operibus mortua est. quousque igitur falluntur, qui de fide mortua sibi uitam perpetuam pollicentur!

XV. 24. Quapropter diligenter oportet adtendere, quo modo accipienda sit apostoli Pauli illa sententia, plane ad intellegendum difficilis, ubi ait: fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. si quis autem superaedificat super fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscuiusque

8 Iac. 2, 19 11 cf. Marc. 1, 24. 25 13 cf. Matth. 16, 16. 17 14 Iac. 2, 14. 20 21 I Cor. 3, 11—15

1 infautorum *I* 4 die *SMRBNPAX* 6 tam *om. SMBARN* infessus *BNPAM*^{1} infensus *SRXM*^{2} 10 contremiscunt *XC*^{2}*B*^{2}*βbd* ueementius *R* 13 prodest *P* 14 dicat se quis *Pbd* 15 haberet *P* 17 igitur] ergo *bd* 19 diligenter carissimi *N* 21 enim *om. P* 22 praeter] per *SM* et positum *P* 23 superaedificat (super *s. l.*) *C* aedificat *IZ* superaedificauit *β* 24 fundamentum hoc (hoc *s. l. N*) *PNbd* 25 preciosos *R* praetiosos *N* faenum *CSM* foenum *AP* stipula *P*

opus manifestabitur. dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur, et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. si cuius opus permanserit, quod superaedificauit, mercedem accipiet; si cuius autem opus arserit, damnum patietur; ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. quod ita intellegendum putant, ut illi uideantur aedificare super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, qui fidei, quae in Christo est, bona opera adiciunt; illi autem ligna, fenum, stipulam, qui cum eandem fidem habeant, male operantur. unde arbitrantur per quasdam poenas ignis eos posse purgari ad salutem percipiendam merito fundamenti.

25. Hoc si ita est, fatemur istos laudabili caritate conari, ut omnes indiscrete admittantur ad baptismum, non solum adulteri et adulterae contra sententiam domini falsas nuptias praetendentes, uerum etiam publicae meretrices in turpissima professione perseuerantes, quas certe nulla etiam neglegentissima ecclesia consueuit admittere nisi ab illa primitus prostitutione liberatas. sed ista ratione cur non omni modo admittantur, omnino non uideo. quis enim non malit eas posito fundamento, licet ligna et fenum et stipulam congerant, aliquanto certe diuturniore igne purgari quam in aeternum perire? sed falsa erunt illa, quae obscuritatem ambiguitatemque non habent: si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum, et: quid proderit, fratres mei, si fidem

24 I Cor. 13, 2 26 Iac. 2, 14

1 enim domini $PA^2\beta b$ declarauit *SM* quia in] quis *P* 2 quales *R* qualis *P* 3 manserit *P* 4 superaedificabit *SMRP* acceperit *SM* 5 autem *om. P* asserit *SR* 7 quod quidam *bd* 10 fenum ligna *SMRBNAbd* faenum *C* foenum *SMR* eadem $SMPR^1$ 11 penas S^1 12 posse *s. l. S* 15 adultere *RN* sententiam] scientiam *SM* 17 etiam nulla *bd* 18 ammittere $SMRNB^1$ amittere *A* 19 liberatus *IZ* 21 pposito *P* fundamento *om. N* et *post* ligna *om. bd* faenum *CRN* congregent *P* 23 sed] si *R* ambiguitatemquae S^1B^1 24 habeant *I*

quis dicat se habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides saluare eum? falsum erit et illud: nolite errare; neque fornicatores neque idolis seruientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque auari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt. falsum et illud: manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, inmunditiae, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comessationes et his similia, quae praedico uobis, sicut et praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. falsa erunt haec. si enim tantummodo credant et baptizentur, quamuis in malis talibus perseuerent, salui erunt per ignem, atque ideo in Christo baptizati etiam qui talia agunt, regnum dei possidebunt. frustra autem dicitur: haec quidam fuistis, sed abluti estis, quando et abluti haec sunt. inaniter etiam illud a Petro dictum uidebitur: sic et uos simili forma baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio, siquidem et habentes pessimas conscientias omnium flagitiorum et scelerum plenas nec eorum malorum

3 I Cor. 6, 9. 10 7 Gal. 5, 19—21 17 I Cor. 6, 11 19 I Petr. 3, 21

1 dicat se quis habere *SMRBNAbd* 2 erat M^1 3 idoli *P* 4 neque fures neque auari *leguntur post* seruientes *in Xbd* 5 concubitor••es *S* concubitorum est (est *in ras.*) *R* 7 falsum est *SMRBNP* 8 fornicatio *A* *post* inmunditiae *add.* impudicitia *bd* 9 luxoriae *SM* luxoria *BR* ueneficia *om. ÇZ* 10 dissentiones *IZ* discensiones *P* 11 hereses *SMNP* hebrietates S^1R commessationes *SMRBN* comesationes *CIZ* 12 et *alt. om. SMRBNPA* 14 enim *om. P* 15 erunt *om. A* 17 dei *om.* A^1 autem *om.* β et haec *SMRBNAbd* 18 quidem *SMRBIZ²NAXβb* 20 uos fratres kmi *P* similis MS^2 fecit *P* 21 depositium *RS* 22 et *om.* Z^1

paenitentia mutatas tamen baptisma saluos facit; propter fundamentum enim quod in eo baptismate ponitur, licet per ignem, salui erunt. illud quoque non uideo, cur dominus dixerit: si uis uenire ad uitam, serua mandata, et commemorauit ea, quae ad bonos mores pertinent, si etiam his non seruatis ad uitam ueniri potest per solam fidem, quae sine operibus mortua est. illud deinde quomodo uerum erit, quod eis, quos ad sinistram positurus est, dicet: ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius? quibus non increpitat, quia in eum non crediderunt, sed quia bona opera non fecerunt. nam profecto ne sibi quisquam de fide, quae sine operibus mortua est, uitam promittat aeternam, propterea omnes gentes segregaturum se dixit, quae permixtae eisdem pastoribus utebantur, ut adpareat eos illi dicturos: domine, quando te uidimus illa et illa patientem, et non ministrauimus tibi? qui in eum crediderant, sed bona operari non curauerant, tamquam de ipsa fide mortua ad uitam perueniretur aeternam. an forte ibunt in ignem aeternum, qui opera misericordiae non fecerunt, et non ibunt, qui aliena rapuerunt uel corrumpendo in se templum dei in se ipsos inmisericordes fuerunt? quasi opera misericordiae prosint aliquid sine dilectione dicente apostolo: si distribuam omnia mea pauperibus, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest, aut diligat quisquam proximum sicut se ipsum, qui non diligit se ipsum. qui enim diligit, inquit, iniquitatem, odit animam

4 Matth. 19, 17 5 cf. Matth. 19, 18. 19 7 Iac. 2, 17 8 Matth. 25, 41 15 Matth. 25, 44 23 I Cor. 13, 3 26 Ps. 10, 5

1 paenitentiae *SMN* mutatos *P* baptismaș *R* baptismus *SM* baptisma* *A* 2 enim *om. P* eodem *Pbd* 5 si] sed *SMR* 6 uenire *SMA*[1] . 8 dicet—paratus est *om. IZ* 9 praeparatus *P* 10 quos *Zβbd. om. X* increpat *MPXS*[1]*β*[2]*bd* 12 promittat uitam aeternam *SMRBNA* promittă *P* 14 pastoribus] pascuis *SMRBN PAXβbd* eos *om. SMR* illi dicturos *s. l. C* 15 dicturos] daturos *SM* et] uel *P* 23 distrubuam *B* 25 diligunt *I* 26 inquit *om. SMRBNPAXbd*

suam. neque illud hic dici poterit, in quo nonnulli se ipsos seducunt [dicentes], ignem aeternum dictum, non ipsam poenam aeternam. per ignem quippe, qui aeternus erit, transituros arbitrantur eos quibus propter fidem mortuam per ignem promittunt salutem, ut uidelicet ipse ignis aeternus sit, conbustio uero eorum, hoc est operatio ignis, non sit in eos aeterna, cum et hoc praeuidens dominus tamquam dominus sententiam suam ita concluserit dicens: sic ibunt illi in conbustionem aeternam, iusti autem in uitam aeternam. erit ergo aeterna conbustio, sicut ignis; et eos in illam ituros ueritas dixit, quorum non fidem, sed bona opera defuisse declarauit.

26. Si ergo haec omnia et cetera, quae innumerabilia per omnes scripturas sine ambiguitate dicta reperiri possunt, falsa erunt, poterit uerus esse ille intellectus de lignis et feno et stipula, quod hi salui erunt per ignem, qui solam in Christum fidem tenentes bona opera neglexerunt. si autem ista et uera et clara sunt, procul dubio in illa apostoli sententia alius requirendus est intellectus atque in his deputanda est, quae Petrus dicit esse in scriptis eius quaedam difficilia intellectu: quam non debent homines peruertere ad proprium suum interitum, ut contra euidentissima testimonia scripturarum securos faciant de percipienda salute nequissimos, nequitiae suae pertinacissime cohaerentes nec emendando aut paenitendo mutatos.

8 Matth. 25, 46

1 dici hic *bd* hoc *P* dici *om. SMRBNA* 2 dicentes *Pbd: om. CIZSMRBNAChXβ* in ipsam *SM* 3 qui] quia *SM* 4 per ignem per *R* 6 eis *P* 7 prouidens *P* 8 suam *om. P* illi *s. l. M* 11 dicit ueritas *A* dicit *SMRBNA* 12 affuisse *P* 13 hoc *P* 14 ambiguitatem *R* repperiri *CIRN* 15 ille *om. P* et *om. bd* faeno *CSMBβ* foeno *R* 16 xpo *P* 17 fidem *om. A*[1] necglexerunt *R* et *om. R* 20 in scriptis eius esse *P* scripturis β 21 quãe (*sic*) β quae *bd* suum *om. P* 23 securas *SM* 24 suae *om. NA*[1] coherentes *CN*

XVI. 27. Hic a me fortasse quaeratur, de ipsa Pauli apostoli sententia quid ego sentiam et quonam modo intellegendam putem. fateor, hinc mallem audire intellegentiores atque doctiores, qui sic eam exponant, ut illa omnia uera et inconcussa permaneant, quae supra commemoraui et quaecumque alia non commemoraui, quibus apertissime scriptura testatur nihil prodesse fidem, nisi eam, quam definiuit apostolus, id est quae per dilectionem operatur, sine operibus autem saluare non posse neque praeter ignem neque per ignem: quia, si per ignem saluat, ipsa utique saluat. absolute autem dictum est et aperte: quid prodest, si dicat quis fidem se habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides saluare eum? dicam tamen, quam breuissime potero, etiam ipse quid sentiam de illa sententia Pauli apostoli ad intellegendum difficili; dummodo illud, quod ad meam professionem adtinet, praecipue teneatur, quod de hac me malle dixi audire meliores. fundamentum Christus est structura architecti sapientis. hoc expositione non indiget; aperte enim dictum est: fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. si autem Christus, procul dubio fides Christi; per fidem quippe habitat Christus in cordibus nostris, sicut idem apostolus dicit. porro si fides Christi, illa utique, quam definiuit apostolus, quae per dilecti-

8 Gal. 5, 6 11 Iac. 2, 14 19 I Cor. 3, 11 22 cf. Eph. 3, 17 24 Gal. 5, 6

1 hinc *P* apostoli *om. A* 3 putent *A* mallem] malle me *SMRBNAX* malle me hinc *P* 4 doctores *SMR*β eas *P* incussa β 5 et—commemoraui *in mg. R* 9 saluari *IZ*^{2} neque praeter ignem *om. SMRNPA*β 10 quia si] quasi *MA*^{1} 11 quid prodest] quid dictum est *SMRBN om. A* dicat se quis *P* dicat quis se *bd* 13 saluari *SM* 14 ipse *om. N* apostoli sententia *SMRBNA* 15 Pauli *om. SMRBNPA* intellegendam *SMR* difficile *MS*· 16 professionem meam *P* promissionem *SMRBNA* pertinet *X* 17 audiri *SMR* 18 in structura *SMRBNPAX*β*bd* expositionē *R* 23 si *om. SMBNA* Christi est *N* 24 diffiniuit *A*

onem operatur. non enim fides illa daemonum, cum et ipsi credant et contremescant et filium dei confiteantur Iesum, potest accipi in fundamentum. quare? nisi quia non est fides, quae operatur per dilectionem, sed quae exprimitur per timorem. fides itaque Christi, fides gratiae christianae, id est ea fides, quae per dilectionem operatur, posita in fundamento neminem perire permittit. sed quid sit aedificare super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos et ligna, fenum, stipulam, si subtilius disserere coner, uereor, ne ad intellegendum difficilior sit ipsa expositio; enitar tamen, quantum dominus adiuuat, et breuiter et, quantum potero, dilucide expedire quod sentio. ecce ille, qui quaesiuit a magistro bono, quid faceret, ut haberet uitam aeternam, et audiuit, si ad uitam uenire uellet, seruanda sibi esse mandata, et cum quaereret, quae mandata, dictum est ei: non occides, non moechaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum et matrem tuam et: diliges proximum tuum tamquam te ipsum, haec faciens in fide Christi teneret procul dubio fidem, quae per dilectionem operatur. neque enim diligeret proximum tamquam se ipsum nisi recepta dilectione dei, sine qua non diligeret se ipsum. porro si faceret quod dominus etiam addidit dicens: si uis esse perfectus, uade,

1 cf. Iac. 2, 19 15 Matth. 19, 18. 19 23 Matth. 19, 21

2 contremescunt *SMR* contremiscant *AX*β*bd* 3 fundamento *bd* 4 quae per dilectionem operatur *bd* non operatur β 5 fides uera est quae operatur per dilectionem non quae exprimitur per timorem. fides itaque *sqq.* β 8 praetiosos *N*β et *om. P er. N* 9 faenum *CN* foenum *R* et stipulam *P* suptilius *B* 10 enitar] enita *S* En ita *M* quamtum *R* 11 et *alt. er. N* dilucideque *N* 12 experire *IZ* 13 qnod *P* boni faceret *SMRBNAPXbd* et *om. P del. ZN* 14 esset *SM* et—mandata *om. NA*[1] 16 mechaueris *S* mechaberis *MPR* 18 tamquam] sicut β 19 haec] nec *SM* teneret] tenere et *SMRB* 20 diliget *M*[1] 21 dei *om. SMR* 22 faceret etiam (*om. P*) quod dominus *SMRBNPAbd* 23 etiam *om. X* perfectus esse *SMRBNPAXbd*

uende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et ueni, sequere me, aedificaret super illud fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos; non enim cogitaret, nisi quae sunt dei, quomodo placeret deo. et hae cogitationes sunt, quantum existimo, aurum, argentum, lapides pretiosi. porro si circa diuitias suas quodam carnali teneretur affectu, quamuis ex eis multas elemosynas faceret nec ad eas augendas fraudis aliquid rapinaeque moliretur aut earum minuendarum uel amittendarum metu in aliquod facinus flagitiumue laberetur — alioquin iam se isto modo ab illius fundamenti stabilitate subtraheret —, sed propter carnalem, ut dixi, quem in eis habebat affectum, quo talibus bonis sine dolore carere non posset, aedificaret super fundamentum illud ligna, fenum, stipulam, maxime si et uxorem sic haberet, ut etiam propter ipsam cogitaret ea, quae sunt mundi, quomodo placeret uxori. haec igitur quoniam adfectu dilecta carnali non sine dolore amittuntur, propterea qui ea sic habent, ut habeant in fundamento fidem, quae per dilectionem operatur, neque huic ista ulla ratione uel cupiditate praeponunt, in eorum amissione passi detrimentum per ignem quendam doloris perueniunt ad salutem. a quo dolore atque detrimento tanto est quisque securior, quanto ea uel minus amauerit uel tamquam non habens habuerit. qui uero propter illa uel tenenda uel adipiscenda

4 *et* 15 cf. I Cor. 7, 32. 33 18 cf. Gal. 5, 6

2 caelum *BN* 3 et lapides *P* 5 haec *SMB*[1]*IR* hae* *ZN* cogitationes] orationes *SM* 7 carnali quodam *bd* quodam] quodiam *SMB*[1] elemosynas *CZ* elemosinas *SMBINP*β aelymosinas *R* 8 rapine quae *N* 9 ammittendarum *SMR* 10 facinus (n *ex* m) *S* flagitium uel (ue *M*) haberetur *SMR* laberetur] liberetur *P* 11 subtraeret *R* 12 propterea *Z* dixit *SMRA* habebat] habitat *SMR* haberet *bd* quod *A* 13 donis *A*[1] 14 faenum *CI* 17 dilecta *om. P* delicta *A*[1] ammittuntur *R* 18 qui ea] quia ea *SMRNAX* quia *P* habemus *I* ut] cum *SMRBNAX* 19 operatur ut *N* ista *om. CIZ* 20 praeponant *SMRBNPAX*β*bd* ammissione *R* 24 detenenda *P*

homicidium, adulterium, fornicationem, idololatriam et similia quaeque commiserit, non propter fundamentum per ignem saluabitur, sed amisso fundamento aeterno igne torquebitur.

28. Quamobrem et illud, quod dicunt, ueluti probare cupientes, quantum ualeat sola fides, ubi apostolus dicit: quod si infidelis discedit, discedat; non est enim seruituti subiectus frater aut soror in huius modi, id est, ut propter fidem Christi ipsa uxor legitima societate coniuncta sine ulla culpa relinquatur, si cum uiro christiano propter hoc, quia christianus est, permanere noluerit, non adtendunt eo modo illam rectissime dimitti, si uiro suo dicat: non ero uxor tua, nisi mihi uel de latrocinio diuitias congeras aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domum transigebas, etiam christianus exerceas, aut si quid aliud uel facinerosum uel flagitiosum in uiro nouerat, quo delectata uel libidinem explebat uel facilem uictum habebat uel etiam incedebat ornatior. tunc enim ille, cui hoc uxor dicit, si ueraciter egit paenitentiam ab operibus mortuis, quando accessit ad baptismum habetque in fundamento fidem, quae per dilectionem operatur, procul dubio plus tenebitur amore diuinae gratiae quam carnis uxoriae, et membrum, quod eum scandalizat. fortiter amputat. quemcumque autem in hac diremptione dolorem cordis propter carnalem affectum coniugis sustinebit, hoc est detrimentum, quod patietur, hic est ignis, per quem

5 I Cor. 7, 15

1 idololatriam (lo *semier.*) *C* idolatriam *SMRBNPAX*β similia* *R* 2 quaequi β 4 dico ut (ut *in ras.*) *N* 6 seruitutis β 7 aut] uel *SMRBNAPXbd* eiusmodi *P* 8 etiam ipsa *SMRBNPAX*β*bd* 10 quia] quod *SMRBNA* uoluerit *SMRPX* 11 illa *SMR* 12 uel *om. SMRBNPAX* 13 transiebas *SMNA*^{1}β^1 transigas β^2 15 facinerosum *CB*^{1}: facinorosum *SMRIZB*^{2}*NPAX*β*bd* in *om. N* quod *SMRX* 16 exple*at *S* expleat *M* facile *SMRXA* habeat *SM* 17 dixit *P* 20 amore] humore *Z* 21 uxoriae] luxoriae *SMR* luxuria *N* luxurie *A* luxuriae (l *ins.*) β scandalizet *SMR* 22 quicumque *SMR*β^2 quecumque *P* quęcumque *A* ac *R*^{1} hanc *NA* direptionem *BNXAP* dire*ptionem *I* diremptionem *R* redemptionem *SM* 24 quam *SM*

feno ardente ipse saluabitur. si autem iam sic habebat uxorem tamquam non habens, non propter concupiscentiam, sed propter misericordiam, ne forte eam saluam faceret, reddens potius quam exigens debitum coniugale, profecto nec dolebit carnaliter, cum ab illo tale conubium separabitur; neque enim in ea cogitabat, nisi quae sunt dei, quomodo placeret deo. ac per hoc, in quantum aurum, argentum, lapides pretiosos illis cogitationibus superaedificabat, in tantum detrimentum nullum pateretur, in tantum structura eius, quae non erat fenea, nullo incendio cremaretur.

29. Siue ergo in hac tantum uita homines ista patiuntur siue etiam post hanc uitam talia quaedam iudicia subsequuntur, non abhorret, quantum arbitror, a ratione ueritatis iste intellectus huiusce sententiae. uerumtamen etiam si est alius, qui mihi non occurrit, potius eligendus; istum quamdiu tenemus, non cogimur dicere iniustis, non subditis, scelestis, contaminatis, parricidis, matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, peiuris et si quid aliud sanae doctrinae aduersatur, quae est secundum euangelium gloriae beati dei: si tantummodo in Christum credatis et sacramentum baptismi eius accipiatis, etiamsi uitam istam pessimam non mutaueritis, salui eritis.

30. Vnde nec illa nobis mulier Chananaea praescribit, quia dominus ei quod petebat dedit, cum ante dixisset: non est bonum tollere panem filiorum et mittere canibus,

1 cf. I Cor. 7, 29 seqq. 16 cf. I Tim. 1, 10. 11 24 Matth. 15, 26. 28

1 faeno *C* foeno *NB* foena *S* saluabitur *C* saluatur *I*β 3 forte• *S* fortem *R* 4 exiens $B^1A^1\beta^1$ 5 conubio *P* 7 et lapides *Xbd* 8 superaedificat *SMRBNA* 9 in tantum *om.* β eius structura *bd* 10 faenea *CIZSBNXR*^{2} remaretur *P* 11 uita tantum *SMRBNPA* ista homines *bd* 12 subsecuntur *BRPA* 13 aborret *SMRN*^{1} 14 huius•• *M* huius *P* uerumptamen β 15 non mihi *P* potius *om.* NA^1 eligendū̧ *C* eligendum *IZ* elegendus *SM* 16 cogitur *P* 17 patricidis PB^1 18 plagiaris NB^1 periuris $C^2B^2SMRIZNAX\beta bd$ periuriis *P* 20 gloriae *om. P* in *om. A* 21 xpo *SMRPA* 23 chananea *CRNPMA* 24 patebat R^1 dedit et *P*

quia ille cordis inspector mutatam uidit, quando laudauit. et ideo non ait: o canis, magna est fides tua! sed: o mulier, magna est fides tua! mutauit uocabulum, quia mutatum uidit affectum adque illam correptionem ad fructum peruenisse cognouit. miror autem, si laudaret in ea fidem sine operibus, id est fidem non talem, quae iam per dilectionem posset operari, fidem mortuam et, quod Iacobus dicere minime dubitauit, fidem non christianorum, sed daemonum. postremo si istam Chananaeam nolunt intellegere mutasse perditos mores, quando eam Christus contemnendo et corripiendo redarguit, quoscumque inuenerint tantummodo credere, uitam uero inquinatissimam nec saltem occultare, sed etiam libere profiteri ac nolle mutare, sanent filios eorum, si possunt, sicut sanata est filia Chananaeae mulieris; non tamen eos faciant membra Christi, cum ipsi esse non desinant membra meretricis. illud sane non absurde intellegunt, eum peccare in spiritum sanctum et esse sine uenia reum aeterni peccati, qui usque in finem uitae noluerit credere in Christum, sed si recte intellegerent, quid sit credere in Christum. non enim hoc est habere daemonum fidem, quae recte mortua perhibetur, sed fidem, quae per dilectionem operatur.

XVII. 31. Quae cum ita sint, quando tales ad baptismum non admittimus, non ante tempus zizania conamur euellere,

20 cf. Gal. 5, 6

1 quando] quam *SMRBNA* 2 est] es *S* sed—tua *in mg. R*β 4 correctionem *P* uenisse *R* 5 eā *P* sine—talem *in mg. C* 6 quae iam] quā etiam *SMR* possit *SMRB*^{1}*NA* 7 quā *P* dicere *om. A*^{1} 8 doemonum *A* postremum *SM* 9 cananeam *C* chananeam *SMNA* uolunt *Z* noluit *RSM* 10 contempnendo *P* contemplando *SM* 11 inuenerunt *SMR* inuenerit β uero *om. A*^{1} 12 saltim *SMB*^{1} salutem *P* 13 mutari *P* 14 chananeae *CNA* chananee *SM* faciunt *N* 15 xpi (*s. l.*) meretricis β 16 absurde] apte *SM* 17 uenia eum *S* 18 noluerint *SMRB* crede *R*^{1} sed—Christum *om. CIZ*β si] utinā *N* 19 demonium *P* doemonum *A* 20 fidemque *P* 22 sunt *SMR* 23 ammittimus *SMRB*^{2} amittimus *B*^{1}*N*^{1} euellere conamur *bd*

sed nolumus insuper, sicut diabolus, zizania seminare; nec ad Christum uolentes uenire prohibemus, sed eos ad Christum uenire nolle ipsa sua professione conuincimus; nec Christo uetamus credere, sed demonstramus eos Christo nolle credere, qui uel adulterium dicunt non esse, quod ille adulterium dicit esse, uel credunt adulteros eius membra posse esse, quos per apostolum dicit regnum dei non possidere et sanae doctrinae aduersari, quae est secundum euangelium gloriae beati dei. unde non sunt isti inter eos deputandi, qui ad conuiuium nuptiarum uenerunt, sed inter eos, qui uenire noluerunt. cum enim ipsi doctrinae Christi audent apertissime contradicere et sancto aduersari euangelio, non uenientes repelluntur, sed uenire contemnunt. qui autem saeculo saltem uerbis, etiamsi non factis, renuntiant, ueniunt quidem et inter triticum seminantur et in aream congeruntur et ouibus adgregantur et retia subeunt et conuiuantibus admiscentur, sed intus, siue lateant siue pareant, tunc erit ratio tolerandi, si potestas nulla est corrigendi, nec debet esse praesumptio separandi. absit autem, ut sic intellegamus, quod scriptum est, ad conuiuium nuptiarum adductos, quos inuenerunt, bonos et malos, ut eos adduxisse credantur, qui se malos perseueraturos professi sunt. alioquin ipsi serui patris familias zizania seminarunt falsumque erit illud: inimicus autem qui ea seminauit, diabolus est. sed quia hoc falsum esse non potest, adduxerunt serui bonos et malos, siue

7 I Tim. 1, 10. 11 9 cf. Matth. 22, 2 sqq. 20 Matth. 22, 10 23 Matth. 13, 39

2 uolentem *SMRBA* 3 se uenire *SMR* conuincimur *SM* christum *X* uetamus Christo *bd* 4 nolle Christo *bd* 5 quod—posse esse *in mg.* β 6 posse *om. SMRBNA* 8 euangelium *om. P* 9 dei *om. N* putandi *SM* 10 ••sed *S* 12 quia uenientes *SMRNB*[1] 13 reppelluntur *P* contempnunt *N* saltim *N* sal•tem *P* 14 et *om. SMRBNA*[1] 15 area *SMRBNPAX* arcā *Z* 16 ammiscentur *SMRBNP* 17 tollerandi *R* 18 corrigiendi β 19 segregandi *P* 20 conuiuia•• *A* nuptiarum *om. S*[1] 22 patrifamilias *P* 23 seminauerunt *SMXbd* 24 eā *R* seminat *SMRBA*

qui laterent siue qui iam adducti et intromissi adparerent; siue bonos et malos dictum est secundum quandam humanam conuersationem, in qua etiam hi, qui nondum crediderunt, uel laudari uel uituperari solent. unde est etiam et illud, quod dominus monet discipulos, quos ad euangelium praedicandum primitus mittit, ut in quamcumque uenerint ciuitatem, quaerant, quis illic dignus sit, ut apud eum habitent, donec inde proficiscantur. profecto ille dignus quis erit, nisi qui existimatione ciuium suorum bonus habebitur? et quis indignus, nisi qui eis malus innotuerit? ex hoc utroque genere ueniunt ad Christi fidem et sic adducuntur boni et mali, quia et illi mali a mortuis operibus paenitentiam non recusant. si autem recusant, non intrare cupientes repelluntur, sed ab introitu ipsi aperta contradictione discedunt.

32. Erit ergo et seruus ille securus nec inter pigros damnabitur, quod dominicum talentum noluerit erogare, quandoquidem illi noluerunt quod erogabat accipere. propter illos enim haec similitudo proposita est, qui nolunt suscipere in ecclesia dispensatoris officium, desidiosam praetendentes excusationem, nolle se rationem reddere de peccatis alienis, qui audiunt et non faciunt, id est accipiunt et non reddunt. cum uero dispensator fidelis et diligens in erogando paratissimus et lucrorum dominicorum auidissimus dicit adultero: 'noli esse adulter, si uis baptizari; crede Christo, qui hoc quod facis dicit esse adulterium, si uis baptizari; noli esse membrum

6 cf. Matth. 10, 11 15 cf. Matth. 25, 15 sqq. 25 cf. I Cor. 6, 15

1 intromisi *S* apparent A^1 2 quamdam *C* 3 hii NR^1 ii *bd* 4 et *om* *SMRBNPA* 5 praedicandum ad euangelium *P* 6 ut *om.* *N* quacumque *RNP* B^1 ciuitate *N* 9 suorum ciuium *SMRBNPAXbd* 11 quia et illi] et quia et illi *SMR* 12 recu*sant *R* 15 damnatur *SMRNA* B^1 16 quod] cum β noluit *SMRB* quandoquidam *I* 17 hoc *P* 19 desidiosam] dispendiosam *P* 20 de *om.* *P* 21 non faciunt *S* reddent S^1 uero *om.* *P* 22 et *fin.* *om.* *P* 23 lucrorum—auidissimus *om.* *P* lucrum *SMR* B^1 audissimus *M* 24 adulter** *S* crede—baptizari *om.* *I* quid β quod *om.* β 25 adulterum *SM* baptizare *N*

meretricis, si uis fieri membrum Christi', ille autem respondet: 'non oboedio, non facio', ipse non uult ueram pecuniam dominicam accipere, sed suam potius adulterinam uult thesauris dominicis inportare. si autem se facturum profiteretur nec faceret nec postea quolibet modo corrigi posset, inueniretur quid de illo fieret, ne aliis inutilis esset, si sibi utilis esse non posset, ut, si intra retia domini bona malus piscis esset, non tamen pisces domini sui malis retibus inretiret, hoc est, ut, si haberet in ecclesia uitam malam, non tamen illic institueret doctrinam malam. cum enim tales facta sua talia defendunt uel in eis se perseueraturos apertissime profitentes admittuntur ad baptismum, nihil uidetur aliud praedicari, nisi fornicatores et adulteros etiam usque in uitae huius finem in ea nequitia permanentes regnum dei possessuros et merito fidei, quae sine operibus mortua est, ad uitam aeternam salutemque uenturos. haec sunt mala retia, quae cauere debent praecipue piscatores: si tamen illa euangelica similitudine piscatores episcopi uel inferioris ordinis ecclesiarum praepositi intellegendi sunt, quia dictum est: uenite, et faciam uos piscatores hominum. retibus enim bonis capi possunt pisces et mali et boni; retibus autem malis capi non possunt pisces boni, quoniam in bona doctrina et bonus potest esse, qui audit et facit, et malus, qui audit et non facit; in doctrina

15 cf. Iac. 2, 17 19 Matth. 4, 19

1 si uis *om. SMR* 2 uult *om. SM* 3 suum *N* adulterium *N* 4 nec faceret *om. CIZ* 5 facere *SMRA*^{1} corripi *SM* 6 illo] illo quod *N* si] qui *bd om. SMRBNA* utiles *C* 7 potest *SMR* retiam *SM* piscis malus *SMRBNAXbd* 8 suis *SMRBIZNPA*β inretiret (iret *add. m. 2*) *M* 9 illic *om. SMRBNA* 10 talis *SMRB* 11 se perseueraturos] semper seueraturos *SM* 12 ammittuntur *SMR* amittuntur *N* uidentur *N* praedicere *SMRB* p̄dicare *A* 14 possesuros *S* 16 sut *S* 17 piscotores *S*^{1} ille *Z*^{1} euangelice *Z*^{1} 18 ordines *R* 19 qu•a *N* et *om. P* 20 capi• *S* 21 boni et mali *SMRBNPAXbd* et boni—boni *om. A*^{1} 22 doctrina bona *Xbd* bonus] bonis *P*

uero mala et qui eam ueram putat, quamuis ei non obtemperet, malus est et qui obtemperat, peior est.

XVIII. 33. Illud sane mirabile est, quod fratres, qui aliter sapiunt, cum debeant ab ista uel noua uel uetere, perniciosa tamen opinione discedere, ipsi insuper dicunt nouam esse doctrinam, qua nequissimi homines in suis flagitiis se perseueraturos in propatulo profitentes non admittuntur ad baptismum: quasi nescio ubi peregrinentur, quando meretrices et histriones et quilibet alii publicae turpitudinis professores nisi solutis aut disruptis talibus uinculis ad christiana sacramenta non permittuntur accedere, qui utique secundum istorum sententiam omnes admitterentur, nisi antiquum et robustum morem sancta ecclesia retineret, ex illa scilicet liquidissima ueritate uenientem, qua certum habet, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt, et nisi egerint ab his mortuis operibus paenitentiam, accedere ad baptismum non sinuntur; si autem subrepserint, nisi uel postea mutati egerint, salui esse non possunt. sed ebriosi, auari, maledici et si qua alia uitia damnabilia apertis factis conuinci redarguique non possunt, praeceptis tamen et catechismis ualidissime flagellantnr atque omnes tales mutata in melius uoluntate ad baptismum uidentur accedere. sed si forte adulteros, quos non lex humana, sed diuina condemnat, id est qui alienas

14 Gal. 5, 21 18 cf. I Cor. 6, 10

1 ea *SM* putant *SMR* obtemperent *R* 2 obtemperet *SMRI* peius *SM* 3 qualiter *RPN*[1] 4 ueteri *Z* 6 quia *Pβ* nequis mihi *A*[1] 7 aḃ ad *S* 9 istriones *M* qualibet *SMRB*[1] publice *RN* 10 sacramenta christiana *P* 11 secundum *om. N* historum *IZ* 12 sententia. *N* 13 sce *RN* scae *SB*[1] sancta. *N* ecclesiae *SMRB*[1] ecclesia. *N* 14 ueniente *SM* 17 suprepserint *SM* non subrepserint *R* uel *er. N* 18 penitentiam egerint *XP* egerint paenitentiam *SMRBNA* maledi *M*[1] et—conuinci *in mg. inf. M* 19 dampnabilia *P* apertis (tis *s. l.*) *S* conuincere *P* 20 cathecismis *CIZSMRPA* chatecismis *N* catecismis *X* ualedissime *S*[1] 21 mutatas *SMRB*[1] uoluntates *SMRB*[1] 22 adultero *N* qui *P* 23 huma *S*[1]

uxores tamquam suas habent uel feminae [quae] alienos maritos, alicubi neglegentius admitti solere aduerterunt, ex illis rectis debent conari ista corrigere, hoc est, ut etiam isti non admittantur, non ex his prauis illa recta deprauare, ut neque de morum correctione catechizandos esse censeant conpetentes et consequenter omnes etiam illarum publicarum turpitudinum et scelerum professores, hoc est meretrices, lenones, gladiatores ac si quid huius modi est, etiam in illis malis permanentes admitti oportere arbitrentur. omnia quippe illa, quae apostolus enumerat, concludens, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt, qui uehementius agunt, manifesta sibi congruenter increpant et resistentes atque in eis se permansuros profitentes ad accipiendum baptismum non admittunt.

XVIIII. 34. Qui autem opinantur cetera elemosynis facile conpensari, tria tamen mortifera esse non dubitant et excommunicationibus punienda, donec paenitentia humiliore sanentur, inpudicitiam, idololatriam, homicidium. neque nunc opus est quaerere, qualis sit eorum ista sententia et utrum corrigenda an adprobanda, ne opus susceptum mittamus in longum propter eam quaestionem, quae huic absoluendo minime necessaria est. sufficit enim, quia si omnia non sunt admittenda ad baptismi sacramentum, inter haec omnia est adulterium; si autem tria

10 cf. Gal. 5, 21

1 feminas βbd: feminae (faeminae *N*) *CIZSMRBNAPChX* quae βbd: *om. CIZSMRBNPAChX* aliae nos *R* 2 ammitti *R* retis *P* 3 ut *om. N* 4 recte *SMRBNA*^{1} 5 cathecizandos *CSPA* chatecizandos *N* conpetenter R^2N^2 6 consequentes *SM* 7 meretricis *SM* leones *P* 8 est *om. P* in *om. SMN*^{1}*A* 9 oporteret *SMRB* omniaque quippe β 11 ueementius *R* manifestata *SMRBNPAbd* 13 mansuros *P* ammittunt *R* 15 et cetera *SMRBNA* elemosynis *C* elemosinis *SMBIZNPA*βX elimosinis *R* 16 et *om. SMRBNA* excommunicatione *SMRBNA* 17 poenitentiã *R* humili ore *P* 18 idololatriam *CB:* idolatriam *SMRNPAXIZ*β nunc *N*^{1} non *N*^{2} 21 ea *R* absoluenda *CIZ* absoluendo *SMRBPAChX* absoluendae *N*β*bd* 22 enim] etiam *SMRBA* non] sic non *SM*

illa sola excipienda sunt, etiam in his tribus est adulterium, unde ista disputatio nata est.

35. Sed quoniam malorum christianorum mores, qui fuerunt antea etiam pessimi, habuisse non uidentur hoc malum, ut alienas uxores ducerent uiri aut alienis uiris feminae nuberent, inde fortasse apud quasdam ecclesias neglegentia ista subrepsit, ut in catechismis conpetentium nec quaererentur nec percuterentur haec uitia, atque inde factum est, ut inciperent defendi: quae tamen adhuc in baptizatis rara sunt, si ea nos neglegendo non densa faciamus. talem quippe in quibusdam neglegentiam, in aliis inperitiam, in aliis ignorantiam probabiliter dominus somni nomine significasse intellegitur, ubi ait: cum autem dormirent homines, uenit inimicus et superseminauit zizania. hinc autem existimandum est non ea primum adparuisse in moribus quamuis malorum christianorum, quoniam beatus Cyprianus in epistula de lapsis, cum deplorando et arguendo multa commemoraret, quibus merito dicit indignationem dei fuisse commotam, ut intolerabili persecutione ecclesiam suam sineret flagellari, haec ibi omnino non nominat, cum etiam illud non taceat et ad eosdem mores malos pertinere confirmet, iungere cum infidelibus uinculum matrimonii nihil aliud esse asserens quam prostituere gentilibus membra Christi: quae nostris temporibus iam non putantur esse peccata, quoniam reuera in nouo testamento nihil inde praeceptum est et ideo aut

13 Matth. 13, 25 16 Cypr. de lapsis Hartel I p. 324

2 nata] mota *SMBNA* nominata *P* 3 fuerant *A* 7 cathesismis *CSMRAPN*^{2} quaererent *M* 8 ne *P* repercuterentur *SMBRP* atque uitia *P* 9 et defendi *SMRBNPAX*$\mathfrak{z}$*bd* adhuc *post* sunt *in bd* 10 nos] non *MRNA* noneglegendo *S* non] nos *ACh* densa] defensa *P* 12 somni] omnii *P* nomine] in homine *SMRB*^{1} 13 autem] enim *SM* 15 apperuisse *N* 16 ciprianus *RN* 17 labsis *C* 18 indignatione *S* dei *om. SMR* 19 commoratā *P* intollerabili *SMR* siniret *SRB*^{1} 20 flagelrari *I* 21 mǫręș mores *N* pertinere• *S* pertineret *R* coniungere *P* 22 uincula *SMRBA* adserens *SMRNA* 23 gentibus *SMRBNA* 24 non reuera *I*

licere creditum est aut uelut dubium derelictum. sicut etiam illud ambiguum est, utrum Herodes mortui duxerit an uiui fratris uxorem, et ideo non ita claret, quid Iohannes ei non licere dicebat. de concubina quoque, si professa fuerit nullum se alium cognituram, etiamsi ab illo cui subdita est dimittatur, merito dubitatur, utrum ad percipiendum baptismum non debeat admitti. quisquis etiam uxorem in adulterio deprehensam dimiserit et aliam duxerit, non uidetur aequandus eis, qui excepta causa adulterii dimittunt et ducunt; et in ipsis diuinis sententiis ita obscurum est, utrum et iste, cui quidem sine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamen habeatur, si alteram duxerit, ut, quantum existimo, uenialiter ibi quisque fallatur. quamobrem quae manifesta sunt inpudicitiae crimina, omni modo a baptismo prohibenda sunt, nisi mutatione uoluntatis et paenitentia corrigantur; quae autem dubia, omni modo conandum est, ne fiant tales coniunctiones. quid enim opus est in tantum discrimen ambiguitatis caput mittere? si autem factae fuerint, nescio utrum hi, qui fecerint, similiter ad baptismum non debere uideantur admitti.

XX. 36. Quantum adtinet igitur ad doctrinam salubrem ueritatis, ne cuiquam mortifero peccato perniciosissima securitas detur uel etiam pestilentiosissima tribuatur auctoritas, iste curationis ordo est, ut baptizandi credant in deum patrem et filium et spiritum sanctum eo ritu, quo symbolum traditur, et a mortuis operibus agant paenitentiam omniumque se

2 Ios. Fl. Antiqu. iud. 18, 7 3 cf. Matth. 14, 3. 4 9 cf. Matth. 5, 32

1 uelut *om. SM* derelictum est *SMRBNA* 3 quod *SMRP* 4 cumcubina SM^1 coque *S* quaeque *N* 5 cognitura *SMRN* 6 perciendum *S* 7 atmitti β ammitti *R* in *om. SMRBNA* 9 adducunt *P* 10 isti *SM* 11 abeatur *SR* 13 quae *om. SMR* inpudicia β inpudicitie *R* 14 a] ad *RN* baptisma *SMRBNA* 17 capud *B* 18 factae *om. CIZ* utrum *s. l. m. 2 S* hi] ii *bd om. SMRBNA* 19 ammitti $SMRB^1NA$ 21 nec β^1 pernitiosissima *R* saecularibus detur *SMRBNA* 23 ut] ad *SMR* credat *SMR* 24 sinbolum *C* simbolum *SMR* 25 agat *SM*

omnino praeteritorum remissionem in baptismo accepturos esse non dubitent: non ut peccare liceat, sed ut peccasse non noceat, ut sit facti remissio, non permissio faciendi. tunc uere dici potest etiam spiritaliter: ecce sanus factus es; iam noli peccare, quod dominus de corporali sanitate ideo dixit, quoniam sciebat ei, quem saluum fecerat, meritis peccatorum illum etiam carnis accidisse languorem. hi autem ei homini, qui et baptizandus adulter ingreditur et baptizatus adulter egreditur, miror quomodo dici existiment: ecce sanus factus es. quis enim grauis et exitiabilis morbus erit, si adulterium sanitas erit?

XXI. 37. Sed in tribus milibus, inquiunt, quos uno die apostoli baptizarunt, et in tot milibus credentium, in quibus apostolus ab Hierusalem usque Illyricum euangelium repleuit, erant utique aliqui alienis uxoribus copulati uel feminae alienis maritis: in quibus regulam apostoli constituere debuerunt, quae deinceps in ecclesiis seruaretur, utrum non admitterentur ad baptismum, nisi illa adulteria correxissent. quasi non similiter aduersus eos dici possit, quod non inueniunt aliquem commemoratum, qui, cum talis esset, admissus est; aut uero possent singulorum hominum crimina, quod infinitum erat, commemorari, cum generalis illa regula satis superque sufficiat, ubi Petrus pluribus uerbis testificans baptizandis ait: eripite uos ab hoc saeculo prauo. quis enim dubitet ad huius saeculi prauitatem adulteria per-

4 Ioh. 5, 14 14 cf. Rom. 15, 19 24 Act. 2, 40

1 omninino *S* 2 ut *alt. om. SM* 3 factis *SMRBA* factū N^1 remisio *N* 7 langorem *PN* hii *SN* hic Z^1P hi* *R* 10 est *SM* existimabilis *SMR* erit *om. SM* 13 apostoli *om. R* baptatizarunt *ṠM* 14 hierusalem *CIZBNPA* ierusalem *SMX*β hyerusalem *R* usque in *SMRBNPAXbd* illiricum *CIZRNMP*β repleuit euangelium *PX* 15 aliqui qui *SMBA*^{1} aliquis qui *R* 18 ammitterentur *SR* a*mitterentur *M* admitteretur *P* 20 inuene* *P* commeratum *P* 21 ammissus *SMR* aut] ut *SMR* possint *SMRBNA*^{1}β*bd* 23 ibi *N* uerbis *om. SMR* 24 ait] an *SMR* eripit *SMR* prauo *om. S*^{1} 25 dubitet (e *ex* a) *N*

tinere et illos, qui elegerint in eadem iniquitate persistere? similiter autem dici potest publicas meretrices, quas utique ad baptismum nisi ab illa turpitudine liberatas nulla admittit ecclesia, potuisse inueniri in tot milibus tunc credentium per tot gentes et de his suscipiendis uel prohibendis constituere apostolos exempla debuisse. uerumtamen de quibusdam minoribus possumus coniectare maiora. si enim ad baptismum Iohannis uenientes publicani prohibiti sunt aliquid amplius exigere, quam quod eis fuerat constitutum, miror, si uenientibus ad baptismum Christi posset permitti adulterium.

38. Commemorauerunt etiam Israhelitas multa mala et grauia perpetrasse et effudisse multum sanguinem prophetarum nec tamen ex his factis penitus meruisse deleri, sed ex infidelitate sola, qua in Christum credere noluerunt, non intuentes, quia peccatum eorum non hoc solum fuit, quia in Christum non crediderunt, uerum etiam quia Christum occiderunt: quorum unum pertinet ad crimen incredulitatis, alterum ad crimen crudelitatis. illud ergo est contra fidem rectam, illud contra bonam uitam. utroque autem uitio caret, qui fidem Christi habet non sine operibus mortuam, quae etiam in daemonibus inuenitur, sed fidem gratiae, quae per dilectionem operatur.

39. Haec est fides, de qua dicitur: regnum caelorum intra uos est. hanc enim diripiunt, qui uim faciunt credendo, inpetrantes spiritum caritatis, ubi est plenitudo

8 cf. Luc. 3, 13 20 cf. Iac. 2, 19 21 Gal. 5, 6 23 Luc. 17, 21 25 cf. Rom. 13, 10

1 et—persistere *in mg. N* illios *R* iniquitatem *R* 3 ammittit *RN* 4 inuenire *SM* 5 de his] deis β suspicientes MS^2 suspicientis *R* 6 apostolus *I* 7 possum *SMR om. CIZ* maiorē P^1 8 uenienientes *S* 11 commemorarauerunt *S* 12 effundisse *SMR* 13 paenitus *B* poenitus *P* penitus penitus *SM* deleri meruisse *SM* ex] et *P* infidilitate *S* 14 quia *SM* 15 fuit *om.* S^1 16 non *om. R* 17 ad crimen *om. N* 18 credulitatis R^1N^1 19 illud] istud *INβbd* qui *om. N* 24 uos uos SM^1 hanc] hoc *d*

legis, sine qua lex in littera reos faciebat etiam praeuaricationis. non itaque putandum est ideo dictum: regnum caelorum uim patitur et qui uim faciunt, diripiunt illud, quia etiam mali tantummodo credendo et pessime uiuendo perueniunt in regnum caelorum, sed quia reatus ille praeuaricatonis, quem sola lex, id est littera sine spiritu iubendo faciebat, credendo soluitur et uiolentia fidei sanctus spiritus inpetratur, per quem diffusa caritate in cordibus nostris lex non timore poenae, sed iustitiae amore conpletur.

XXII. 40. Nequaquam ergo mens incauta fallatur, ut se existimet deum cognouisse, si eum fide mortua, hoc est sine bonis operibus confiteatur more daemonum, et ideo se iam non dubitet ad uitam aeternam esse uenturam, quia dominus dicit: haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum. uenire quippe debet etiam illud in mentem, quod scriptum est: in hoc cognoscimus eum, si mandata eius seruemus. qui dicit quia cognoui eum, et mandata eius non seruat, mendax est, et in hoc ueritas non est. et ne quisquam existimet mandata eius ad solam fidem pertinere — quamquam hoc dicere nullus est ausus, praesertim quia mandata dixit, quae ne multitudine cogitationem spargerent, in illis duobus tota lex pendet et prophetae — licet recte dici possit ad solam fidem pertinere

2 Matth. 11, 12 8 cf. Rom. 5, 5 15 Ioh. 17, 3 18 I Ioh. 2, 3. 4 24 Matth. 22, 40

1 in *er. N* littera *eos ñ liberat (ñ lib. *s. l.*) **a || reatu preuaricationis *N* 4 illid *S* 5 regno *N* 7 spiritus sanctus *IZSMRBNP Aβbd* 8 imperatur *N* difusa *S* caritatē *SM* 9 nostris] christianis *PX* lex] quae *SMRBNβ* paene *R* pene *NS* paenae *B* 13 operibus bonis *N* 14 uenturum *SMRBNβA* 15 cognoscante *N* 16 uerum unum *SMRBNA* 17 mente *BNPAX* 19 seruauerimus *SMRBNPAX* quia] qui *B*[1]*N* cognouit *NA* 22 dicere hoc *bd* 23 ausus *om. SM* ne *om. SMRBNA* 24 cogitationes parerent *SMRBNAb* cogitatione *PX* pendent *R* 25 posset *SMRBNPA*

dei mandata, si non mortua, sed uiua illa intellegatur fides, quae per dilectionem operatur, tamen postea Iohannes ipse aperuit quid diceret, cum ait: hoc est mandatum eius, ut credamus nomini filii eius Iesu Christi et diligamus inuicem.

41. Hoc itaque prodest in deum recta fide credere, deum colere, deum nosse, ut bene uiuendi ab illo sit nobis auxilium et, si peccauerimus, ab illo indulgentiam mereamur, non in factis quae odit securi perseuerantes, sed ab eis recedentes eique dicentes: ego dixi, domine, miserere mei; sana animam meam, quoniam peccaui tibi, quod non habent, cui dicant, qui non in eum credunt; et frustra dicunt qui cum tam longe ab illo sint, a gratia mediatoris alieni sunt. hinc illa uerba sunt in libro Sapientiae, quae nescio quomodo intellegit perniciosa securitas: et si peccauerimus, tui sumus, quoniam scilicet bonum et magnum dominum habemus, qui et uelit atque possit paenitentium peccata sanare, non qui minime audeat permanentes in malignitate disperdere. denique cum dixisset 'tui sumus', addidit: scientes potentiam tuam, utique potentiam, cui se subtrahere nequeat aut occultare peccator. ideoque secutus adiunxit: non peccabimus autem, scientes quoniam tui sumus deputati. quis enim digne cogitans habitationem apud deum, in qua omnes praedestinatione sunt deputati, qui secundum propositum uocati sunt, non enitatur ita uiuere, ut tali habitationi con-

3 I Ioh. 3, 23 10 Ps. 40, 5 15. 19. 21 Sap. 15, 2

3 apparuit *PA*^{1} quod β 6 hoc] hoc est *BRNA* hoc ęst *S* ita *A* credere recta fide *P* rectū *I* 7 et bene *SMRBNAβbd* illo] ipso *P* 10 eiquae *S* eaque *P* 11 quia *M* peccabit *R* tibi *om. P* 12 cui] qui *SM* qui cum] quocū *P* 16 dominum] deum *SMRBA* 17 et *om. SMRBNPA* uellit *N* atque et (ęt *Z*) possit *IZ* 18 gaudeat *P* 19 sciens *A*^{1} 21 adiuncxit *S* peccauimus *SMRBINPAX*β^1 23 quis—deputati *in mg. M* 24 praedistinationes *B* praedestinationes *R* praedestinatione *N* praedistinationis *S* praedestinationis *M* 25 innitatur (in *s. er.* e) *M* habitatione *C*^{1}*SMR*

gruat? quod ergo et Iohannes dicit: haec scripsi uobis, ut non peccetis. et si quis pecccauerit, aduocatum habemus ad patrem, Iesum Christum iustum; et ipse est exoratio pro peccatis nostris, non id agit, ut cum securitate peccemus, sed ut recedentes a peccato, si quod admissum est, propter illum aduocatum, quem non habent infideles, minime de indulgentia desperemus.

XXIII. 42. Nec de his igitur uerbis mitior ulla condicio promittenda est sic in deum credere uolentibus, ut permaneant in perditis moribus, multo minus de illis, ubi apostolus ait: qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt; qui autem in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur, tamquam hoc loco aliquid distet inter perire et iudicari, cum alio uerbo hoc idem significatum sit. solent enim scripturae etiam iudicium pro aeterna damnatione ponere, sicut in euangelio dominus loquitur: ueniet hora, in qua omnes qui sunt in monumentis audiant uocem eius; et procedent qui bene fecerunt in resurrectionem uitae; qui autem male egerunt in resurrectionem iudicii. neque hic dictum est 'hoc qui crediderunt, illud autem qui non crediderunt', sed: hoc illi qui bene egerunt, illud qui male egerunt. inseparabilis est quippe bona uita a fide, quae per dilectionem operatur; immo uero ea ipsa est bona uita. uidemus itaque resurrectionem iudicii dixisse dominum pro resurrectione damnationis aeternae. de omnibus quippe resurrecturis — ubi procul dubio erunt etiam

1 I Ioh. 2, 1. 2 11 Rom. 2, 12 16 Ioh. 5, 28. 29 23 cf. Gal. 5, 6

3 ad] apud *SMRBNAβbd* 4 id agit] indigit *S* indiget *RM*^{2} ait *I* 5 ut *pr. om. N* credentes *P* peccatis *SMR*^{2} 6 ammissum *SMRNB*^{1} illud *N* 8 illa *BRNPA* 9 crede *R* 13 tan•quã *Z* tantam *I*^{1} tantum *I*^{2} ob hoc *P* 14 idem] .i. *P* 15 iudicium etiam *SMRB NAXbd* 17 audient *SMRBNPAXbd* procedunt *N* 18 bona *N* 20 hic] id *SMRBNA* est hoc (hoc *s. l. C*) *CZ* est *om. I* illud] aliud *N* 22 a fide *om. N* 23 quae—uita *in mg. N* quae *Z*^{2} ea *om. P* 24 uita bona *IZ* audemus β 26 erant *SMRNB*^{1}

hi, qui omnino non credunt; neque enim ipsi non sunt in monumentis — duas partes fecit, alios in resurrectionem uitae, alios in resurrectionem iudicii resurrecturos esse declarans.

43. Quodsi dicunt non ibi intellegendos etiam eos qui omnino non credunt, sed eos, qui per ignem salui erunt, quia crediderunt, etiamsi male uixerunt, ut eorum transitoriam poenam iudicii nomine significatam arbitrentur, quamquam hoc inpudentissime dicatur, cum omnino dominus omnes resurrecturos, in quibus sine dubio et increduli erunt, in duo diuiserit, 'uitam' et 'iudicium', ita iudicium uolens aeternum intellegi, quamuis hoc non addiderit, sicut et uitam — neque enim ait: in resurrectionem uitae aeternae, cum aliud intellegi utique noluerit — uideant tamen quid responsuri sunt, ubi ait: qui autem non credit iam iudicatus est. nam hic procul dubio aut iudicium pro poena aeterna positum intellegunt aut per ignem saluos futuros etiam incredulos dicere audebunt, quoniam qui non credit, inquit, iam iudicatus est, hoc est iam iudicio destinatus; et non erit, quod pro magno beneficio polliceantur credentibus nequiterque uiuentibus, quando et hi, qui non credunt, non erunt perdendi, sed iudicandi. quod si dicere non audent, non audeant aliquid mitius polliceri eis, de quibus dictum est: per legem iudicabuntur, quia constat iudicium etiam pro aeterna damnatione solere

15 Ioh. 3, 18 23 Rom. 2, 12

1 hii NR^1S^1 ii *bd* 2 fecerunt *M* in—alios *om.* β 5 ꝑꝙ intellegendos *S* eo *N* quo N^1 7 transsitoriam *S* 8 paenam *BR* 10 resurrecturos—erunt *om. N* in duo diuiserit uitam] in duobus erit uita *SMRBN* in duobus dixerit uita *A* 11 uolens iudicium *bd* et aeternum *SMB* 12 quauis *P* et *s. l. m. 2 C om. IZ* uita aeterna *IZ* neque—aeternae *om.* C^1IZ 13 resurrectione $BN\beta$ utique intellegi β*bd* 14 sint *SMBNA* 16 pene *S* penę *M* poene *R* aeternae *SM* aeterne *R* 18 credunt *R* 19 iam] etiam *P* destinatus—beneficio *om. SMR* 20 nequiter *SM* nequiterquę *R* 21 hii BM^1NR^1 ii *bd* sed iudicandi *om. P* 22 si *om. SMRBA* audient *P* audiant *P* mitius] initius *P*

nominari. quid? quod inuenimus non solum minime mitioris, uerum etiam deterioris condicionis esse illos, qui scientes peccant? hi sunt enim maxime, qui legem acceperunt; nam, sicut scriptum est, ubi lex non est, nec praeuaricatio. hinc est et illud: concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: non concupisces. occasione itaque accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam et alia multa, quae de hac re idem apostolus dicit. ab hoc reatu grauiore liberat gratia spiritus sancti per Iesum Christum dominum nostrum, quae diffusa caritate in cordibus nostris donat iustitiae delectationem, qua inmoderatio concupiscentiae superetur. hinc itaque confirmatur non solum nihil mitius, sed grauius aliquid intellegendum, de quibus dictum est: qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur, quam de illis, qui sine lege peccantes sine lege peribunt, nec pro poena transitoria hoc loco dictum iudicium, sed pro ea, qua etiam non credentes iudicabuntur.

44. Nam qui hac utuntur sententia ad promittendam salutem per ignem illis, qui credentes pessime uiuunt, ut eis dicant: qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt; qui autem in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur, tamquam dictum sit 'non peribunt, sed per ignem salui erunt', nec illud adtendere potuerunt, hoc apostolum de illis, qui sine lege, et illis, qui in lege peccauerunt,

4 Rom. 4, 15 5 Rom. 7, 7. 8 11 cf. Rom. 5, 5 14. 21 Rom. 2, 12

1 quid quod] quotquot *SMRBA* qui quod *IZ* quod quot *N* initioris *R* 3 hi* *SMB* lege *S* acciperunt *S* 4 nec *om. M* 5 hinc enim *NA* est enim *RB* illud] aliud *NA* 8 E alia *S* 9 ho *P* liberet *I* 11 quē *P* 12 dilectionem *SM* delectionem *N* quam *SMR* moderatio *SMRBNA* 13 initius *R* 14 quod *P* 15 quam—peribunt *om. NA*^{1} 16 pena *RB* 17 qui *B*^{1} 19 utantur *SMB*^{1}*N*^{1}*A*^{1} 20 etiam credentes *SMRBNPAXbd* in eis (n *semier. C*) *CZPX* neis *I* 21 dicat *SMR* 22 per legem *s. l. M* 23 sit] est *N* 24 illud] aliud *SMR*

dixisse, cum de gentibus et iudaeis ageret, ut non tantum gentibus, sed utrisque gratiam Christi, qua liberentur, necessariam demonstraret: quod tota ipsa epistula ad Romanos euidenter ostendit. iam ergo etiam iudaeis in lege peccantibus, de quibus dictum est: per legem iudicabuntur, non eos liberante gratia Christi promittant, si placet, salutem per ignem, quoniam de his dictum est: per legem iudicabuntur. quod si non faciunt, ne contra se ipsos ueniant, qui eos grauissimo infidelitatis crimine obstrictos esse dicunt, ut quid transferunt ad infideles et fideles in eo, quod ad fidem Christi adtinet, illud, quod dictum est de his, qui sine lege, et his, qui in lege peccauerunt, cum de iudaeis et de gentibus ageretur, ut ad Christi gratiam utrique inuitarentur?

XXIIII. Neque enim dictum est: qui sine fide peccauerunt, sine fide peribunt; qui autem in fide peccauerunt, per fidem iudicabuntur, sed 'sine lege' dictum est et 'in lege', ut satis adpareret illam causam tangi, quae inter gentes et iudaeos agebatur, non quae inter bonos malosque christianos.

45. Quamquam si illo loco legem pro fide accipi uolunt, quod nimis inportunum et absurdum est, etiam hinc apertissimam possunt legere sententiam apostoli Petri, qui cum loqueretur de his, qui in occasionem carnis acceperant et in uelamentum malitiae, quod scriptum est, nos ad nouum testamentum pertinentes non ancillae filios esse, sed

25 cf. Gal. 4, 31; 5, 1

1 de iudeis *SMRBNAbd* 4 etiam *om. SM* 5 eis *P* 6 per ignem salutem *SMRBNPAXbd* 7 de his *om.* β 8 non *er. A* ne *om. SMRNA* nec *PX* ueniunt *SMRNA* 9 quiæos (*s.* æ *add.* a) β eos *s. l. B* obscrictos *S* 10 transierunt *SM* ad fideles *P* quod *om. CIZ*β 11 est] ēē *in mg.* β 12 sine lege peccauerunt *IZ* 13 et de gentibus *om. CIZ* de *om. RNXA*β 15 fine A^1 16 sine fide peribunt *om. SMRBA* et peribunt *N* 18 apparet *P* 19 non quae] neque *SMR* neque enim *NBA*^{1} 22 sententiam *P* 23 occasione *RB* occasionis *SM* acciperant *N* et] ut *SMRBA*^{1} aut A^2 25 testamentum *om.* S^1

liberae, qua libertate Christus nos liberauit, et putauerant hoc esse libere uiuere, ut tamquam de tanta redemptione securi, quidquid liberet, licere sibi arbitrarentur, non intuentes, quod dictum est: uos in libertatem uocati estis, fratres; tantum ne libertatem in occasionem carnis detis. unde et ipse Petrus dicit: liberi, non sicut uelamentum malitiae habentes libertatem, ait de illis et in secunda epistula sua: hi sunt fontes sicci et nebulae a turbine exagitatae, quibus caligo tenebrarum reseruata est. superba enim uanitatis loquentes inliciunt in concupiscentiis carnis inpudicitiae eos qui paululum effugerunt, in errore conuersati, libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. a quo enim quis deuictus est, huic et seruus addictus est. si enim refugientes coinquinationes mundi in agnitionem domini nostri et conseruatoris Iesu Christi his rursus inplexi superantur, facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiae quam cognoscentes retrorsum reflecti a tradito sibi sancto mandato. contigit enim illis res ueri prouerbii: canis reuersus ad uomitum suum et: sus lota in uolutabris ceni. quid adhuc promittitur contra istam manifestissimam ueritatem condicio melior his, qui cognouerunt uiam iustitiae, hoc est dominum Christum, et perdite uiuunt, quam si omnino

4 Gal. 5, 13 6 I Petr. 2, 16 8 II Petr. 2, 17—22

2 putauerunt *SM*β liberi *R* ut tamquam] uitam quam *SMR* 3 quicquid *SMRBINP* 4 quid *SM* in *om. BA*¹ libertate *SMRBNA*¹ 5 tantum] tamquam *SMR* 6 qui (*s. l.*) dicit *N* non secundum (secundum *semier.*) *S* 7 uelamen *SMA*² 8 et *om. SMRNA* hii *SM*¹*R*¹ 9 turbinę *P* 10 uanitas *SM* 11 impudentię *IZ* 13 illi *P* 15 additus *I* 17 conseruatores β 18 superamur *SMR* 19 illis erat *P* 20 cognoscentibus *SMRBNPAX*β 21 sancto *om. CIZ* 22 contingit β enim *om. SMRNAX* 23 suum uomitum *SMRBNPAbd* 24 sceni *N*

non cognouissent, cum apertissime dicatur: melius erat illis non cognoscere uiam iustitiae quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi sancto mandato?

XXV. 46. Neque enim illud hoc loco intellegendum est sanctum mandatum, quo praeceptum est, ut in deum credamus — quamquam eo ipso totum continetur, si eam intellegamus fidem credentium, quae per dilectionem operatur — sed aperte expressit quid diceret sanctum mandatum, id est, quo praeceptum est, ut ab huius mundi coinquinationibus recedentes casta conuersatione uiuamus. sic enim ait: si enim refugientes coinquinationes mundi in agnitionem domini nostri et conseruatoris Iesu Christi his rursus inplexi superantur, facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. non ait 'refugientes ignorantiam dei' aut 'refugientes infidelitatem saeculi' uel tale aliquid, sed: coinquinationes mundi, in quibus est utique omnis inmunditia flagitiorum. nam de his superius loquens dixit: coepulantes uobiscum, oculos habentes plenos adulterii et indesinentis peccati. ideo etiam fontes siccos eos appellat: fontes uidelicet, quod acceperint agnitionem domini Christi, siccos autem, quia non congruenter uiuunt. de talibus quippe etiam Iudas apostolus loquens, hi sunt, inquit, qui in dilectionibus uestris maculati coepulantur sine timore semet ipsos pascentes, nubes sine aqua et cetera. quod enim Petrus

8 cf. Gal. 5, 6 19 II Petr. 2, 13. 14 24 Iud. 1, 12

2 cognoscentes *Nbd* 3 mandato sancto *P* 6 quod *SMA* ut—praeceptum est *in mg. repet.* β 7 quamquam] quam β 9 exprimit *A* 10 id est *om. I* quoinquinationibus *NS* 12 quoinquinationes *N* 13 dei *BAN* seruatoris *BN* 16 ignorantiam—refugientes *in mg. M* infidelitate *N* 17 quoinquinationes *SINP*β est *om.* β 19 coepulates *SM*^{1} quoepulantes *P* 20 indesinentes *SMRA*^{1} 21 appellant *P* 22 qui *N*^{1}*R* 23 congruentes *S* 24 hii *N* delectationibus *B* 25 copulantur *CBNPAX*β et ipsos *SMBAN* 26 pascentes *om. CIZ*

ait: coepulantes uobiscum, oculos habentes plenos adulterii, hoc Iudas: in dilectionibus uestris maculati coepulantur. mixti sunt enim bonis in epulis sacramentorum et dilectionibus plebium. et quod Petrus ait 'fontes sicci', hoc Iudas 'nubes sine aqua', hoc Iacobus 'fides mortua'.

47. Non itaque promittatur poena ignis transitoria turpiter scelerateque uiuentibus, quia uiam iustitiae cognouerunt, quibus melius erat non cognoscere, sicut ueracissima scriptura testatur. de talibus quippe etiam dominus ait: et erunt nouissima illius hominis peiora quam erant prima, quoniam purgationis suae habitatorem sanctum spiritum non recipiens fecit in se inmundum spiritum multipliciorem redire. nisi forte ideo sunt isti, de quibus agitur, meliores habendi, quia non redierunt ad inmunditiam adulteriorum, sed ab ea non recesserunt, nec purgati se rursus inquinauerunt, sed purgari recusauerunt. neque enim, ut releuata conscientia intrent ad baptismum, dignantur saltem uomere pristinas inmunditias, quas canum more iterum sorbeant, sed in lauacri ipsius sanctitate pertinaciter crudo pectore indigestam nequitiam tenere contendunt; nec occultant eam pollicitatione uel ficta, sed inpudentia professionis eructant; nec exeuntes de Sodomis more uxoris Loth in praeterita iterum adtendunt, sed omnino

6 Iac. 2, 20 10 Matth. 12, 45 22 cf. Gen. 19, 26

2 dilectionis *S* delectationibus *B* 3 copulantur *CBPAβNX* enim sunt *SM* aepulis *R* 4 pleuium *SR* 5 siccos *SMRBNA* iacob *I* 7 tupiter *S* 8 scelerate *P* quia β 9 erat *om. M* ueracissama S^1 11 peiora peioribus *S* erunt *NA* 12 spiritum sanctum *SMRBNP AXβbd* recipientes *SMR* 13 spiritum immundum *R* multiplicatiorem *SMR* multiplitiorem *N* 14 agitur] dicitur *SMR* 15 redierunt β adulterium *SM* adulteriã *R* 16 ne *SM* purgati sunt *R* se *om. CIZ* sed purgari recusauerunt *om. B* purgati *N* 17 reuclata *SMBA* intrent ad] in retenta *SMARN* intret ad *I* 18 saltim *SMN* salutem *P* mouere A^1 19 lauachri *B* 21 occultant eam] occultante an *SMRBN*A^1 pollicatione *SMRBN* 22 eructuant *P* exuentes *P* de N^2

de Sodomis dedignantur exire, immo ad Christum cum Sodomis conantur intrare. Paulus apostolus dicit: qui prius fui blasphemus et persecutor et iniuriosus; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate; et istis dicitur: tunc potius misericordiam consequemini, si scientes male uixeritis in ipsa fide. nimis longum est et paene infinitum omnia testimonia scripturarum uelle colligere, quibus adparet non solum non esse mitiorem causam eorum, qui scientes quam qui nescientes uitam nequissimam et iniquissimam ducunt, uerum etiam hoc ipso grauiorem. proinde ista suffecerint.

XXVI. 48. Caueamus ergo diligenter in adiutorio domini dei nostri non facere homines male securos, dicentes eis, quod si fuerint in Christo baptizati, quomodolibet in ea fide uixerint, eos ad salutem aeternam esse uenturos, ne sic faciamus christianos, quomodo iudaei proselytos, quibus dominus ait: uae uobis, scribae et pharisaei, qui circumitis mare et terram facere unum proselytum; cum autem feceritis, facitis eum filium gehennae duplo quam uos estis; sed potius sanam doctrinam dei magistri in utroque teneamus, ut sancto baptismo consona sit uita christiana nec cuiquam homini, si utrumlibet defuerit, uita promittatur aeterna. qui enim dixit: nisi quis renatus fuerit ex spiritu sancto, non intrabit in regnum

2 I Tim. 1, 13 17 Matth. 23, 15 23 Ioh. 3, 5

1 somis β^1 dedignantur] non dignantur *SMR* dignantur *B* 2 primus *PXZ*^{1} fui] su *P om. SM* 3 persequutor *B* 4 consequutus *B* in *om. P* 5 incredulitatem *BN* 6 consequimini *SMRNPA* scientes *om. B* 9 eorum] meorum *P* equissimam *SMRN* aequissimam *NA*^{1} 10 et iniquissimam *om. P* ipsum *XP* esse grauiorem *SMRBINPAX*βbd 11 proinde *om. SMRBNA* sufficerint *SMPA*^{1} 13 dei *om. SMBNA* 15 nec *B* 16 proselitos *SMRBNP*β ait dominus *P* 17 ue *NP* pharisei *IRP* circumistis *N* circuitis *P* 18 proselitum *SMRNP* 21 ut] et *SMRBNA* 22 necuiquam *NAP*β si horum quodlibet *B* sitorumlibet *N* defuerint *N* 24 ex aqua et spiritu *SMRBNPAXbd* sancto *om. SMRBNAbd*

caelorum, ipse etiam dixit: nisi abundauerit iustitia uestra super scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. de illis quippe ait: scribae et pharisaei cathedram Moysi sedent. quae dicunt facite; quae autem faciunt, facere nolite; dicunt enim et non faciunt. ergo iustitia eorum est 'dicere et non facere'. ac per hoc nostram esse uoluit abundantem super illorum 'dicere et facere'; quae si non fuerit, non intrabitur in regnum caelorum. non quia quisquam ita debet extolli, ut, non dicam apud alios iactare, sed apud se ipsum putare audeat se in hac uita esse sine peccato, sed nisi essent quaedam ita grauia, ut etiam excommunicatione plectenda sint, non diceret apostolus: congregatis uobis et meo spiritu tradere huius modi satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. unde etiam dicit: ne lugeam multos, qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam super inmunditiam et fornicationem quam gesserunt. item nisi essent quaedam non ea humilitate paenitentiae sananda, qualis in ecclesia datur eis, qui proprie paenitentes uocantnr, sed quibusdam correptionum medicamentis, non diceret ipse dominus: corripe eum inter te et ipsum; si te audierit, lucratus es fratrem tuum. postremo nisi essent quaedam, sine quibus haec uita non

1 Matth. 5, 20 4 Matth. 23, 2. 3 13 I Cor. 5, 4. 5 16 II Cor. 12, 21 22 Matth. 18, 15

1 ipse—caelorum *om.* A^1 habundauerit *SMRIN* 2 super] plus quam *BN* phariseorum et scribarum *B* 4 super cathedram *ZXI²B²bd* cathedra *P* 6 enim] autem *N* ergo] ego *I* 7 ac—facere *om. B* ac per hoc] accipe hoc *R* nrm *I* habundantem *IZRN* 8 non facere β 9 intrabimus *B* 10 ad se *N* 12 grauida *P* excommunicationem *R* 14 eius modi *SMRPXbd* 15 interitu *MP* 16 ne] ut *P* 18 inmunditia *SBPX*β¹ fornicatione *BPX*β quem *I* 20 propriae *S* 21 correptione β¹ eorum medicamentis *P* 22 corripi *S* 23 ipsum solum *bd* et si *SMRBNPAXbd* es] eris *B* est *R*

agitur, non cotidianam medellam poneret in oratione, quam docuit, ut dicamus: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

XXVII. 49. Iam satis, quantum arbitror, de illa tota opinione quid mihi uideretur exposui, ubi tres quaestiones mouerunt: unam de permixtione in ecclesia bonorum et malorum tamquam tritici et zizaniorum. ubi cauendum est, ne ideo putemus esse propositas istas similitudines, uel hanc uel de inmundis in arca animalibus uel quaecumque alia idem significant, ut dormiat ecclesiae disciplina, de qua in figura illius mulieris dictum est: seuerae sunt conuersationes domus eius, sed ut non eo usque progrediatur dementiae potius temeritas quam seueritas diligentiae, ut quasi bonos a malis per nefaria schismata separare praesumat. neque enim per has similitudines et praenuntiationes consilium desidiae bonis datum est, qua neglegant, quod prohibere debent, sed patientiae, qua perferant salua doctrina ueritatis, quod emendare non ualent. nec quia scriptum est introisse ad Noe in arcam etiam inmunda animalia, ideo praepositi uetare non debent, si qui inmundissimi ad baptismum uelint intrare saltantes, quod est certe mitius quam moechantes; sed per hanc figuram rei gestae praenuntiatum est inmundos in ecclesia futuros propter tolerantiae rationem, non propter doctrinae corruptionem uel disciplinae

2 Matth. 6, 12 11 Prou. 31, 27

1 medelam *ZIBPAXC²S²N²βbd* ponere *P* 4 tota illa *bd* 5 uidetur *P* 6 una *SMRBNPAX* 7 nec *SMR* 8 uel de *om. BNA¹* 9 archa *BN* idem] ideo *SMRBNA* significat *R* 10 disciplinam *R* mulieris *s. l. S* 12 ut *om. B* eo] quo *P* utique *I* 13 mali *N* 14 scismata *SMRBNPAβ* praeparare *P* praesummat *R* 15 bonis desidiae datum est *SMB* datum est bonis *bd* quam *SMR* 16 qua. *N* 17 ęlią salua *B* salua] sana *P* nęc β 18 archam *BN* alimalia *B* 19 propositi *SMBP IZAbd* ueterare *IZ* que *C¹* quis *P* 20 saluantes *R* 21 quam moechantes *om. CIZ* mechantes *BMSPRN* figura *SR* regi β rigestę *P* gestęm β 23 doctrinam *R* correptionem *B*

dissolutionem. non enim quacumque libuit intrauerunt inmunda animalia arcae conpage confracta, sed ea integra per unum atque idem ostium, quod artifex fecerat. altera quaestio est, in qua eis uisum est fidem solam baptizandis esse tradendam, postea uero iam baptizatos docendos esse de moribus. sed satis demonstratum est, nisi fallor, tunc magis pertinere ad curam speculatoris, cum omnes, qui fidelium conpetunt sacramentum, omnia quae dicuntur intentius et sollicitius audiunt, non tacere de poena, quam male uiuentibus dominus comminatur, ne in ipso baptismo rei sint grauissimorum criminum, quo ueniunt, ut remittatur reatus omnium peccatorum. tertia quaestio est periculosissima, qua parum considerata et non secundum diuinum eloquium pertractata tota illa opinio mihi uidetur exorta, in qua promittitur scelestissime turpissimeque uiuentibus, etiamsi eo modo uiuere perseuerent et tantummodo credant in Christum eiusque sacramenta percipiant, eos ad salutem uitamque aeternam esse uenturos contra apertissimam domini sententiam, qui desideranti uitam aeternam respondit: si uis uenire ad uitam, serua mandata. et commemorauit 'quae mandata', ubi ea scilicet peccata uitantur quibus nescio quomodo salus aeterna promittitur propter fidem sine operibus mortuam. de his tribus quaestionibus satis, quantum existimo, disputaui demonstrauique sic tolerandos in ecclesia malos, ut non neglegatur ecclesiastica

19 Matth. 19, 17 20 cf. Matth. 19, 19

1 quaecumque *IRBA* quecumque *PZ*¹ 2 arche *SRM* compage *C* compaçge β confractę *P* 3 idem *om. SMR* arfex *N* 4 ei *SM om. B* tradendum *SMN* 5 iam] non *B* 6 demonstrandum *SM* ni *B* 7 com *I* 8 sollicius *SM* solicitius *P* sollititius *A* 10 cominatur *P* sunt *R* 11 crimin•um *C* remittantur *CZ*β remitatur *R* 12 periculossima *B* parum] partim *P* 13 pertracta *SM*¹*A*¹ 14 mihi *om. A*¹ promittitur ex *SM* scelestissimae *M* sceleratissime *B* turpissimęque *M* 18 sententiam domini *P* quae *SM* desiderati *P* 20 et—mandata *om. P* silicet *SMR* 22 fidem *om. N* mortua *P* 24 neglegetur *SMR*

disciplina; sic catechizandos eos, qui baptismum petunt, ut non solum audiant atque suscipiant, quid credere, uerum etiam qualiter uiuere debeant; sic promitti fidelibus uitam aeternam, ut non etiam per fidem mortuam, quae sine operibus saluare non potest, ad eam se quisque peruenire posse arbitretur, sed per illam fidem gratiae, quae per dilectionem operatur. non itaque culpentur dispensatores fideles, non sua neglegentia uel pigritia, sed quorundam potius contumacia, qui pecuniam dominicam recusant accipere et adulterinam suam cogunt seruos dominicos erogare, dum nolunt saltem tales mali esse, quales sanctus Cyprianus commemorat, saeculo uerbis solis et non factis renuntiantes, quando nec uerbis renuntiare diaboli operibus uolunt, cum se in adulterio permansuros uoce apertissima profitentur. si quid ab eis dici solet, quod forte disputando non adtigi, tale arbitratus sum, cui mea responsio necessaria non fuisset, siue quod ad rem, de qua agitur, non pertineret, siue quod tam leue esset, ut a quolibet facillime redargui posset.

4 cf. Iac. 2, 20 6 cf. Gal. 5, 6 11 Cypr. de lapsis *ed.* Hartel III p. 126

1 si *SM*^{1}*R*^{1}*A*^{1} cathecizandos *CIZSMRP*β cathezizandos *A* 2 qui *I om. P* 4 quae sine] quęstione *I* 5 posse *om. B* 6 arbitrentur *N* illam] eā *P* 8 neglegentię *N* prigritia *B* quorumdam *B* contumatia *RN* 9 peccuniam *P* 10 saltim *SMR* salutem *P* 11 tales *om. SMR* esse mali *SMRBNAbd* ciprianus *N* 12 renun; *hac uocabuli parte cod. P fol. 86*^{b} *finitur* 13 renuntiantes *IZ* nolunt *I* in] an *SM* adulterios *SM* 14 si quid] sicut *B* 15 tales *SM* esse arbitratus *SMRBNPAX*β*bd* 16 responsione *X* 18 redargui facillime *SMRBNPAXbd* dō gratias *C*β Explicit liber beati Augustini de fide et operibus *fol. 77*^{b} *C fol. 74*^{b} *I fol. 33*^{b} β Explicit liber sci Augustini de fide et operibus *fol. 41*^{b} *Z; a codd. SMA subscriptio abest fol. 34*^{b} *fol. 119*^{b} Finit de fide et operibus *fol. 48*^{a} *X; a cod. R subscriptio abest fol. 234*^{a} Explicit de fide et operibus *fol. 42*^{b} *N cod. B subscriptio mihi non est nota; cod. P iam uersu 12 finitur.*

III.

S. Aureli Augustini

de agone christiano.

C = codex olim Corbeiensis nunc Petropolitanus Lat. Q. v. I. 3. s. V—VI.
P = codex Palatinus numero 210 signatus s. VII.
R = codex Veronensis XXXIII. 31 s. VIII—VIIII.
M = codex Monacensis 14492 s. VIIII.
S = codex Regius n. 1969 s. VIIII.
G = codex Sangermanensis 13756 s. VIIII.
γ = codex Cluniacensis (nou. acqu. 1448) s. VIIII.
V = codex Vindobonensis 1021 s. X.
L = codex Vossii 114 s. X.
W = codex Vindobonensis 1008 s. X—XI.
H = codex Sangermanensis 13365 s. XI.
F = codex Floriacensis 165 s. XI.
U = codex Regius 2700 s. XI.
B = codex Bambergensis B III 13 s. XI.
N = codex Montepessulanus 137 s. XI—XII.
K = codex Coloniensis 71 s. XI.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1686.

III.

DE AGONE CHRISTIANO.

I. 1. Corona uictoriae non promittitur nisi certantibus. in diuinis autem scripturis adsidue inuenimus promitti nobis coronam, si uicerimus. sed, ne longum sit multa commemorare, apud apostolum Paulum manifestissime legitur: opus perfeci, cursum consummaui, fidem seruaui; iam superest mihi corona iustitiae. debemus ergo cognoscere, quis sit ipse aduersarius, quem si uicerimus coronabimur. ipse est enim, quem dominus noster prior uicit, ut etiam nos in illo permanentes uincamus. et dei quidem uirtus atque sapientia et uerbum, per quod facta sunt omnia, qui filius dei unicus est, super omnem creaturam semper incommutabilis manet. et quoniam sub illo est creatura etiam quae non peccauit, quanto magis sub illo est omnis creatura peccatrix! ergo quoniam sub illo sunt omnes sancti angeli, multo magis

6 II Tim. 4, 7. 8 11 cf. I Cor. 1, 24 12 cf. Ioh. 1, 1. 3

2 Incipit de agone christiano. aureli. augustini *fol. 86*ᵃ *C* Incipit liber de agone christiano *fol. 130 P*, *144*ᵃ *S*, *fol. 76 V* Incipit liber Aureli Augustini de agone christiano *R* Incipit liber sci Augustini epi de agone christiano *fol. 110*ᵇ *M* Liber sci Augustini de agone christiano *fol. 119*ᵃ *G*, *fol. 111*ᵃ γ Liber de agone christiano *fol. 1 B* Incipit liber eiusdem de agone cristiano *pag. 86 F* Incipit liber Aurelii Augustini de agone christiano *fol. 1 H*, *fol. 77*ᵇ *U*, *fol. 57*ᵃ *N* Inciqit liber de agone christiano *fol. 6*ᵃ *L a codice W inscriptio fol. 2 abest* 3 permittitur *H* 4 scribturis (*semper* b) *C* assidu•e *V* assiduo *B* 5 multaę *C* 6 aput *C om. VL* 7 fidem seruaui *om. PSG*γ*VWLFUN* 8 superest] sumere est *MHB* mihi *om. H* coronam *M* corana *L* 9 qui *RVLMS*γ*WFBNU* ipse] ille *W* coronabimur (m *ex* t) *S* 11 uincamus per ipsum *W* quidem dei *L* 12 quod] quem *VL* sunt (u *supra* i) *C* 15 quantū *V* 16 quoniam *om. B* sancti *om. VL*

sub illo sunt omnes praeuaricatores angeli, quorum diabolus princeps est. sed quia naturam nostram deceperat, dignatus est unigenitus dei filius ipsam naturam nostram suscipere, ut de ipsa diabolus uinceretur et, quem semper ipse sub se habet, etiam sub nobis eum esse faceret. ipsum significat dicens: princeps huius mundi missus est foras, non quia extra mundum missus est, quomodo quidam haeretici putant, sed foras ab animis eorum, qui cohaerent uerbo dei et non diligunt mundum, cuius ille princeps est, quia dominatur eis, qui diligunt temporalia bona, quae hoc mundo uisibili continentur, non quia ipse dominus est huius mundi, sed princeps cupiditatum earum, quibus concupiscitur omne quod transit, ut ei subiaceant qui neglegunt aeternum deum et diligunt instabilia et mutabilia. radix enim est omnium malorum cupiditas: quam quidam adpetentes a fide errauerunt et inseruerunt se doloribus multis. per hanc cupiditatem regnat in homine diabolus et cor eius tenet. tales sunt omnes, qui diligunt istum mundum. mittitur autem diabolus foras, quando ex toto corde renuntiatur huic mundo. sic enim renuntiatur diabolo, qui princeps est huius mundi, cum renuntiatur corruptelis et pompis et angelis eius. ideoque ipse dominus iam triumphantem naturam hominis portans, scitote, inquit, quia ego uici mundum.

6 Ioh. 12, 31 14 I Tim. 6, 10 23 Ioh. 16, 33

1 diabulus *R* 2 deciperet S^1 decoeperat *W* 3 ipsam *om. W* 4 ipse semper *H* semper *post* sub se *M* 5 habebat *G* etiam *om. S* eum] omnibus *W* faceret esse *H* significauit *W* 7 mundum *om. H* quomodo] ut *L* heretici (*semper fere* e) *MSVWL* 8 coherent *CMVW* 9 quius *C* 10 temporalia (a *fin. s. l.*) *C* 12 cupitatum S^1 quibus] quia ab illo *M* 14 et mutabilia *om. R* nutabilia $\gamma F'$ est enim *PGVLMBHNSFU*γ 15 errauerunt a fide *VL* 16 pererrauerunt *PGSR*γ *WN* 17 regnat (at *supra* o) *C* hominem *RHN* tenet et *C* tenet et *G* 18 omnes *om. G* 19 quando] cū *L* huic—renuntiatur *bis pos. semel del. C* 20 renuntiat *W* diabulo *C* 21 quum *C* 22 iam *om. MHB* triumfantem *C* 23 inquit *om. H*

II. 2. Multi autem dicunt: quomodo possumus uincere diabolum, quem non uidemus? sed habemus magistrum, qui nobis demonstrare dignatus est, quomodo inuisibiles hostes uincantur. de illo enim dixit apostolus: exuens se carne principatus et potestates exemplauit fiducialiter triumphans eos in semet ipso. ibi ergo uincuntur inimicae nobis inuisibiles potestates, ubi uincuntur inuisibiles cupiditates. et ideo quia in nobis ipsis uincimus temporalium rerum cupiditates, necesse est, ut in nobis ipsis uincamus et illum, qui per ipsas cupiditates regnat in homine. quando enim dictum est diabolo: terram manducabis, dictum est peccatori: terra es, et in terram ibis. datus est ergo in cibum diaboli peccator. non simus terra, si nolumus manducari a serpente. sicut enim quod manducamus, in nostrum corpus conuertimus, ut cibus ipse secundum corpus hoc efficiatur quod nos sumus, sic malis moribus per nequitiam et superbiam et inpietatem hoc efficitur quisque quod diabolus, id est similis eius, et subicitur ei, sicut subiectum est nobis corpus nostrum. et hoc est, quod dicitur 'manducari a serpente'. quisquis itaque timet illum ignem, qui paratus est diabolo et angelis eius, det operam triumphare de illo in semet ipso. eos enim, qui foris nos oppugnant, intus uincimus uincendo concupiscentias, per quas

4 Col. 2, 15 11 Gen. 3, 14. 19 20 cf. Matth. 25, 41

3 quomodo a nobis *B* 4 uincamus *L* dicit *HFbd* exsuens *BN* carnem *RMGWBH* 5 potestates et principatus *B* exemplabit *N* 6 ergo] enim *MH* 7 uisibiles *fin. N* 8 uincimur *L* rerum temporalium *L* 9 ut—qui *om. VL* ipsis *s. l. C* 10 regnet *VL* hominem *RN* 11 est *add. al. m. C* de diabolo *N* 12 peccatori] peccatori cibus diaboli peccator est *VL* 13 est *s. l. C, om. L* diabolo *Bbd* 14 a* (c *er.*) *C* quod *s. l. C* 16 hoc efficiatur secundum corpus *HW* quọd corpus *C* efficitur *S* nos] ñ *S* 17 nequiciam *SW* effici*tur *G* 18 id] hoc *H* eius] eius est *MHB* subicietur *G* 19 nobis] ei *N* 20 manducaris *G* 21 det (t *s. l.*) *C* 22 nos foris *G* 23 obpugnant *Sγ*

nobis dominantur. et quos inuenerint sui similes, secum ad poenas trahunt.

III. 3. Sic et apostolus dicit, quod in semet ipso pugnet aduersus potestates exteriores. ait enim: non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principes et potestates huius mundi, rectores harum tenebrarum, aduersus spiritalia nequitiae in caelestibus. caelum enim dicitur etiam iste aer, ubi uenti et nubes et procellae et turbines fiunt, sicut etiam scriptura dicit multis locis: et intonuit de caelo dominus, et: aues caeli, et: uolatilia caeli, cum manifestum sit aues in aere uolare. et nos in consuetudine hunc aerem caelum appellamus; nam cum de sereno uel nubilo quaerimus, aliquando dicimus: qualis est aer? aliquando: quale est caelum? hoc dixi, ne quis existimet ibi habitare mala daemonia, ubi solem et lunam et stellas deus ordinauit. quae mala daemonia ideo apostolus appellat spiritalia, quia etiam mali angeli in scripturis spiritus appellantur. ideo autem rectores harum tenebrarum eos dicit, quoniam peccatores homines tenebras appellat, quibus isti dominantur. ideo et alio loco dicit: fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino,

4 Ephes. 6, 12 10 Ps. 17, 14 11 Ps. 8, 9; Matth. 6, 26 20 Ephes. 5, 8

1 dominatur *G* ęssecum *C* 3 pugnat *PRMSγVLWFUbd* 6 potestates et principes *G* principatus γ rectores *om. PRMGSγV LWBFHUNK* 7 tenebrarum harum *VLW* 8 etiam] et *PRMSγV LWBFHUNKbd* istae γ 9 etiam] enim *H* 10 multis locis *s. l. V, om. L* et *pr. om. MHB* 12 aera γ uolitare *MHBL* nos *om. G* consuetudinem *RMHB* 13 dicimus aliquando *H* 14 qualis —aliquando *om. U* aliquando] aliquando dicimus *PSVLγ* 15 aestimet *G* male *W* daemonia *et quae sequuntur usque pag. 106, 20* caelestibus *om. B* ubi—daemonia *om. W* 16 et *alt. om. bd* ideo] idcirco *PγVL* 17 etiam] et *MH* scripturis diuinis *Hbd* scripturis sanctis *VLF* 18 spiritus *om. F* tenebrarum harum *VL* 20 dicitur *VL* enim *om. VWKL* 21 domino ut filii lucis ambulate quia *sqq. H*

quia ex peccatoribus iustificati erant. non ergo arbitremur in summo caelo habitare diabolum cum angelis suis, unde lapsum esse credimus.

IIII. 4. Sic enim errauerunt Manichaei, qui dicunt ante mundi constitutionem fuisse gentem tenebrarum, quae contra deum rebellauit: in quo bello credunt miseri omnipotentem deum non sibi aliter potuisse succurrere, nisi partem suam contra eam gentem mitteret. cuius gentis principes, sicut illi dicunt, deuorauerunt partem dei et temperati sunt, ut posset de illis mundus fabricari. sic dicunt deum peruenisse ad uictoriam cum magnis calamitatibus et cruciatibus et miseriis membrorum suorum: quae membra dicunt esse commixta tenebrosis uisceribus principum illorum, ut eos temperarent et a furore compescerent. et non intellegunt tam sacrilegam esse sectam suam, ut credant omnipotentem deum non per creaturam, quam fecerit, sed per ipsam naturam suam bellasse cum tenebris: quod nefas est credere. neque hoc solum, sed etiam illos, qui uicti sunt, factos esse meliores, quia furor eorum conpressus est; dei autem naturam, quae uicit, factam esse miserrimam. dicunt enim eam per ipsam commixtionem perdidisse intellectum et beatitudinem suam et magnis erroribus et cladibus esse inplicatam. quam si aliquando uel totam purgari dicerent, magnam tamen inpietatem contra omnipotentem deum adfirmarent, cuius partem crederent tanto tempore

4 cf. uol. XXV *ed.* Z. *p.* 824. 877 sqq., 935 sqq. 11 cf. uol. XXV p. 953 sqq. *ed.* Z. de fide contra Manichaeos et u. XXV p. 878 sqq. ed. Z. de natura boni

1 arbitremus *VW* 4 errauerunt *om. W* manichei *libri* qui dicunt] quicũ *RN* 6 dominum *H* reuellauit *P* reuellabit *R* in quo bello *om. NR* 7 succurrere] uincere *MH* subcurrere *G* 8 gentem *om. PGSγVLWBHUbd* gentes *V* 9 possit *PRSγVL* 10 mundus de illis *bd* 12 menbra *G* conmixta *Gγ* 14 conpescunt *G* 15 suam sectam *Rbd* 19 conprensus *C* conpraehensus *ML* comprehensus *W* dei autem *om. PSVLU* qui *S* 20 enim] etiam *Wbd* conmixtionem γ 22 implicata *R* implicatum *VS*¹*L*

in erroribus ac poenis esse iactatam sine aliquo peccati crimine. nunc uero infelices audent adhuc dicere nec totam posse purgari; et ipsam partem, quae purgari non potuerit, proficere ad uinculum, ut inde inuoluatur et inligetur malitiae sepulcrum, et sic ibi semper sit pars ipsa dei misera, quae nihil peccauit et affigitur in aeternum carceri tenebrarum. hoc illi dicunt, ut simplices animas fallant. sed quis tam simplex est, ut ista non sentiat esse sacrilega, quibus affirmant omnipotentem deum necessitate oppressum esse, ut partem suam bonam et innocentem tantis cladibus obruendam et tanta inmunditia inquinandam daret et non totam liberare posset et quod liberare non potuerit, aeternis uinculis conligaret? quis ergo ista non execretur? quis non intellegat inpia esse et nefanda? sed illi quando capiunt homines, non ista prius dicunt — quae si dicerent, riderentur aut fugerentur ab omnibus — sed eligunt capitula de scripturis, quae simplices homines non intellegunt, et per illa decipiunt animas inperitas quaerendo, unde sit malum. sicut in isto capitulo faciunt, quod ab apostolo scriptum est: rectores harum tenebrarum, et spiritalia nequitiae in caelestibus. quaerunt

19 Ephes. 6, 12

1 *erroribus (s. * m. 2 o) γ* ac] aut *RN* et *PMSγVLWBFHUKbd* 2 adhuc audent dicere *H* totam (o *ex* u) *C* 4 inligatur *R* alligetur *W* malitia *W* sepulchrum *CPRVMγSG¹WUNFHK* sepulcro *Bbd* 5 sit ibi semper *G* semper ibi *N* ipsa pars *L* ipsa pars ipsa *V* 6 affigatur *R¹* afficitur *G* aff*igitur *F* a**ff**igitur *U* affligitur *MH* affligatur *Bbd* carcere *MHbd* carcerem *G* 8 sacriliga *P* 9 fuisse oppressum *H* esse oppressum *L* pressum *RN* 10 gladibus *V* tantam immunditiam *R* tantę immunditię *W* 11 et] ut *NRG* non *om. NR* non posset *N* non possit *R* posse *MH* 12 poterit *CMSγVU* poterat *W* pot*erit *L* colligare *W* 13 iste *G¹* exsecretur *PRMSγFUNbd* intellegit *V* impiă *H* 14 nefandă *VH* 15 aut riderentur *RN* inriderentur *VL* fugerentur (e *pr. in ras.*) *C* fugirentur *R* fugarentur *G²VLWHγ²* 16 omnibus] hominibus *RMGHNW* illigunt *G¹* capitula—intellegunt *om. W* 18 sit *om. S* sit malum] stimulū *VL* 19 quo *W* scriptum] dictum *W* tenebrarum harum *N* 20 quaerint *G¹*

enim deceptores illi et interrogant hominem scripturas diuinas non intellegentem, unde sint in caelo rectores tenebrarum, ut, cum respondere non potuerit, traducatur ab eis per curiositatem, quia omnis anima indocta curiosa est. qui autem fidem catholicam bene didicit et bonis moribus et uera pietate munitus est, quamuis eorum haeresim nesciat, respondet illis tamen. nec enim decipi potest, qui iam nouit, quid pertineat ad christianam fidem, quae catholica dicitur per orbem terrarum sparsa et contra omnes inpios et peccatores, neglegentes autem etiam suos domino gubernante secura.

V. 5. Quoniam ergo dicebamus apostolum Paulum dixisse habere nos conluctationem aduersus rectores tenebrarum et spiritalia nequitiae in caelestibus et probauimus etiam istum aerem terrae proximum caelum uocari, oportet credere aduersum diabolum et angelos eius nos dimicare, qui gaudent perturbationibus nostris. nam et ipse apostolus alio loco diabolum principem potestatis aeris huius appellat. quamuis ille locus, ubi ait: spiritalia nequitiae in caelestibus, possit et aliter intellegi, ut non ipsos praeuaricatores angelos in caelestibus esse dixerit, sed nos potius, de quibus alio loco dicit: conuersatio nostra in caelis est, ut nos in caelestibus constituti, id est in spiritalibus praeceptis dei ambulantes dimicemus aduersus spiritalia nequi-

17 cf. Ephes. 2, 2 21 Phil. 3, 20

1 hominēs γ 3 ut] et *RN* quum *C* poterit *R* potuerint *GB* curiositates *L* 5 catolicam *S* bene didicit] benedicit *W* bene dicit G^1 6 monitus *C* quamuis] quam *S* heresem *CMSG*^{1}*VB* haeresem *R*γ heresim *W* tamen respondet illis *G* respondit *VL* respondeat *W* 7 enim *om. L* decipi] dici *G* quod *MWU* 8 terra G^1 9 sparsam *PS*γ*VLW* sparsa• *G* de neglegentibus *MHB* 10 autem *s. l. N* aut•• *G* etiam *om. PMS*γ*VLWBHU* suis *MHB*, *er. N* securā *W* 13 nequitia *N* et *om. NR* 14 terre *C* credere] debere *F* aduersus *RGSVLBHUN*γ 15 nos] non V^1 uos *L* 16 et *om. PMGS*γ*VLBFHUN* 18 spiritaliae *B* nequitia *N* 19 praeuarica•••tores *V* 20 esse—caelestibus *in mg. m. 1 app. N* 22 et nos *W* 23 praeceptis *om. B* demicemus *R* spiritaliae *B* nequitia *NL*^{1}

tiae, quae nos inde conantur abstrahere. magis ergo illud quaerendum est, quomodo aduersus eos, quos non uidemus, pugnare possimus et uincere, ne putent stulti aduersus aerem nos debere certare.

VI. 6. Docet itaque ipse apostolus dicens: non sic pugno quasi aerem caedens; sed castigo corpus meum et in seruitutem redigo, ne forte aliis praedicans ipse reprobus inueniar; item dicit: imitatores mei estote, sicut et ego Christi. quare intellegendum est etiam ipsum apostolum in semet ipso triumphasse de potestatibus huius mundi, sicut de domino dixerat, cuius se imitatorem esse profitetur. imitemur ergo et nos illum, sicut hortatur, et castigemus corpus nostrum et in seruitutem redigamus, si mundum uolumus uincere, quia per inlicitas delectationes suas et pompas et perniciosam curiositatem nobis dominari potest hic mundus, id est ea, quae in hoc mundo perniciosa delectatione conligant amatores rerum temporalium et diabolo atque angelis eius seruire cogunt: quibus omnibus si renuntiauimus, redigamus in seruitutem corpus nostrum.

VII. 7. Sed ne quis forte hoc ipsum quaerat, quomodo fiat, ut corpus nostrum seruituti subiciamus, facile intellegi et fieri potest, si prius nos ipsos subiciamus deo bona uoluntate et caritate sincera. nam omnis creatura, uelit nolit, uni deo et domino suo subiecta est. sed hoc admonemur, ut tota uoluntate seruiamus domino deo nostro, quoniam iustus libera-

5 I Cor. 9, 26. 27 8 I Cor. 11, 1 10 cf. Col. 2, 15; II Cor. 2, 14

3 possemus *W* et*** uincere *C* 4 debere nos *W* cartare G^1 5 apostolus ipse *bd* 6 ꝓꝓ quasi (*exp. m. 2*) *L* cedens *VW* 9 qua in re (in *s. l.*) γ 10 semetipsum *H* 11 uius *S* quuius *C* imitatorem se *G* se *om. WN* 12 profitemur *W* illo G^1 16 hoc *om. VL* 18 cogunt (u *ex* a) *C* 19 renuntiabimus *RW* renuntiamus *GVLH* redigimus V^2 seruitute $C^2PRG^1N\gamma$ 23 primũ *G* nosmet *H* ipsos *om. N* 24 sincera caritate *bd* karitate *H* caritata *L* 25 ammonemur *CSGγMWBN* cõmonemur *VL*

liter seruit, iniustus autem conpeditus seruit. omnes tamen diuinae prouidentiae seruiunt; sed alii oboediunt tamquam filii et faciunt cum ea quod bonum est; alii uero ligantur tamquam serui, et fit de illis quod iustum est. ita deus omnipotens, dominus uniuersae creaturae, qui fecit omnia, sicut scriptum est, bona ualde, sic ea ordinauit, ut et de bonis et de malis bene faciat. quod enim iuste fit, bene fit. iuste autem sunt beati boni, et iuste mali poenas patiuntur. ergo et de bonis et de malis bene facit deus, quoniam omnia iuste facit. boni sunt autem, qui tota uoluntate deo seruiunt, mali autem necessitate seruiunt; nemo enim leges omnipotentis euadit. sed aliud est facere quod lex iubet, aliud pati quod lex iubet. quapropter boni secundum leges faciunt, mali secundum leges patiuntur.

8. Nec nos moueat, quod in hac uita secundum carnem, quam portant, iusti multa grauia et aspera tolerant. nihil enim mali patiuntur, qui iam possunt dicere, quod ille uir spiritalis exultat et praedicat apostolus dicens: gloriamur in tribulationibus, scientes, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem; spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. si ergo in

5 Gen. 1, 31 18 Rom. 5, 3—5

1 iniustus—seruit *om.* γ compedibus *RN* tamen] autem *HB* 2 seruiant *W* obaudiunt *RWU* 3 ea *om. N* 4 de *om. MH* 7 malis et de bonis *H* uste H^1 8 iusti mali G^1 iustae mali *W* 9 malis et de bonis *H* quoniam—facit *om.* γ iuste omnia *Wbd* omnia iusta *VL* 11 mali *ex* alii *m. 1 C* 12 euadet *H* aliut (*bis*) *C* quod lex iubet pati *H* 13 secundum *er. m. 2 C* legem *G* 14 legem *G* 16 grauia (a *fin. s. l. m. 2*) *C* grauia et aspera] grauitatis (ti *s. l.*) *V* et aspera *om. L* pertolerant *VL* 17 qui iam] quia *B* quia iam *MGHN* ille uir ille spiritalis *L* 18 et exultat *PSVL*γ exultat (*supra fin.* t *add.* ns) *C* et *om. C* 20 patientia uero *MHB* probatio uero *Hbd* 21 confundit (f *ex* t) *C* qm̃ *G*

hac uita, ubi tanta tormenta sunt, possunt boni et iusti uiri, cum talia patiuntur, non solum aequo animo tolerare, sed etiam in dei caritate gloriari, quid cogitandum est de illa uita, quae nobis promittitur, ubi nullam de corpore molestiam sentiemus? quoniam non ad hoc resurgit corpus iustorum, ad quod resurgit corpus inpiorum, sicut scriptum est: omnes resurgimus, sed non omnes inmutabimur. et ne quisquam putet non iustis inmutationem istam promitti, sed potius iniustis, et eam existimet esse poenalem, sequitur et dicit: et mortui resurgunt incorrupti, et nos inmutabimur. quicumque ergo mali sunt, sic ordinati sunt, quia et unusquisque sibi et omnes inuicem sibi nocent. hoc enim adpetunt, quod perniciose diligitur et quod eis auferri facile potest; et hoc sibi auferunt inuicem, quando se persequuntur. et ideo cruciantur, quibus auferuntur temporalia, quia diligunt ea; illi autem, qui auferunt, gaudent. sed talis laetitia caecitas est et summa miseria; ipsa enim magis inplicat animam et ad maiora tormenta perducit. nam gaudet et piscis, quando hamum non uidens escam deuorat; sed cum piscator eum adducere coeperit, uiscera eius torquentur primo; deinde ab omni laetitia sua per ipsam escam, de qua laetatus est, ad consumptionem trahitur. sic sunt omnes, qui de bonis temporalibus beatos se putant; hamum enim acceperunt et cum illo sibi uagantur; ueniet tempus, ut sentiant, quanta tormenta

6 (10) I Cor. 15, 51. 52

1 iusti et boni *G* uiri iusti *B* 2 aequanimiter *G* 3 in dei *om. W* in deo gloriare *W* 5 sustinemus *W* resurget *MGbd* 7 resurgemus $R^1MG\gamma WBFHUNbd$ et—inmutabimur *in mg. S* 9 et eam] etiam *W* 10 et *om. G* resurgent $PMG^2S\gamma VLWFHUNbd$ 11 et *om.* $PG^1S\gamma VLU$ 12 sibi inuicem *VL* 13 et *om. G* facile auferri *FNbd* auferre *H* 14 persecuntur *RMBV* 15 inferuntur *S* auferunt *L* 18 ad *s. l. m. 2* γ 19 amum *W* *amum *M* hamum (h *in ras.*) *V* uidens] uidet et *W* aescam γ quum *C* 20 in primo *W* 21 letatus *C* lętatis B^1 22 consummationem *MGHN* 23 se] se esse *B om. L* amum *LW* *amum *M* hamum (h *in ras.*) *V* 24 illi *W* sibi *om. W* ueniat *W* tempus *om. W* sentiat *W*

cum auiditate deuorauerint. et ideo bonis nihil nocent, quia hoc eis auferunt, quod non diligunt; nam quod diligunt et unde beati sunt, auferre illis nemo potest. cruciatus uero corporis malas animas miserabiliter adfligit, bonas autem fortiter purgat. sic fit, ut et malus homo et malus angelus diuinae prouidentiae militent; sed nesciunt, quid boni de illis operetur deus. non itaque pro meritis officii sed pro meritis malitiae stipendiantur.

VIII. 9. Sed ut hae animae, quae habent uoluntatem nocendi et rationem cogitandi, sub diuinis legibus ordinatae sunt, ne aliquid iniustum quisque patiatur, ita omnia, et animalia et corporalia, in genere suo et in ordine suo diuinae prouidentiae legibus subdita administrantur. ideo dominus dicit: nonne duo passeres asse ueneunt? et unus eorum non cadit in terram sine uoluntate patris uestri. hoc enim dixit, uolens ostendere quidquid uilissimum homines putant omnipotentia dei gubernari. sic enim et uolatilia caeli ab eo pasci et lilia agri ab eo uestiri ueritas loquitur, quae capillos etiam nostros numeratos esse dicit. sed quoniam mundas animas rationales per se ipse deus curat, siue in optimis et magnis angelis siue in hominibus tota sibi uoluntate seruientibus, cetera uero per ipsos gubernat, uerissime dici potuit etiam illud ab apostolo: non enim de bubus cura est deo. in scripturis enim sanctis deus homines docet, quomodo cum hominibus agant et ipsi deo seruiant;

13 Matth. 10, 29 17 cf. Matth. 6, 26. 28 19 cf. Matth. 10, 30 23 I Cor. 9, 9

1 nocent nihil *L* 3 auferri *N* 5 fiat *M* et *pr.*] ei *Sγ om. M* 6 quod *B* operatur *MH* 7 itaque *C* 9 ut *er. in V* 10 neç *C* 11 ita et omnia animalia *MHB* et *pr. om. L* 12 in *alt. om. MGVHBL. s. l. C* 13 amministrantur *MGVWBγ* ideoque (que *s. l.*) *G* 14 adse C^1 assae *W* ueniunt *R* 15 cadet *GVLF*^{1}*N* terra *B* 16 quicquid *GMVWBN* 17 domini *RGSVLWUγ* et *om. B* 19 nostros *om. W* 20 rationabiles *L* ipsum *CMGHBN*γ^2 21 homominibus *C* 24 bobus *HFbd* bubus *M* 25 docit *R* cum *ex* eum *C* agat *L* et] ut *RN*

quomodo autem agant cum pecoribus suis, ipsi sciunt, id est quomodo salutem pecorum suorum gubernent, usu et peritia et ratione naturali, quae quidem omnia de magnis sui creatoris opibus acceperunt. qui ergo potest intellegere, quomodo uniuersae creaturae conditor deus gubernet eam per animas sanctas, quae ministeria eius in caelis et in terris, quia et ipsae sanctae animae ab ipso factae sunt et in eius creatura primatum tenent: qui ergo potest intellegere, intellegat et intret in gaudium domini sui.

VIIII. 10. Si autem hoc non possumus, quamdiu sumus in hoc corpore et peregrinamur a domino, gustemus saltem, quam suauis est dominus, quia dedit nobis pignus spiritum, in quo sentiamus eius dulcedinem; et desideremus ipsum uitae fontem, ubi sobria ebrietate inundemur et inrigemur, sicut lignum, quod plantatum est secundum decursus aquarum et dat fructus in tempore suo et folium eius non decidet. dicit enim spiritus sanctus: filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. inebriabuntur ubertate domus tuae, et torrente uoluptatis tuae potabis eos, quoniam apud te est fons uitae. talis ebrietas non euertit mentem, sed tamen rapit susum et obliuionem praestat

9 cf. Matth. 25, 21 10 cf. II Cor. 5, 6 12 cf. Ps. 33, 9
13 cf. II Cor. 1, 22; 5, 5 15 cf. Ps. 1, 3 18 Ps. 35, 8—10

1 autem *in fine uers. er.* γ cum pecoribus agant *MHB* suis *om. PRMGFHBLUN*γ 3 magni *W* 4 operibus *R* quis G^2 5 uniuersam creaturam *N* eam *om. RN* 6 eius sunt *BN*γ 7 eius] ipsius *RN* creaturae *C* 8 principatum *W* tenet *L* 9 domini dei sui *G* 11 hoc *om. PRMGS*γ*VLWBFHUNbd* et *om. VLW* gustemus enim *W* 12 saltim *MW* sal•tem *V* 13 dulcedinem eius *W* dulcidinem *R* 14 desideremus eius *G* ubi] ut *V* sobria ebrietate] sobrietate *RN* aebrietate *M* inundemur] induemur *G* 16 secundum] secus *MHB*γ secũ *V* se'cus *L* fructum *PRMGS*γ*VLWBF HUbd* 17 folia *PMGS*γ*VLWBFHUbd* decident *PMGS*γ*VLWBF HUbd* autem *W* 20 uoluntatis *VW* 21 aput *C* et talis *G* 22 mortem *W* sapit *L* sursum *PMG*γ*VLWBFHUbd* rursum *S*

omnium terrenorum; sed si possumus toto affectu iam dicere: quemadmodum ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, deus.

X. 11. Quodsi forte adhuc propter aegritudines animae, quas de saeculi amore concepit, nec gustare sumus idonei quam dulcis est dominus, uel credamus diuinae auctoritati, quam uoluit esse in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, sicut apostolus loquitur; omnia enim per ipsum facta sunt, sicut in euangelio scriptum est, et sine ipso factum est nihil. qui nostrae inbecillitatis misertus est: quam inbecillitatem non eius opere, sed nostra uoluntate meruimus; nam deus hominem inexterminabilem fecit et ei liberum uoluntatis arbitrium dedit. non enim esset optimus, si dei praeceptis necessitate, non uoluntate seruiret. facile est omnino, quantum existimo, quod intellegere nolunt, qui catholicam deseruerunt fidem et christiani uocari uolunt. nam si nobiscum fatentur naturam nostram non sanari nisi recte faciendo, fateantur eam non infirmari nisi peccando. et ideo non est credendum animam nostram hoc esse, quod deus est, quia, si hoc esset, nec sua uoluntate nec aliqua necessitate in deterius mutaretur, quoniam omni modo incommutabilis intellegitur deus, sed ab

2 Ps. 41, 2 7 Rom. 1, 3 9 Ioh. 1, 3 13 cf. Sap. 2, 23

1 omnem $S\gamma V$ si *om. VL* effectu *RV* iam *ex* tam *C* discere C^1 2 quemammodum *M* desiderat ceruus *VLBbd* 4 aegritudinem γ aegritudine S^1 5 qua* (s *er.*) γ concu||piscit (piscit *add. m. 2*) *G* concepimus *PSVLW* 6 auctoritate G^1 8 est *om. B* ex semine] exemine *G* sicut (ut *m. 2 add.*) *C* 9 enim *om. F* facta sunt et sine ipso factum est nihil sicut in euang. scr. est *N* 11 inbecillitati *CNRW* inbecillitati* γ 12 merimus G^1 13 ei] illi *PSγVL*, *om. B* 16 tholicam S^1 deserunt *RVLB* deseru*unt γ 17 cristiani *C* fatentur—faciendo *om. B* faterentur *RGN* 18 non posse sanari *W* nisi—peccando] per graciam xpi et nullis eius originalibus meritis recte faciendo *W* 19 eam] enim *L* 20 esse *fin. V* 21 nec sua—aliqua *om. G* non sua *W* n** (*s. l.* on) sua *C* mutaretur *MBHbd*, (*in ras.*) *G:* moueretur *CPRSγVLWUNKF'* 22 intellegitur] creditur *G*

eis, qui non in contentione et aemulatione et uanae gloriae cupiditate amant loqui quod nesciunt, sed humilitate christiana sentiunt de domino in bonitate et in simplicitate cordis quaerunt eum. hanc ergo inbecillitatem nostram suscipere dignatus est filius dei, et uerbum caro factum est et habitauit in nobis: non quia aeternitas illa mutata est, sed quia mutabilem creaturam mutabilibus hominum oculis ostendit, quam incommutabili maiestate suscepit.

XI. 12. Sunt autem stulti, qui dicunt: quare non poterat aliter sapientia dei homines liberare, nisi susciperet hominem et nasceretur de femina et a peccatoribus illa omnia pateretur? quibus dicimus: poterat omnino, sed si aliter faceret, similiter uestrae stultitiae displiceret. si enim non appareret oculis peccatorum, lumen eius aeternum utique, quod per interiores oculos uidetur, inquinatis mentibus uidere non possent. nunc autem quia uisibiliter nos commonere dignatus est, ut ad inuisibilia praepararet, displicet auaris, quia non aureum corpus habuit; displicet inpudicis, quia de femina natus est — multum enim oderunt inpudici, quod concipiunt et pariunt feminae —; displicet superbis, quod contumelias patientissime pertulit; displicet delicatis, quia cruciatus est; displicet timidis quia mortuus est. et ut non uitia sua uideantur defendere, non in homine dicunt sibi hoc displicere, sed in filio dei. non

5 Ioh. 1, 14

1 et aemulatione *om. G* uana *SN* gloria *N* 2 et cupiditate *N* christiana (h *s. l.*) *C om. L* 3 et in simplicitate *om. S* in *s. l. C, om. VWNG*^{1} 4 eum] illum *B* 6 habitabit *C*^{1}*B* 7 mutabilium *G* mutalius *L*^{1} 8 quia *mut. in* qui eã γ incomutabili *V* 9 quare *om. bd* potuerat *G* 11 de] ex *B* omnia illa *Fbd* 13 stultiae *C* appareret (*pr.* re *s. l*) *C* apparet *R*γ 14 utique aeternum *W* 15 uideretur *N* inquinatus (*supra* u *add.* i) *C* uidere *CPRMGS*γ*WUNB:* uideri *VLFHbd* possent *PRMGS*γ*BN:* posset *CVLHFUbd* possunt *W* 17 displicit *C*^{1} auarus *W* non *om. W* 18 abuit *S om. W* de *Cbd:* ex *PRMGS*γ*VLWBFHUN* multi *B* 20 contumilias *R* 21 pertulit *M* 22 et *om. G* uideantur uitia sua *PS*γ*VLU* 23 hominẽ *N*

enim intellegunt, quid sit aeternitas dei, quae hominem adsumpsit, et quid ipsa humana creatura, quae mutationibus suis in pristinam firmitatem reuocabatur, ut disceremus docente ipso domino infirmitates, quas peccando collegimus, recte faciendo posse sanari. ostendebatur enim nobis, ad quam fragilitatem homo sua culpa peruenerit et ex qua fragilitate diuino auxilio liberetur. itaque filius dei hominem adsumpsit et in illo humana perpessus est. haec medicina hominum tanta est, quanta non potest cogitari. nam quae superbia sanari potest, si humilitate filii dei non sanatur? quae auaritia sanari potest, si paupertate filii dei non sanatur? quae iracundia sanari potest, si patientia filii dei non sanatur? quae inpietas sanari potest, quae caritate filii dei non sanatur? postremo quae timiditas sanari potest, si resurrectione corporis non sanatur? erigat spem suam genus humanum et recognoscat naturam suam; uideat, quantum locum habeat in operibus dei. nolite uos ipsos contemnere, uiri; filius dei uirum suscepit. nolite uos ipsas contemnere, feminae; filius dei natus ex femina est. nolite tamen amare carnalia, quia in filio dei masculus nec femina sumus. nolite amare temporalia, quia, si bene amarentur, amaret ea homo, quem suscepit filius dei. nolite timere contumelias et cruces et mortem, quia, si nocerent homini, non ea pateretur homo, quem suscepit filius dei. haec omnis hortatio, quae iam ubique praedi-

1 adsumsit *C* 2 quid sit *V* ipsa *om. RN* 3 pristina infirmitate *W* reuocabitur *L* disceremus] sciremus *W* 5 faciendo per graciam xpi posse *W* 6 sua culpa homo *PSVLWUF*γ homo sua] nostram *N* peruenit γ 7 liberaretur *WS*^{2} adsumsit *C* 8 tanta hominum *W* 10 fili *M*^{1} 11 fili *M*^{1} 12 si] quę *F* quae—*13* sanatur *om. NR* 13 quae caritate] si caritate *bd* sanaretur *S* 14 ex resurrectione *W* *post* corporis *add.* Christi domini *d* 16 quantum *om. VL* 17 contempnere *WN* uiri—contemnere *om. WU* 19 tamen] tantū *G*, (tū *in ras.*) *H* 20 nec masculus *B*γ^2 nemo masculus γ^1 quia *om. R* 21 que* (m *er.*) *M* 22 nolite—*24* dei *om. WU* contumilias *R* quia γ^1 24 haec* mne* *H* hoctatio *L*^{1} hortacio *W* iam—praedicatur *om. G*

catur, ubique ueneratur, quae omnem oboedientem animam sanat, non esset in rebus humanis, si non essent facta illa omnia, quae stultissimis displicent. quem dignatur imitari uitiosa iactantia, ut ad uirtutem percipiendam possit adduci, si erubescit imitari eum, de quo dictum est, antequam nasceretur, quod filius altissimi uocabitur, et per omnes iam gentes, quod negare nemo potest, filius altissimi uocatur? si multum de nobis sentimus, dignemur imitari eum, qui filius altissimi uocatur; si parum de nobis sentimus, audeamus imitari piscatores et publicanos, qui eum imitati sunt. o medicinam omnibus consulentem, omnia tumentia comprimentem, omnia tabescentia reficientem, omnia superflua resecantem, omnia necessaria custodientem, omnia perdita reparantem, omnia deprauata corrigentem! quis iam se extollat contra filium dei? quis de se desperet, pro quo tam humilis esse uoluit filius dei? quis beatam uitam esse arbitretur in his, quae contemnenda esse docuit filius dei? quibus aduersitatibus cedat, qui naturam hominis tantis persecutionibus custoditam credit in filio dei? quis sibi esse clausum regnum caelorum putet, qui cognoscit publicanos et meretrices imitatos esse filium dei? qua peruersitate non careat, qui facta et dicta

6 cf. Luc. 1, 32 20 cf. Matth. 21, 31

2 omnia illa *L* 3 displicet $S\gamma V^1$ quam *HB* quem (m *ras.*) *G* dedignatur $P^2S\gamma MVLUHB$ indignatur *G* 4 accipiendam *G* posset *C* 6 filius dei altissimi *W* uocaretur *B* iam *om.* $S\gamma VL$ 7 uocabitur *W* 8 multum] parū *M* dignemur—sentimus *om. WU* 9 audeamus] dignemur *MHB* uideamus *L* 10 piscatores] peccatores *B* 11 consolentem C^1 13 reparentem S^1 14 extollit (*supra* i *add.* e) *C*, $MGS\gamma VLWBU$ 15 de se *om.* γ disperet G^1N^1B uoluit esse *MVL* 16 esse *om. G* iis *FUbd* his quae] isque *S* 17 contempnendo *W* esse *om. M* 18 caedat *CM* cadat G^1 persequutionibus *C* 19 quid *CMB* clausum esse *G* esse *om. N* clausum iter (iter *s. l.*) *V* ad regnum $PGV\gamma LBUM$ ad regna *RN* ••regnum *S* 20 iter putet *L* aditum putet *N* imitatores MHB^1 fuisse *W* 21 filii *H* filii• *M* qua• *G* peruersitate• *G*

intuetur et diligit et sectatur illius hominis, in quo se nobis ad exemplum uitae praebuit filius dei?

XII. 13. Itaque iam et masculi et feminae et omnis aetas et omnis huius saeculi dignitas ad spem uitae aeternae commota est. alii neglectis temporalibus bonis conuolant ad diuina; alii cedunt eorum uirtutibus, qui haec faciunt, et laudant, quod imitari non audent; pauci autem adhuc murmurant et inani liuore torquentur, aut qui sua quaerunt in ecclesia, quamuis uideantur catholici, aut ex ipso Christi nomine gloriam quaerentes haeretici aut peccatum inpietatis suae defendere cupientes iudaei aut curiositatem uanae licentiae perdere timentes pagani. sed ecclesia catholica per totum orbem longe lateque diffusa inpetus eorum prioribus temporibus frangens magis magisque roborata est non resistendo, sed perferendo. nunc uero insidiosas eorum quaestiones fide inridet, diligentia discutit, intellegentia dissoluit; criminatores palearum suarum non curat, quia tempus messis et tempus arearum et tempus horreorum caute diligenterque distinguit; criminatores autem frumenti sui aut errantes corrigit aut inuidentes inter spinas et zizania conputat.

XIII. 14. Subiciamus ergo animam deo, si uolumus seruituti subicere corpus nostrum et de diabolo triumphare. fides est prima, quae subiugat animam deo; deinde praecepta uiuendi, quibus custoditis spes nostra firmatur et nutritur caritas et lucere incipit, quod antea tantummodo credebatur. cum enim

1 intuęntur *C* dirigit *M* ñ diligit *N* 3 iam] nam *W* *prim.* et *om.* γ 5 cuolant *S* 6 caedunt *C* credunt *S* haec] ec *S* 7 adhoc *SVL* 8 libore *R* 9 Christi] christiano γ 11 curiositatem *C* curiosităt quęrentes γ uanae] humanae *W* 12 prodere *VL* 15 proferendo *L* fides *W* fide. *U* 18 arearum et tempus *om.* *W* 20 et] aut *W* zaniă *G* 22 diabulo *V* *post* triumphare *in medio uersu litt. rubric. scholion legitur:* quibus triumphus agonis fides spes et caritas *W* 23 subiungat V^1 subiungit WV^2 deo per ipsam *W* 24 conditis (*s. l.* ł custoditis) *B* caritas per gram dni nri ihu xpi *W* 25 quum *C*

cognitio et actio beatum hominem faciant, sicut in cognitione cauendus est error, sic in actione cauenda est nequitia. errat autem quisquis putat ueritatem se posse cognoscere, cum adhuc nequiter uiuat. nequitia est autem mundum istum diligere et ea, quae nascuntur et transeunt, pro magno habere et ea concupiscere et pro his laborare, ut adquirantur; et laetari, cum abundarint, et timere, ne pereant, et contristari, cum pereunt. talis uita non potest puram illam et sinceram et incommutabilem uidere ueritatem et inhaerere illi et in aeternum iam non moueri. itaque priusquam mens nostra purgetur, debemus credere quod intellegere nondum ualemus, quoniam uerissime dictum est per prophetam: nisi credideritis, non intellegetis.

15. Fides in ecclesia breuissime traditur, in qua commendantur aeterna, quae intellegi a carnalibus nondum possunt, et temporalia praeterita et futura, quae pro salute hominum gessit et gestura est aeternitas diuinae prouidentiae. credamus ergo in patrem et filium et spiritum sanctum; haec aeterna sunt et incommutabilia, id est unus deus, unius substantiae trinitas aeterna, deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia.

XIIII. 16. Nec eos audiamus, qui dicunt patrem tantummodo esse nec habere filium nec esse cum eo spiritum sanctum, sed ipsum patrem aliquando appellari filium, aliquando spiri-

12 Es. 7, 9 20 cf. Rom. 11, 36

1 actio dona sint dei et beatum *W* cognatione G^1 cognitionem *R* 2 *error γ 3 se *om. L* quum (*sic semper*) *C* 6 ea *om.* γ adquiratur *N* 7 laetare *R* lactari *S* habundauerint *WNG* abundauerint $C^2PRS\gamma VLFHUNbd$ per*eant (*pr.* e *s. l.*) *C* 8 puram *om. PSγVUL* et *om. PSγVUL* 10 iam *om. GB* moueri] mori *PSγVUL* 11 nondum] non *Gγ* 13 *post* intellegetis *sequuntur:* scietis uos proficere in uirtutibus si nulla uobis passio fuerit erga mundana desideria hoc enim est initium donorum dei *in codd. RN* 14 quo *RN* commendatur *Wγ* 20 per quem omnia, in quo omnia *in mg. C, om. W* 22 dicunt *om. W* 23 *pr.* esse *om. L* esse *om. L* sanctum esse *L* 24 sed—filium *om. S* aliquando *om. NR* appellari aliquando *VL*

tum sanctum. nesciunt enim principium, ex quo sunt omnia, et imaginem eius, per quam formantur omnia, et sanctitatem eius, in qua ordinantur omnia.

XV. 17. Nec eos audiamus, qui indignantur et stomachantur, quia non tres deos colendos dicimus. nesciunt enim, quid sit una eademque substantia, et phantasmatibus suis inluduntur, quia solent uidere corporaliter uel animalia tria uel quaecumque corpora tria locis suis esse separata. sic putant intellegendam substantiam dei et multum errant, quoniam superbi sunt, et non possunt discere, quia nolunt credere.

XVI. 18. Nec eos audiamus, qui patrem solum uerum deum et sempiternum esse dicunt, filium autem non de ipso genitum, sed ab ipso factum de nihilo, et fuisse tempus, quando non erat, sed tamen primum locum tenere in omni creatura; et spiritum sanctum minoris maiestatis esse quam filium et ipsum factum esse post filium; et horum trium diuersas esse substantias, tamquam aurum et argentum et aeramentum. nesciunt enim, quid loquantur, et de his rebus, quas per oculos carneos uidere consueuerunt, uanas imagines ad disputationes suas transferunt, quia reuera magnum est mente conspicere generationem, quae non fit ex aliquo tempore, sed aeterna est, et ipsam caritatem et sanctitatem, qua generator et generatus ineffabiliter sibi copulantur. magnum et difficile est haec mente conspicere, etiamsi pacata et tranquilla sit. non potest ergo fieri, ut illi haec uideant, qui terrenas generationes nimis intuentur, et ad istas tenebras addunt adhuc

1 principum S^1 2 quem *VLW* 3 quo *SG* omnia—indignantur *om. S* 4 stomacantur *CPSRN* 6 eademquae *C* phantasmatis *PRM*^{1}*V*^{1}*SG*^{1}*HN*γ^1*d* fantasmatibus *L* illiduntur *W* 7 corporaliter] temporaliter *G* amicalia *G* 8 si *V* 9 quoniam] quod *W* 11 deum *om. M* 14 et minoris maiestatis esse spiritum sanctum *L* 16 diuersa *N* esse *om. L* 17 substantia *N* eramentum *CGWN*^{1} 18 quod C^1 19 consueberunt P^1 consuerunt *RMSVUGBNL* uanas] unas *W* dispositiones C^1 20 magnum est sacramentum *W* 21 concipere γ alico G^1 23 et generatusquae *RN* sibi *om. L* 24 mente haec *W* concipere *W* pacata] placita *W om. L*

fumum, quem sibi contentionibus et certaminibus cotidianis excitare non cessant, habentes animas carnis affectibus diffluentes tamquam ligna umore saginata, in quibus ignis fumum solum uomit et habere flammas lucidas non potest. et hoc quidem de omnibus haereticis rectissime dici potest.

XVII. 19. Credentes ergo incommutabilem trinitatem credamus etiam dispensationem temporalem pro salute generis humani. nec eos audiamus, qui filium dei Iesum Christum nihil esse aliud quam hominem dicunt, sed ita iustum, ut dignus sit appellari filius dei. et hos enim catholica disciplina misit foras, quia uanae gloriae cupiditate decepti contentiose disputare uoluerunt, antequam intellegerent, quid sit dei uirtus et dei sapientia et in principio uerbum, per quod facta sunt omnia, et quomodo uerbum caro factum est et habitauit in nobis.

XVIII. 20. Nec eos audiamus, qui non uerum hominem suscepisse dicunt filium dei neque natum esse de femina, sed falsam carnem et imaginem simulatam corporis humani ostendisse uidentibus. nesciunt enim, quomodo substantia dei administrans uniuersam creaturam inquinari omnino non possit, et tamen praedicant istum uisibilem solem radios suos per omnes feces et sordes corporum spargere et eos mundos et sinceros ubique seruare. si ergo uisibilia munda uisibilibus inmundis contingi possunt et non inquinari, quanto magis in-

12 cf. I Cor. 1, 24 13 cf. Ioh. 1, 1. 3. 14

1 contionibus *G* et certaminibus *om. G* cottidianis *Nγ* 2 exercitare *γ* defluentes *RBN* 3 humore *MGVLWBFHUNbd* in *om. L* ignis (s *er.*) *C* solum fumum *GN* 4 solum *om. L* uomit] mouet *LV*^{2} mouit *V*^{1} et—potest *om. N*^{1} 5 omnibus *G* hereticis *CSMN* 6 ergo *om. H* 9 iustum] iustus ē *RN* 10 et *om. MGB* haec *G* 11 quia] quoniam *MSVLFHUbd* contectiose *G*^{1} 14 cara *L*^{1} 15 habitabit *C* abitauit *S* 17 neque—femina *om. RN* 18 humany *S* 20 amministrans *GSγWU* uniuersum *G*^{1} 21 uisibilem *om. γ* 22 faeces *MNGHd* 23 undique *W* mundi *MNR*^{2} *om. VL* a uisibilibus *PFHbd* 24 incunari *C*^{1} inuisibili••• (bus *er. et in mg.*') *W*

uisibilis et incommutabilis ueritas per spiritum animam et per animam corpus suscipiens toto homine adsumpto ab omnibus eum infirmitatibus nulla sua contaminatione liberauit! itaque magnas patiuntur angustias et, cum timent, quod fieri non potest, ne humana carne ueritas inquinetur, ueritatem dicunt esse mentitam. et cum ille praeceperit dicens: sit in ore uestro: est, est; non, non, et apostolus clamet: non erat in illo est et non, sed est in illo erat, isti totum corpus eius falsam carnem fuisse contendunt, ut non sibi uideantur imitari Christum, si non suis auditoribus mentiantur.

XVIIII. 21. Nec eos audiamus, qui trinitatem quidem in una aeterna substantia confitentur, sed hominem ipsum, qui temporali dispensatione susceptus est, audent dicere non habuisse hominis mentem, sed solam animam et corpus. hoc est dicere: non fuit homo, sed membra corporis habebat humana. animam enim et corpus habent et bestiae, sed rationem non habent, quae mentis est propria. sed si exsecrandi sunt illi, qui eum negant humanum corpus habuisse, quod est infimum in homine, miror, quod isti non erubescunt, qui hoc eum negant habuisse, quod est optimum in homine. multum enim lugenda est mens humana, si uincitur a corpore suo: si quidem in illo homine non reformata est, in quo ipsum corpus humanum iam dignitatem formae caelestis

6 Matth. 5, 37 7 II Cor. 1, 19

1 et *om.* *W* et animam *G* 2 toto] tanto *L* hominem *C* 3 sui *PGFHbd* 4 et] set γ^1 quum *C* 5 mentitam] mendacitatem γ 7 et non non R^2G clamat *MB* 8 isti* (i *init. s. l.*) *C* 9 ut *om.* *C* non *om.* *VL* uide*ntur *C* 10 si non] ne *G* actoribus *W* adiutoribus *L* mentiuntur *L* 11 qua γ trinitatem sanctam *H* 12 una *om.* *G* aeterna *om.* *MHB* 14 abuisse *S* auimam solam *L* 15 est *om.* *VL* abebat *S* 16 et *fin. om.* *NR* 17 propria** *C* execrandi *BMSVLW* ex*ecrandi *U* 18 umanum *S* 19 infirmum *R* infi*mum *UL* in *om.* γ hominem *B* 20 hominē *S* 21 iūgenda est humana (*s. l. m. 2* lugenda est anima) *H* 23 umanum *S* caelestis formae *G*

accepit. sed absit, ut hoc credamus, quod confinxit temeraria caecitas et superba loquacitas.

XX. 22. Nec eos audiamus, qui sic dicunt ab illa aeterna sapientia susceptum esse hominem, qui de uirgine natus est, quomodo et alii homines ab ea sapientes fiunt, qui perfecte sapientes sunt. nesciunt enim proprium illius hominis sacramentum et putant hoc solum eum plus habuisse inter ceteros beatissimos, quod de uirgine natus est. quod ipsum si bene considerent, fortassis credant ideo illum hoc praeter ceteros meruisse, quod aliquid proprium praeter ceteros habet etiam ista susceptio. aliud est enim sapientem tantum fieri per sapientiam dei et aliud est ipsam personam sustinere sapientiae dei. quamuis enim eadem natura sit corporis ecclesiae, multum tamen distare inter caput et membra cetera quis non intellegat? si enim caput ecclesiae est homo ille, cuius susceptione uerbum caro factum est, et habitauit in nobis, membra cetera sunt omnes sancti, quibus perficitur et completur ecclesia. quomodo ergo anima totum corpus nostrum animat et uiuificat, sed in capite et uidendo sentit et audiendo et odorando et gustando et tangendo, in ceteris autem membris tangendo tantum, et ideo capiti cuncta subiecta sunt ad operandum, illud autem supra conlocatum est ad consulendum, quia ipsius animae, quae consulit corpori, quodam modo personam sustinet caput — ibi enim omnis sensus apparet — sic uniuerso populo sanctorum tamquam uni corpori caput

16 Ioh. 1, 14

1 confixit *SUγM*¹ 4 qui] quae *V*¹ qua *L* 5 fiunt—sapientes *om. S* 6 sunt] fiunt *BM* nec sciunt *H* 7 plus eum (eum *s. l.*) *C, MGHVL* 8 beatissimos (o *ex* u) *C* 9 credent *PSVLγ* prae *GN* ceteris *GN* 10 quo *SW* prae *G* ceteris *G* haberet *G* 11 ipsa *PRMG SγVLWBUN* enim est *W* 12 et *om.* γ est *om. FHbd* 13 enim *om. L* eadem *om. G* ecclesiae *C* 14 capud *S* 15 ecclesiae caput *PRMGSγVLWBFHUNbd* quuius *C* 16 habitabit *C* 18 ecclesiæ *L* 19 uidendo (ui *in ras.*, d *pr. ex* c) *C* uiuendo *N* 20 odorando] orando *G* dando *H* 24 omnes *MHB* apparent *MHB* 25 sic** *G* uni] in *L* ani *R* corpore *L* corporis *RN*

est mediator dei et hominum homo Christus Iesus. et propterea sapientia dei et uerbum in principio, per quod facta sunt omnia, non sic adsumpsit illum hominem ut ceteros sanctos, sed multo excellentius multoque sublimius, quomodo ipsum solum adsumi oportuit, in quo sapientia hominibus appareret, sicut eam uisibiliter decebat ostendi. quapropter aliter sunt sapientes ceteri homines, quicumque sunt uel esse potuerunt uel poterunt, et aliter ille unus mediator dei et hominum homo Christus Iesus, qui sapientiae ipsius, per quam sapientes fiunt quicumque homines, non solum beneficium habet, sed etiam personam gerit. de ceteris enim sapientibus et spiritalibus animis recte dici potest, quod habeant in se uerbum dei, per quod facta sunt omnia; sed in nullo eorum recte dici potest, quod uerbum caro factum est, et habitauit in nobis, quod in solo domino nostro Iesu Christo rectissime dicitur.

XXI. 23. Nec eos audiamus, qui solum corpus humanum susceptum esse dicunt a uerbo dei et sic audiunt, quod dictum est: et uerbum caro factum est, ut negent illum hominem uel animam uel aliquid hominis habuisse nisi carnem solam. errant enim multum nec intellegunt ideo carnem solam nominatam esse in eo, quod dictum est: uerbum caro factum est, quia hominum oculis, propter quos facta est illa susceptio, caro sola potuit apparere. nam si absurdum est et ualde indignum, ut humanum spiritum homo ille non habuerit, sicut superius tractauimus, quanto magis absurdum et indignum est, ut nec spiritum nec animam habuerit et

1 *et* 8 cf. I Tim. 2, 5 2 cf. I Cor. 1, 24; Ioh. 1, 1. 3 15 Ioh. 1, 14

3 adsumsit *C* assumsit S^1 5 a summi *B* assũto *S* oportet *W* oportuit (o *init. m. 2 in ras.*) *S* sapientia dei patris *Wb* 6 apparet γ dicebat G^1L^1 7 quapropter *CL* 8 uel potuerunt *GSB* ille *om. MB* 9 mediator (c *er.*) *C* 10 sapientia VL^1 fiunt sapientes *PRGS*γ *VLWUN* 12 enim] autem *L* 15 habitabit CB^1 abitauit *S* 17 quo G^1 19 et *om. RS*γ*VLUN* 20 solam carnem *L* 21 errant—solam *om. W* 23 quos] quod *G* 24 illa susceptio est *W* 25 ut] et G^1 27 ut] et γ *om.* L^1 et hoc solum habuerit *om. SW*

hoc solum habuerit, quod etiam in pecoribus uilius est et extremius, id est corpus! a nostra ergo fide etiam ista inpietas excludatur, totumque hominem atque perfectum a uerbo dei susceptum esse credamus.

XXII. 24. Nec eos audiamus, qui tale corpus dominum nostrum habuisse dicunt, quale apparuit in columba, quam uidit Iohannes Baptista descendentem de caelo et manentem super eum in signo spiritus sancti. ita enim persuadere conantur filium dei natum non esse de femina, quia, si carnalibus oculis eum oportebat ostendi, potuit, inquiunt, sic adsumere corpus, quomodo spiritus sanctus. non enim et columba illa de ouo nata est, aiunt, et tamen humanis oculis potuit apparere. quibus primo illud respondendum est, quod ibi legimus in specie columbae apparuisse Iohanni spiritum sanctum, ubi legimus etiam Christum natum esse de femina, et non oportet in parte credere euangelio et in parte non credere. unde enim credis in columbae specie demonstratum esse spiritum sanctum, nisi quia in euangelio legisti? ergo et ego inde credo Christum natum esse de uirgine, quia in euangelio legi. quare autem spiritus sanctus non est natus de columba, quemadmodum Christus de femina, illa causa est, quia non columbas liberare uenerat spiritus sanctus, sed hominibus significare innocentiam et amorem spiritalem, quod in columbae specie uisibiliter figuratum est. dominus autem Iesus Christus, qui uenerat ad homines liberandos, in

14 cf. Matth. 3, 16 15 cf. Matth. 1, 20. 25

2 etiam excludatur *B* ista] nostra *RN* 3 dei uerbo *N* 6 dicunt *om.* γ 7 discendentem *R* 9 conantur si *L* non esse natum *B* quia si] quasi *W* carnibus G^1 10 eum oculis *G* eum *om. VL* 11 asummere *B* 12 de ouo] de o**uo *C* de quo *PS*γ de oua *R* deeo(e *pr. in ras., alt.* e *s. l.*) *G* de qua *VL* ut aiunt (ut *s. l.*) *G* 13 primum *PRMBFHNbd* 14 speciae *V* iohannis *C* 17 enim] ergo *L* 18 legistis *W* ergo *et* inde *s. l. m. 1 C* 19 de uirgine esse *bd* 20 natus *om. G* 21 quemammodum *G* 22 columbos *MSUV*^{1}*N*^{1}γ*Bd* uenerat liberare *N* 23 spūalē *H* 24 speciae *BV*^{1}

quibus et mares et feminae pertinent ad salutem, nec mares fastidiuit, quia marem suscepit, nec feminas, quia de femina natus est. huc accedit magnum sacramentum, ut, quoniam per feminam nobis mors acciderat, uita nobis per feminam nasceretur: ut de utraque natura, id est feminina et masculina, uictus diabolus cruciaretur, quoniam de ambarum subuersione laetabatur; cui parum fuerat ad poenam, si ambae naturae in nobis liberarentur, nisi etiam per ambas liberaremur. neque hoc ita dicimus, ut dominum Iesum Christum dicamus solum uerum corpus habuisse, spiritum autem sanctum fallaciter apparuisse oculis hominum; sed ambo illa corpora uera corpora credimus. sicut enim non oportebat, ut homines falleret filius dei, sic non decebat, ut homines falleret spiritus sanctus: sed omnipotenti deo, qui uniuersam creaturam de nihilo fabricauit, non erat difficile uerum corpus columbae sine aliorum columborum ministerio figurare, sicut ei non fuit difficile uerum corpus in utero Mariae sine uirili semine fabricare, cum creatura corporea et in uisceribus feminae ad formandum hominem et in ipso mundo ad formandam columbam imperio domini uoluntatique seruiret. sed stulti homines et miseri quod aut ipsi facere non possunt aut in uita sua numquam uiderunt, et ab omnipotente deo fieri potuisse non credunt.

2 fastidiunt N^1 stidi (*reliquus uersus uacuus*) *W* 3 accidit *L* 4 nobis per feminam *W* 5 ut] Sed *B* feminea *VL* femina *SW* masculina et feminina (*sic pos.*) *B* 6 amborum *W* 7 fuerit *L* in nobis *om.* γ 8 nisi—liberaremur *post* dicimus *in u. 9 legitur in G* 9 dominum nostrum *N* dicamus—sanctum *om. G* 10 sanctum autem *PRFHbd* autem *om. W* 11 sed ambo] sed etiam ideo *W* 12 credentes *W* oportuit *M* potuit *B* filius—falleret *om. W* 13 dei *om. RN* decebat] oportebat *PS*γ*VLU* dicebat *G* homines etiam *L* etiam spiritus *GMS*γ*VBU* 15 erit *L* aliarum *GLHWV*^{2} 16 columbarum *GLHWV*^{2} ei] enim *W* 17 cum] aliqua in *C* 18 creatura *codd.*: natura *bd* corpore *S* formandum—ad *om. S* 20 seruare G^1 21 quid L^1 22 et] et *s. l. C* aut *R* hoc iam *in ras. N* ••• *V*γ *om. BWL* etiam *bd* omnipotenti *LW* dei *L*

XXIII. 25. Nec eos audiamus, qui propterea uolunt cogere, ut inter creaturas filium dei numeremus, quia passus est. dicunt enim: si passus est, mutabilis est; et si mutabilis est, creatura est, quia substantia dei non potest inmutari. cum quibus etiam nos dicimus et dei substantiam commutari non posse et creaturam esse mutabilem. sed aliud est esse creaturam et aliud suscipere creaturam. filius ergo unigenitus dei, qui est uirtus et sapientia dei et uerbum, per quod facta sunt omnia, quia inmutari omnino non potest, suscepit humanam creaturam, quam lapsam erigere atque inueteratam renouare dignatus est. nec in ea per passionem ipse in deterius commutatus est, sed eam potius per resurrectionem in melius commutauit. nec propterea uerbum patris, id est unicum dei filium, per quem facta sunt omnia, negandum est natum et passum esse pro nobis. et martyres enim passos dicimus et mortuos propter regna caelorum; nec tamen in ea passione et morte animae eorum occisae sunt. dicit enim dominus: nolite timere eos, qui corpus occidunt, animae autem nihil possunt facere. sicut ergo martyres passos et mortuos dicimus in corporibus, quae portabant, sine animarum interfectione uel morte, sic dei filium passum et mortuum dicimus in homine, quem portabat, sine diuinitatis aliqua commutatione uel morte.

XXIIII. 26. Nec eos audiamus, qui negant tale corpus domini resurrexisse, quale positum est in monumento. si enim tale non fuisset, non ipse dixisset post resurrectionem disci-

8 cf. I Cor. 1, 24 9 cf. Ioh. 1, 3 18 Matth. 10, 28

2 dei *om. N* 3 mutabilis est creatura mutabilis est *RN* et *om. GSγLU* 4 est *pr. om. G* dei substantia *PRMGSγVLWBFHUNbd* 5 nos etiam *G* nos] ñ *S* 7 aliud est *V* 8 uirtus] uir *L om. RN* et *pr.*] atque *W* 9 quia *s. l. C* qui *V* non potest omnino *bd* 10 labsam *C* renouare] reuocare *W* 11 eam *RN* 12 mutatus *γ* 13 id est *om. N* filium dei *W* 14 quod *PVUγ* 16 regnum *γ* 18 noli G^1 occidunt corpus *S* 19 nil *γ* ergo] enim *RGVLN* 20 quibus *N om. R* portant *G* 21 uel] et *GB* filium dei *PRFbd* 22 hominem *PRSGγ* 25 possitum *W* inpositum *G* 26 discipulii *C*

pulis: palpate et uidete, quoniam spiritus ossa et neruos non habet, sicut me uidetis habere. sacrilegum est enim credere dominum nostrum, cum ipse sit ueritas, in aliquo fuisse mentitum. nec nos moueat, quod clausis ostiis subito eum apparuisse discipulis scriptum est, ut propterea negemus illud fuisse corpus humanum, quia contra naturam huius corporis uidemus esse per clausa ostia intrare. omnia enim possibilia sunt deo. nam et ambulare super aquas contra naturam huius corporis esse manifestum est; et tamen non solum ipse dominus ante passionem ambulauit, sed etiam Petrum ambulare fecit. ita ergo et post resurrectionem de corpore suo fecit, quod uoluit. si enim potuit ante passionem clarificare illud sicut splendorem solis, quare non potuit et post passionem ad quantam uellet subtilitatem in temporis momento redigere, ut per clausa ostia posset intrare?

XXV. 27. Nec eos audiamus, qui negant ipsum corpus secum leuasse in caelum dominum nostrum et commemorant in euangelio quod scriptum est: nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, et dicunt, quia corpus non descendit de caelo, non potuisse ascendere in caelum. non enim intellegunt, quoniam corpus non ascendit in caelum; dominus enim ascendit, corpus autem non ascendit, sed leuatum est in caelum illo leuante, qui ascendit. si enim quisque

1 Luc. 24, 39 4 cf. Ioh. 20, 26 8 cf. Matth. 9, 28 9 cf. Matth. 14, 25 11 cf. Matth. 14, 29 13 cf. Matth. 17, 2 18 Ioh. 3, 13

1 uidete *s. l. C* ossa et neruos *CPRMGSγVLBU* carnem et ossa *HW* neruos et ossa *N* ossa et carnem *bd* 2 sacrilegium *PSU* 5 hostiis *WB* esse *in ras. m. 2 S* ut *om. RN* 6 negamus *W* fuisse *om. VL* 7 clausta *W* •ostia *V* 8 passibilia L^1 11 fecit ambulare *L* ita] iam *G* et *om. R* resurrectionem] passionem *G* 12 siç *C* 13 sicut] ad *W* et *om.* γ 14 quantum R^1 15 mo••mento *G* hostia *W* posset (t *s. l.*) *C* possit *WB* 17 in caelo *P om. B* 19 descendit de caelo *H* de caelo *om. PSγVL* discendit *R* desit γ^1 corpus quod (quod *in mg.*) *S* 20 caelo ideo (ideo *s. l.*) *M* 22 enim] autem *VLW* 23 quisque] quis *PWHbd*

descendat uerbi gratia de monte nudus, cum autem descenderit, uestiat se et uestitus iterum ascendat, recte utique dicimus: nemo ascendit, nisi qui descendit, nec uestem consideramus, quam secum leuauit, sed ipsum, qui uestitus est, solum dicimus ascendisse.

XXVI. 28. Nec eos audiamus, qui negant ad dexteram patris sedere filium. dicunt enim: numquid deus pater habet latus dextrum aut sinistrum sicuti corpora? nec nos hoc de deo patre sentimus; nulla enim forma corporis deus definitur atque concluditur. sed dextera patris est beatitudo perpetua, quae sanctis promittitur; sicut sinistra eius rectissime dicitur miseria perpetua, quae inpiis datur: ut non in ipso deo, sed in creaturis hoc modo, quo diximus, intellegatur dextera et sinistra, quia et corpus Christi, quod est ecclesia, in ipsa dextera, hoc est in ipsa beatitudine futurum est, sicut apostolus dicit, quia et simul nos suscitauit et simul sedere fecit in caelestibus. quamuis enim corpus nostrum nondum ibi sit, tamen spes nostra iam ibi est. propterea et ipse dominus post resurrectionem iussit discipulis, quos piscantes inuenit, ut in dexteram partem mitterent retia. quod cum fecissent, ceperunt pisces, qui omnes magni erant, id est iustos significabant, quibus dextera promittitur. hoc significat, quod

16 cf. Ephes. 2, 6 20 cf. Ioh. 21, 6—11

1 descendat (a *sup. er.* i) *C* descenderi* *S* ascenderit *G* 3 dicemus *N* nisi qui descendit *om. G* de cęlo descendit *W* 4 leuabit *R* 8 secuti G^1 hoc] hodie *W* 9 nulla* *C* forma* *C* finitur *PVLγSU* diffinitur *HW* 10 conclauditur *G* dei patris *L* 11 sanctis *om. S* promittitur] datur *PVLWSγU* 12 in *om.* N^1VL 13 quod *RMVLGBHN* dextra *VN* 15 dextra *V* ipsâ beatitudinē *S* futura *MSγVLWBU* futurorum *G* 16 et *om. W* ęxcitauit (*s.* ęx *add.* sus) *C* excitabit *MH* excitauit *GBN* simul nos *GW* 17 facit *W* 18 et *om. RNGB* 19 discipulis suis *RN* 20 in] ad *L* dextram *MN* 21 coeperunt *MGVLB* omnes *s. l. C, om. B* iustos (o *ex* u) *C* 22 promittitur dextera *PRMGSγVLWBUN* significabat *N*

etiam in iudicio dixit se agnos ad dexteram, haedos autem ad sinistram esse positurum.

XXVII. 29. Nec eos audiamus, qui negant diem iudicii futurum et commemorant, quod in euangelio scriptum est, eum, qui credit in Christum, non iudicari; qui autem non credit in illum, iam iudicatum esse. dicunt enim: si et ille, qui credit, non ueniet in iudicium, et ille, qui non credit, iam iudicatus est, ubi sunt, quos iudicaturus est in die iudicii? non intellegunt sic loqui scripturas, ut praeteritum tempus pro futuro tempore insinuent: sicut supra diximus, quod apostolus dixit de nobis, quod simul nos sedere fecit in caelestibus, nondum factum est; sed quia certissime est futurum, ita dictum est quasi iam factum sit. sicut et ipse dominus discipulis dixit: omnia, quae audiui a patre meo, nota uobis feci, et paulo post dicit: multa habeo uobis dicere; sed non potestis illa portare modo. quomodo ergo dixerat: omnia, quae audiui a patre meo, nota uobis feci, nisi quia illud, quod per spiritum sanctum certissime facturus erat, quasi iam fecisset, locutus est? sic ergo cum audimus: qui credit in Christum, non ueniet in iudicium, intellegamus, quia non ueniet ad damnationem. dicitur enim iudicium pro damnatione, sicut dicit apostolus: qui non manducat, manducantem non iudicet, id est, non de illo mala existimet. et dominus dicit: nolite iudicare, ne iudicetur de uobis. non

1 cf. Matth. 25, 33 4 cf. Ioh. 3, 18 14 Ioh. 15, 15 15 Ioh. 16, 12 20 Ioh. 3, 18 23 Rom. 14, 3 25 Matth. 7, 1

1 in *om.* *B* dicit *L* se] sedere *VL* edos *C* hedos *MGSWBN* autem *om.* *N* 6 iudicatūs (*uirg. s. u er.*) *N* est *WN* et *om.* *RN* 7 qui—ille *om.* *S* credit iam γ uenit *G* 8 diem *N* 10 insinuent tempore *W* insinuarent *C* 12 certissimum *RMGB* certum *PSUVW*γ certe *L* futurum est *L* ita] ideo *G* 14 dicit *G* meo *om.* *N* 15 feci uobis *P*γ*LBFHbd* dixit *VL* 18 feci uobis *WHbd* 19 loquutus *C*γ 20 audiuimus *L* 21 qui *S* ad] in *N* 22 dampnationem *NW* damnatione* *C* dampnatione *W* 23 apostolus dicit *L* 24 aestimet *G* 25 de *om.* *V*

enim tollit nobis intellegentiam iudicandi, cum et propheta dicat: si uere iustitiam diligitis, recta iudicate, filii hominum, et ipse dominus dicat: nolite iudicare personaliter, sed iustum iudicium iudicate. sed illo loco, ubi uetat iudicare, illud admonet, ne damnemus aliquem, cuius uel cogitatio nobis non aperta est uel nescimus, qualis postea sit futurus. sic ergo cum dixit: ad iudicium non ueniet, hoc dixit, quia non ueniet ad damnationem; qui autem non credit, iam iudicatus est, hoc dixit, quia iam damnatus est praescientia dei, qui nouit, quid inmineat non credentibus.

XXVIII. 30. Nec eos audiamus, qui dicunt spiritum sanctum, quem in euangelio dominus promisit discipulis, aut in Paulo apostolo uenisse aut in Montano et Priscilla, sicut Cataphryges dicunt, aut in nescio quo Manete uel Manichaeo, sicut Manichaei dicunt. tam enim caeci sunt isti, ut scripturas manifestas non intellegant, aut tam neglegentes salutis suae, ut omnino non legant. quis enim, cum legerit, non intelleget uel in euangelio quod post domini rèsurrectionem scriptum est dicente domino: ego mitto promissa patris mei in uos; uos autem sedete hic in ciuitate, quousque induamini uirtutem ab alto? et in Actibus apostolorum,

2 Ps. 57, 2 3 Ioh. 7, 24 9 Ioh. 3, 18 20 Luc. 24, 49 22 cf. Act. 2, 1—11

1 tollitur *G* 2 dicit *MB* recte *GW²N²* rectę *L* 3 filii *RN¹* dicit *W* 5 illum locum *B* illud illud *S* ammonet *CGγVLN* 6 quuius *C* est aperta *HFb* 8 non *om. B* qui *R om. B* 10 praesentia *γ¹R* 12 Nec] ec *W* 14 non uenisse *PSγVL* in priscilla *G* catafriges *CMLWBUγ* cataphiges *S* cataphriges *GVN* 15 nescio in *W* in *om. BL* manite *CPRMGSγVLWBNU²* munite *U¹* uel] aut *N* manicheo *CPRMSγVLWBFHNU* manichei *codd.* 17 tam] etiam *L* ut *er. in V* 18 neglegant *L* intellegant *B* non *om. γ* intellegit *PRMSγLWBN* intelleg̃ *V* 19 quod *om. W* esse *W* 20 mittam *MH* promissum *BFHbd* 21 hic *om. LR* quoadusque *MW* 22 uirtute *PRMGSγVLBFHbd* ab ex *HFNbd*

posteaquam dominus a discipulorum oculis abscessit in caelum, decem diebus peractis die pentecostes non adtendunt apertissime uenisse spiritum sanctum; et cum essent illi in ciuitate, sicut eos ante monuerat, inpleuisse illos, ita ut loquerentur linguis. nam diuersae nationes, quae tunc aderant, unusquisque audientium suam linguam intellegebant. sed isti homines decipiunt eos, qui neglegentes catholicam fidem et ipsam fidem suam, quae in scripturis manifesta est, nolunt discere et, quod est grauius et multum dolendum, cum in catholica neglegenter uersentur, haereticis aurem diligenter accommodant.

XXVIIII. 31. Nec eos audiamus, qui sanctam ecclesiam, quae una catholica est, negant per orbem esse diffusam, sed in sola Africa, hoc est in parte Donati pollere arbitrantur. ita surdi sunt aduersus prophetam dicentem: filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae, et alia multa, siue in ueteris siue in noui testamenti libris quae scripta sunt, ut apertissime declarent ecclesiam Christi per orbem terrae esse diffusam. quod cum eis obicimus, dicunt iam ista omnia fuisse conpleta, antequam esset pars Donati, sed postea totam ecclesiam perisse et in sola Donati parte reliquias eius remansisse con-

15 Ps. 2, 7. 8

1 dominus *om.* γ abscessit a discipulorum oculis *HFbd* a *om.* γ ab *G* 2 pentecosten *VLB* 4 monuit (it *in ras.*) *S* 7 neglegentes sunt *NR* in catholicam *P* ** catholicam *U* in catholica *RMGS*γ*VL WBHN* fide *RMGS*γ*VLWBHN* et in ipsam *S* et ipsa *N* 8 manifestata *MGWBHU* 10 catholicam *U* neglegentes *B* aurem] autem *LW* 11 acommodant *V* adcommodant *G* 12 eclesiam *C* 13 difusam *S* 15 aduersum *L* dicentem *om. RN* 17 ereditatem *S* tuam *om. RW* 18 terre C^1 talia *CV* ueteri *L*γ 19 libris *om. L* quae *om. L* ut *om. C* 20 declaretur *W* declarant *S* eclesiam *C* terre C^1 *om. B* esse *om. G* 21 ubicimus C^1 obiicimus *W* iam] etiam *RN om. VL* omnia ista *G* 22 pars esset *N* 23 sola] tota *G* parte donati *G*

tendunt. o linguam superbam et nefariam! nec si uere sic uiuerent, ut uel inter se pacem postea custodirent. nunc autem non adtendunt iam in ipso Donato completum fuisse, quod dictum est: in qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur uobis. sicut enim Christum diuidere conatus est, sic ipse a suis cotidiana concisione diuiditur. ad hoc etiam pertinet illud, quod dominus dicit: qui enim gladio percusserit, gladio morietur. gladius enim illo loco, siquidem in malo positus est, discordiosam linguam significat, qua tunc ille infelix ecclesiam percussit, sed non occidit. non enim dixit dominus: qui occiderit gladio, gladio morietur, sed qui gladio usus fuerit, inquit, gladio morietur. ergo ille percussit ecclesiam lingua litigiosa, qua nunc ipse conciditur, ut omnino dispereat atque moriatur. et tamen illud tunc apostolus Petrus non superbia sua, sed quamuis carnali, tamen amore domini fecerat. itaque admonitus recondit gladium; iste autem nec uictus hoc fecit, siquidem cum episcopo Caeciliano causam cum diceret audientibus episcopis Romae, quos ipse petiuerat, nihil eorum quae intenderat potuit probare; et sic remansit in schismate, ut suo gladio moreretur. populus autem ipsius, quando non audit prophetas et euangelium, in quibus apertissime scriptum est ecclesiam Christi per omnes gentes diffusam esse, et audit schismaticos non dei gloriam quaerentes, sed suam, satis significat seruum se esse, non

4 Matth. 7, 2 7 Matth. 26, 52

1 sic] si *B* 3 fuisse] esse *MB* 4 in *pr. om. VL* 5 remitietur *M* remeʃtietur *N* remicietur *S* 6 est *om. B* cottidiana *N* consscissione *G* 7 pertinet etiam *PRMGS*γ*VLWBUN* dixit *PS*γ*VL* 9 siquidem *om.* γ est *ras. V om. L* 10 illa *W* 11 enim] autem *PRMGS*γ*VLWBUN* gladio *semel om. VL* 12 inquit *om. N* 13 litigiʃʃʃ *W* quia *G* 14 despereat *W* mortatur *C* 16 ammonitus *SM*γ*GVLWBUN* 17 hoc *om. B* cum] dum cum *G* 18 ceciliano *WNL* cum *om. GN* 20 scismate *CS*^{2}*VLWN* moiretur *MG*γ*N* 21 audiuit *PMS*γ*VLB* et] nec *S*γ*VL* 23 esse diffusam *PRMGS*γ*VLWBFHUNbd* et *om. N* audiuit *ML* auddit *H* scismaticos *CS*^{2}*WNL* gloriam] grām *W* 24 se seruum *L*

liberum et aurem dexteram se habere praecisam. Petrus enim errans in amore domini seruo, non libero aurem dexteram praecidit. ex quo significat eos, qui gladio schismatis feriuntur, et seruos esse carnalium desideriorum, nondum eductos in libertatem spiritus sancti, ut iam non confidant in homine, et non audire quod dextrum est, id est domini gloriam per catholicam ecclesiam latissime peruagatam, sed audire sinistrum humanae inflationis errorem. sed tamen, cum dominus in euangelio dicat, cum per omnes gentes euangelium fuerit praedicatum, tunc finem esse futurum, quomodo isti dicunt, quod iam ceterae omnes gentes ceciderunt a fide et in sola Donati parte remansit ecclesia, cum manifestum sit, ex quo ista pars ab unitate praecisa est, nonnullas gentes postea credidisse et adhuc esse aliquas, quae nondum crediderunt, quibus cotidie non cessatur euangelium praedicari? quis non miretur esse aliquem, qui se christianum dici uelit et aduersus Christi gloriam tanta inpietate rapiatur, ut audeat dicere omnes populos gentium, qui modo adhuc accedunt ecclesiae dei et in dei filium festinanter credunt, inaniter facere, quia non eos aliquis donatista baptizat? sine dubio ista exsecrarentur homines et eos sine dilatione relinquerent, si Christum quaererent, si ecclesiam diligerent, si liberi essent, si aurem dexteram integram retinerent.

8 cf. Matth. 24, 14

1 aurum L^1 dextram *PMS*γ*VLWBUN* se *om. G* enim] autem *VL* 2 errans] herens *in ras. M* aurem *ex* autem *L* dextram *RMS*γ*VLWUN* 3 scismatis CS^2WN 4 nondum] non *S* educatos (os *s. l.*) *C* edoctos *G* ductos *MHS* 5 libertate *MHB* ut iam] etiam *MBH* confundant *W* no fidant P^1 hominem *C* 6 dexterum *R* 7 sed] et *PRGS*γ*VLWBUN* sinistram *GH* 8 dominus ñr *R* dñs ñ *N* dicat in euangelio *FHbd* 10 futurum esse *L* 11 cetere (*s. fin.* e *add.* a) *C, er. in V* 12 parte donati *WBFHbd* parte *om. G* eclesia (*sic semper*) *C* 14 crediderunt (*supra* u *add.* i) *C* crediderint *MBN* 15 cotidiae *M* cottidie *V*γ meretur *S* 16 aduersum *PS*γ*V* 18 ecclesiam *S* 19 non eos] nos *W* 20 execrarentur *MSW* exsacrarentur *G* execrantur *B* execrentur γ homines] omnes *L* 22 dextram *RVLWBN*γ

XXX. 32. Nec eos audiamus, qui quamuis neminem rebaptizent, praeciderunt se tamen ab unitate et Luciferiani magis dici quam catholici maluerunt. in eo enim, quod intellegunt baptisma Christi non esse repetendum, recte faciunt. sentiunt enim sacramentum sancti lauacri nusquam esse nisi ex catholica ecclesia, sed eam formam secum habere sarmenta praecisa, quam in ipsa uite, antequam praeciderentur, acceperant. hi sunt enim, de quibus apostolus dicit: habentes speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes; est enim magna uirtus pietatis pax et unitas, quia unus est deus. hanc illi non habent, quia praecisi ab unitate sunt. itaque, si qui ex ipsis ad catholicam ueniunt, non iterant speciem pietatis, quam habent, sed accipiunt uirtutem pietatis, quam non habent. nam et amputatos ramos denuo posse inseri, si non permanserint in incredulitate, apertissime apostolus docet. quod cum Luciferiani intellegunt et non rebaptizant, non inprobamus; sed quod autem etiam ipsi praecidi a radice uoluerunt, quis non detestandum esse cognoscat? et ideo maxime, quia hoc eis displicuit in ecclesia catholica, quod uere catholicae sanctitatis est. nusquam enim tam uigere debent uiscera misericordiae quam in catholica ecclesia, ut tamquam uera mater nec peccantibus filiis superbe insultet nec correctis difficile ignoscat. non enim sine causa inter omnes apostolos huius ecclesiae catholicae personam sustinet Petrus; huic enim ecclesiae claues regni caelorum

8 II Tim. 3, 5 15 cf. Rom. 11, 23

3 maluerunt] meruerunt *G* 5 sanctum *B* 6 praecisa sarmenta *G* sacramenta *Mγ* 7 uitę *N* uita *Sγ* acceperunt *PSγ* 8 hi *V* hii *R* 9 autem *om. V* 10 enim] autem *L* 11 deus *om. VL* praecisi sunt *C* 12 ad ipsos *RN* de catholica *RN* iterent G^1 13 specie *N* sed—habent *om. RN* 14 et amputatos] etiam putatos *L* 15 permanserit *M* 17 autem *om. PRMGSγVLWBFHUNbd* 18 a radice *om. G* 20 uerę *V* sanctitatis] ueritatis γ numquam *C* 22 superbiae *L* 23 correptis *WK* dificile *S* 24 apostolos—*136, 20* caeleste *desunt omnia in cod. S* catholicae ecclesiae γ

datae sunt, cum Petro datae sunt. et cum ei dicitur, ad omnes dicitur: amas me? pasce oues meas. debet ergo ecclesia catholica correctis et pietate firmatis filiis libenter ignoscere, cum ipsi Petro personam eius gestanti, et cum in mari titubasset et cum dominum carnaliter a passione reuocasset et cum aurem serui gladio praecidisset et cum ipsum dominum ter negasset et cum in simulationem postea superstitiosam lapsus esset, uideamus ueniam esse concessam eumque correctum atque firmatum usque ad dominicae passionis gloriam peruenisse. itaque post persecutionem, quae per Arrianos haereticos facta erat, posteaquam pax, quam quidem catholica in domino tenet, etiam a principibus saeculi reddita est, episcopi, qui perfidiae Arrianorum in illa persecutione consenserant, multi correcti redire in catholicam delegerunt, damnantes siue quod crediderant siue quod se credisse simulauerant. hos ecclesia catholica materno recepit sinu, tamquam Petrum post fletum negationis per galli cantum admonitum aut tamquam eundem post prauam simulationem Pauli uoce correctum. hanc illi matris caritatem superbe accipientes et inpie reprehendentes, quia Petro post galli cantum surgenti non gratulati sunt, cum lucifero, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

XXXI. 33. Nec eos audiamus, qui negant ecclesiam dei

1 cf. Matth. 16, 19 2 Ioh. 21, 15 4 cf. Matth. 14, 30 5 cf. Matth. 16, 22 6 cf. Matth. 26, 51. 70—74 8 cf. Gal. 2, 7 20 cf. Matth. 26, 75 21 cf. Es. 14, 12

1 cum Petro datae sunt *in mg. app. C, om. WK;* cum Petro datae sunt et *om. G* 3 correptis *G* pietatis *G* 4 ipso *G* 5 et *om. B* dom̄ (ō *s. l.*) *C* 7 simulatione *L* similitudinem *G* superstitiosa *GL* labsus *C* 8 est *W* uenia *N* cumque *W* correptum *GW* 10 qua L^1 quē *W* arianos *PRSFHUbd* 11 catholicam *W* 13 perfidę (*sup.* ę *add.* ia) *C* perfidia GL^1K perfidei *V* arianorum *PRSHUbd* persequutione P_γ perturbatione *MB* consenserunt *W* 14 in] ad *RGN* ℯelegerunt *R* 15 se *om. LBN* credidisse se *G* simulauerunt *VL* 16 recipit *VWU*$_\gamma$ 17 ammonitum *CVWGN*$_\gamma$, (*in mg. L; in textu* cōmonitum) *L* 18 eandem (*sup.* a *add.* u) *C* 19 illa *L* claritatem *VL* superbiæ *L* superbae *B* impiae *B* 22 ꝓęç negant *C*

omnia peccata posse dimittere. itaque miseri, dum in Petro petram non intellegunt et nolunt credere datas ecclesiae claues regni caelorum, ipsi eas de manibus amiserunt. isti sunt, qui uiduas, si nupserint, tamquam adulteras damnant et super doctrinam apostolicam se praedicant esse mundiores: qui nomen suum si uellent agnoscere, mundanos se potius quam mundos uocarent. nolentes enim, si peccauerint, corrigi, nihil aliud elegerunt nisi cum hoc mundo damnari. nam quibus ueniam peccatorum negant, non eos aliqua sanitate custodiunt, sed aegris subtrahunt medicinam; et uiduas suas uri cogunt, quas nubere non permittunt. non enim prudentiores habendi sunt quam Paulus apostolus, qui ait: malo eas nubere quam uri.

XXXII. 34. Nec eos audiamus, qui carnis resurrectionem futuram negant et commemorant, quod ait apostolus Paulus: caro et sanguis regnum dei non possidebunt, non intellegentes, quod ipse dicit apostolus: oportet corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere inmortalitatem. cum enim hoc factum fuerit, iam non erit caro et sanguis, sed caeleste corpus. quod et dominus promittit, cum dicit: neque nubent neque uxores ducent, sed erunt aequales angelis dei. non enim iam hominibus, sed deo uiuent, cum aequales angelis facti fuerint. inmutabitur ergo caro et sanguis et fiet corpus caeleste et angelicum; et mortui enim resurgent incorrupti,

3 cf. I Tim. 5, 14 12 I Cor. 7, 9 16 I Cor. 15, 50. 53 20 cf. Retract. II c. 3 21 Matth. 22, 30 25 I Cor. 15, 52

1 miseri *post* Petro *legitur in L* 3 eas de] easdem *G* ammiserunt *G* 4 uiduis γ si *om. L, in mg. app.* que nubserint *CN* 5 se *om. M* 6 se *om. VL* 7 mundo suo carent *W* 8 delegerunt *WN* 9 sanctitate *MHB* 10 egris C^1N eis $VL\gamma$ 12 apostolus *om. M* ait: malo] maluit *bd* ait mala B^1 13 *uri *N* 15 futuram *om. RN* apostolus paulus ait *L* Paulus *om. W* 17 idem ipse *L* apostolus dicit *N* dicit] idem ait *V* ait *L* 20 corpus *om. W* quod (o *ex* i) *C* 21 cum dicit] dicens *H* 22 equales C^1 dei *om. NR* enim iam] quam *corr. in* quia *G* 23 iam *om. B* 25 resurgunt *G*

et nos inmutabimur, ut et illud uerum sit, quod resurget caro, et illud uerum sit, quod caro et sanguis regnum dei non possidebit.

XXXIII. 35. Ista fidei simplicitate et sinceritate lactati nutriamur in Christo et, cum paruuli sumus, maiorum cibos non adpetamus, sed nutrimentis saluberrimis crescamus in Christo accedentibus bonis moribus et christiana iustitia, in qua est caritas dei et proximi perfecta et firmata, ut unusquisque nostrum de diabolo inimico et angelis eius triumphet in semet ipso in Christo, quem induit, quia perfecta caritas nec cupiditatem habet saeculi nec timorem saeculi, id est nec cupiditatem, ut adquirat res temporales, nec timorem, ne amittat res temporales. per quas duas ianuas intrat et regnat inimicus, qui primo dei timore, deinde caritate pellendus est. debemus itaque tanto auidius adpetere apertissimam et euidentissimam cognitionem ueritatis, quanto nos uidemus in caritate proficere et eius simplicitate cor habere mundatum, quia ipso interiore oculo uidetur ueritas — beati enim mundo corde, inquit, quia ipsi deum uidebunt — ut in caritate radicati et fundati praeualeamus comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum, scire etiam super-

2 I Cor. 15, 50 9 cf. Col. 2, 15 18 Matth. 5, 8 19 cf. Ephes. 3, 17—19

1 et *alt. om.* γ illum *VL*¹ resurget—quod *om. GBF* 2 caro *pr. om. MH* 3 possidebunt *WMBHLbd* 4 fidei] fieri *W* lactanti *B* 5 et—Christo *om.* γ cum *om. VL* simus *VL*²*R*² 6 appetimus *W* 7 moribus bonis *G* cristiana *C*¹ 8 ut *om. W* 9 et inimico *MHB* 10 karitas *MH* 13 amittat res temporales] perdat ea quae peritura cum mundo sunt *RN* 14 deinde] et *G* 15 auidi *H* appetissimam *M* 16 cogitationem *PL* •ercitationē (*supra* • *appos.* x, r *s. l.*) *S* ueritatem *L* karitate *MH* 17 proficere *s. l. C* mundatum habere *H* in ipso *PSγVMF* 18 beate *C* enim] ergo *CMHB om. WL* mundicordes *PSγVLBHU* mundocordes *C* mundi corde *M* 19 inquit *om. B* ipso *G*¹ karitate *MH* 20 et fundati *om. G* compraehendere *CM* cūprehendere *F* 21 et longitudo *s. l. N* 22 et altitudo] sublimitas *B om. G* superimminentem *C*¹

eminentem scientiam caritatis Christi, ut impleamur in omnem plenitudinem dei et post ista cum inuisibili hoste certamina, quoniam uolentibus et amantibus iugum Christi lene est et sarcina eius leuis, coronam uictoriae mereamur.

4 cf. Matth. 11, 30

3 oste C^1 4 xpi quod *G* lene] leue ***MHLBF***^{1} *om. W* est *om. W* corona *R* 5 mereamur aṁ *PGS*γ Explicit de agone xpiano. incipit de doctrina xpiana episcopi augustini ecclesiae catholicae liber 1 amen *fol. 106*^{a} *C* Explicit de agone christiano Incipit sermo I de uita et moribus clericorum suorum ad ipsos *P* Explicit liber Aureli Augustini de agone christiano *R* Explicit de agone christiano Augustini epi liber unus *fol. 141*^{b} *M*, *fol. 18*^{a} *B* Explicit de agone. Inc exptio simboli sci rufini *G* Explicit de agone christiano *fol. 157*^{a} *S*, *fol. 125*^{a} γ, *fol. 94 V*, *fol. 33*^{a} *W* Explicit liber Aurelii Augustini de agone christiano *fol. 111*^{a} *F*, *fol. 16*^{a} *H* Explicit *fol. 69 N* Explicit liber sci Augustini de agone christiano *fol. 94*^{b} *U* Finit feliciter dō gratias amen *fol. 12*^{a} *L*

IIII.

S. Aureli Augustini

de continentia.

T = codex Treuericus 160 s. VIIII.
M = codex Montepessulanus 407 s. X.
A = codex Metensis s. Arnulphi 229 s. XI.
D = codex Diuiodunensis 148 s. XI.
Ch = codex qui in urbe Charleville asseruatur n. 21 s. XI.
C = codex Monacensis 17055 s. XII.
B = codex Bruxellensis s. XII.
X = codex Trecensis 1002 s. XII.
R = codex Remensis 2033 s. XIII.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1686.

IIII.

DE CONTINENTIA.

I. 1. De uirtute animae, quae continentia nominatur, satis conuenienter et digne disputare difficile est; sed exiguitatem nostram sub tanti ponderis sarcina ille, cuius haec uirtus magnum munus est, adiuuabit. nam qui eam donat continentibus fidelibus suis, ipse dat sermonem de illa loquentibus ministris suis. denique de re tanta quod ipse dederit locuturi dei donum esse continentiam primum dicimus et probamus. in libro Sapientiae scriptum habemus, nisi deus det, continentem esse neminem posse; dominus de ipsa maiore et gloriosiore continentia, quae coniugali uinculo continetur, ait: non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est. et quoniam ipsa quoque castitas coniugalis nisi contineatur ab inlicito concubitu, non potest custodiri, utrumque apostolus dei donum esse praedicauit, cum de uita utraque, id est et coniugali et ea, quae est sine coniugio, loqueretur dicens: uellem omnes homines sic esse sicut me ipsum;

10 Sap. 8, 21 12 Matth. 19, 11 18 I Cor. 7, 7

2 Incipit tractatus sancti Augustini epi de continentia *T* Incipit tractatus beati Augustini de continentia *fol. 69ᵃ M, A* Incipit liber sci Augustini epi de continentia *fol. 105ᵃ D* Incipit tractatus sci Augustini de continentia *Ch* Incipit liber Augustini epi de continentia animę *fol. 92ᵇ C* Incipit liber eiusdem de continentia *fol. 90ᵃ X* Incipit tractatus eiusdem de continentia *fol. 197ᵇ R* 6 est munus *C* 8 tanta *in mg. m. 2 A* 9 esse primum dicimus continentiam *R* dicimus dicimus *T* 10 scribtum TB^1 dederit *DX* 11 neminem esse *Ch* dominus autem *DXd* 12 quae *TRC:* qua *MADChBXd* a coniugali *d* coniugale uinculum D^2 non continetur *C* contemnitur D^2 14 quoque *post* nisi *legitur in DX* 16 donum dei *MADChBCXRd* 18 memet *D*

sed unusquisque proprium donum habet a deo, alius sic, alius autem sic.

2. Et ne in sola inferiorum partium carnis libidine continentia necessaria uideatur a domino speranda, etiam in psalmo canitur: pone, domine, custodiam ori meo et ostium continentiae circum labia mea. in hoc autem diuini eloquii testimonio si os intellegamus, sicut intellegere debemus, ibi posita continentia quantum sit dei munus agnoscimus. parum est quippe os corporis continere, ne aliquid inde quod non expedit per sonum uocis erumpat; intus est os cordis, ubi sibi custodiam et ostium continentiae poni desiderauit a domino, qui uerba illa dixit nobisque dicenda conscripsit. multa enim corporis ore non dicimus et corde clamamus; nullum autem procedit rei alicuius ex ore corporis uerbum, cuius est in corde silentium. inde igitur quod non emanat, foris non sonat; quod uero emanat inde, si malum est, etsi non moueat linguam, inquinat animam. ibi ergo ponenda est continentia, ubi et tacentium loquitur conscientia. fit enim per ostium continentiae, ut inde non exeat, quod etiam clausis labiis carnis uitam polluat cogitantis.

II. 3. Denique ut apertius os interius, quod per illa uerba significauit, ostenderet, cum dixisset: pone, domine, custodiam ori meo et ostium continentiae circum labia mea, continuo subdidit: ne declines cor meum in uerba maligna. declinatio cordis quid est nisi consensio? nondum enim dixit, quisquis in corde occurrentibus suggestionibus quorumque uisorum nulla cordis declinatione consensit. si

5 Ps. 140, 3 22 Ps. 140, 3. 4

3 parcium *M* 4 uideretur *MADChBCXRd* 6 hostium *DX* circum *om. C* labiis meis *C* 7 os] oms *C* 10 os est *DX* est enim *d* 11 hostium *TDX* 13 conscribsit *T* corda *M* 14 clamemus (*s.* e *add.* a) *A* proced••it *M* ex] et *M* 16 sonat] sunt MA^1 est *X* sonat *in ras. D* 17 ibi est *D* 18 est *om. DC* 19 non inde *MADChBXRd* non exinde *C* 20 ꝑ uitam *T* 22 ꝓstium custodiam *T* 23 hostium *D* 24 nec *B* non *A*

autem consensit, iam corde dixit, etiamsi ore non sonuit; etiamsi manu uel qualibet corporis parte non fecit, quod tamen cogitatione faciendum sibi esse iam statuit, diuinis legibus reus quamuis humanis absconditus sensibus uerbo in corde dicto nullo facto per corpus admisso. nequaquam uero membrum foris mouisset in facto, cuius facti initium non intus praecessisset in uerbo. neque enim mendaciter scriptum est: initium omnis operis uerbum. multa quippe homines faciunt ore clauso, quieta lingua, uoce frenata; sed tamen nihil agunt corporis opere, quod non prius dixerint in corde. ac per hoc quoniam multa sunt peccata in interioribus dictis, quae non sunt in exterioribus factis, nulla sunt autem in exterioribus factis, quae non praecedant in interioribus dictis: erit ab utrisque puritas innocentiae, si circum interiora labia ponatur ostium continentiae.

4. Propter quod etiam ipse ore proprio dominus ait: mundate quae intus sunt, et quae foris sunt munda erunt. itemque alio loco cum iudaeorum stultiloquia refutaret, quia calumniabantur discipulis eius non lotis manibus manducantibus, non quod intrat in os, inquit, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. quae sententia si tota de ore corporis accipiatur, absurda est. neque enim quem non coinquinat cibus, coinquinat uomitus. cibus quippe in os intrat, uomitus ex ore procedit. sed procul dubio priora uerba pertinent ad os carnis,

16 cf. Matth. 23, 26 20 Matth. 15, 11

2 qualibet] qua *MACh* aliqua *C* quod tamen] fecit tamen quod *bd* 3 esse sibi *C* 4 sensibus absconditus *d* 5 amisso *TMAChB* 6 mouisset] misisset *Ch* 8 omnis *T* omnes homines *C* 10 nichil (*semper fere* ch) *CR* in *om. C* 11 quoniam *om. C* 12 autem *om. AChC* 13 procedant *MX* praecedunt *Ch* in] de *DX* exterioribus *Ch* 15 hostium *D* 16 ait] dicit *C* 19 calumpniabantur *DC* 22 accipiatur (*alt.* a *s. l.*) *T* 23 absurdum (*s.* um *add.* a) *T* absurdissima *DX* inquinat *T* quoinquinat *M* quoinquinat *M* 24 uomitus autem ex *DX* 25 priora] propria *ACh* ad os carnis pertinent (*hoc ordine in mg.*) *T*

ubi ait: non quod intrat in os, coinquinat hominem; posteriora uero ad os cordis, ubi ait: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. denique cum ab illo apostolus Petrus ueluti parabolae huius expositionem exquireret, ille respondit: adhuc et uos sine intellectu estis? non intellegitis, quia omne quod in os intrat, in uentrem uadit et in secessum emittitur? hic certe in quod intrat cibus os carnis agnoscimus. in his uero, quae adiungit, ut agnosceremus os cordis, non sequeretur nostri tarditas cordis, nisi et cum tardis ambulare ueritas dignaretur. ait enim: quae autem de ore procedunt, de corde exeunt, tamquam diceret: cum audis de ore, de corde intellege. utrumque dico; sed alterum ex altero expono. habet os interius homo interior, et hoc discernit auris interior; de hoc ore quae procedunt, de corde exeunt, et ea coinquinant hominem. deinde iam relicti oris nomine, quod potest et de corpore intellegi, apertius quid dicat ostendit. de corde enim exeunt, inquit, cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae. haec sunt quae coinquinant hominem. nihil est certe istorum malorum, quae perpetrari etiam membris corporis possunt, quod cogitatio non antecedat mala et coinquinet hominem, etiamsi aliquid inpediat, ne subsequantur opera flagitiosa et facinorosa membrorum. si enim potestas non

5 Matth. 15, 16. 17 11 Matth. 15, 18 17 Matth. 15, 19. 20

1 ait *om. C* quoinquinat *M* 2 posteriora—hominem *om. ACh* uero] autem *C* 3 inquinat *B* 4 expositionem uelut parabolae huius *MADChBCXRbd* 5 ille *om. D* responderet *C* 6 os *B* 7 hi *A* 9 ut *om. R* agnoscimus *R* non] ne non *TMAChBC* 10 nisi *semier. in Ch* ueritas ambulare *DX* 11 adhuc enim ait *DX* enim *om. C* procedunt de ore *MADChBCXRd* 12 exeunt—corde *om. C* 13 utrumquae *M* 15 quae *om. T* ea] ea quę *ACh* 16 relicto *CRbd* 17 enim *om. C* 18 inquid *AChC* 20 nichil *D* est *om. R* 22 possunt (pos *add. m. 2*) *A* sunt *M* coinquinat *ACh* 23 non *C* 24 et flagitiosa *MDX* facinerosa B^1 sarcinerosa *M* enim] enim quia *DXbd*

datur, uacat manus ab hominis interfectione, numquid ideo mundum est ab scelere cor homicidae? aut si rem subripere alienam non ut quis uult potest, numquid ideo in ipsa uoluntate fur non est? aut si casta est, quam uult adulterare non castus, ideo eam non est in corde moechatus? aut si meretrix non inueniatur in fornice, ideo qui eam quaerit, non fornicatur in mente? aut si cupienti per mendacium laedere proximum tempus uel locus desit, ideo falsum testimonium non ore interiore iam dixit? aut si quisquam homines timens lingua carnis non audeat sonare blasphemiam, ideo non est huius criminis reus, qui dicit in corde suo: non est deus? ita cetera mala facta hominum, quae nullus agit corporis motus, quae nescit ullus corporis sensus, reos suos occultos habent, quos etiam solus inquinat in cogitatione consensus, id est interioris uerbum malignum. in quod timens ille declinari cor suum ostium continentiae circum labia oris huius poni poscit a domino, quod contineat cor, ne diclinetur in uerba maligna, contineat autem non sinendo cogitationem procedere in consensionem; sic enim secundum praeceptum apostolicum non regnat peccatum in nostro mortali corpore neque exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato. a quo praecepto inplendo alieni sunt utique, qui ob hoc ad peccandum membra non mouent, quia potestas nulla permittitur: quae si adsit, protinus ex membrorum uelut armorum motibus, quis in eis intus regnet, ostendunt. proinde quantum in ipsis est, membra sua exhibent arma iniquitatis

11 Ps. 13, 1 20 cf. Rom. 6, 12. 13

1 ab *s. l. T, A²ChCd:* ad *MA¹DBXR* interfectionem *MDBXR* ideo *om. ACh* 2 ab scelere] abscedere *Ch* 5 eam ideo *ACh* eam *om. C* cord‸e *A* mechatus *ADChC* 6 fornicae *TB¹* 8 deest *DX* 10 non audeat lingua carnis *MADChBCXRd* 11 huius *om. R* 12 facta *add. m. 2 D* nullus *s. l. T om. D* ait *TM* 13 ullos *MB* 15 interioris] oris interioris *d* interioris hominis *DChC* quo *MAChCD²* 16 horis *C* 17 quę *MAChC* 21 exhibebimus *DCh* 22 utique alieni sunt *MADChBCXRd* 24 quae si adsit *in mg. T* si‸ *Ch* assit *DC* 25 intus *om. R* 26 menbra (*sic plerumque*) *Ch*

peccato, quia hoc uolunt, quod propterea non exhibent, quia non possunt.

5. Ac per hoc illa, quae in genitalibus membris pudicitia refrenatis solet maxime ac proprie continentia nominari, nulla transgressione uiolatur, si superior continentia, de qua iam diu loquimur, in corde seruetur. propterea dominus cum dixisset: de corde enim exeunt cogitationes malae, deinde qūid pertineat ad cogitationes malas secutus adiunxit: homicidia, adulteria et cetera. nec dixit omnia; sed quibusdam exempli gratia nominatis et alia intellegenda commonuit. quorum nihil est, quod fieri possit, si mala cogitatio non praecesserit, qua intus instituitur quod foris agitur; et ex cordis ore procedens iam coinquinat hominem, etiamsi nulla facultate permissa foris per membra corporis non agatur. posito igitur ostio continentiae in ore cordis, unde cuncta exeunt, quae coinquinant hominem, si nil tale inde permittatur exire, sequitur munditia, qua possit iam gaudere conscientia, quamuis nondum sit illa perfectio, ubi non luctabitur cum uitio continentia. nunc autem quamdiu caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, sat est nobis non consentire malis, quae sentimus in nobis. cum autem fit ista consensio, tunc exit ex ore cordis quod coinquinat hominem. cum uero per continentiam consensio non tenetur, malum concupiscentiae carnalis, contra quod pugnat concupiscentia spiritalis, nocere non sinitur.

III. 6. Sed aliud est bene pugnare, quod nunc est, quando

7 Matth. 15, 19 19 cf. Gal. 5, 17

1 quod] qui *AChBCRD*^{1} 3 in *om. BD*^{2}*bd* membra *D* 4 propriae *M* 5 superiora *T* superba *M* 8 secutus *om. C* 9 neque *C* 10 alia] talia *MADChX* 12 instatuitur *M* ore cordis *Cd* ore] opere *T* procedens *om. C* 13 promissa *TMA*^{1}*B* 14 hostio *D* 15 incoinquinant *A* 16 nihil *MDChX* nichil *C* 18 continentia cum uitio *DX* 19 concupiscit caro *Rd* 20 spiritus autem *T* satis *C* 21 autem] enim *MADChBCXR* 22 exiit *C* 23 concupiscentiae] conscientia *MA*^{1} conscientiae *A*^{2}*D*^{2}*ChBCX* 24 spiritualis *D*

mortis contentioni resistitur, aliud aduersarium non habere, quod tunc erit, quando mors nouissima inimica destruetur. nam et ipsa continentia, cum frenat cohibetque libidines, simul et adpetit bonum, ad cuius inmortalitatem tendimus, et respuit malum, cum quo in hac mortalitate contendimus. illius quippe amatrix et spectatrix, huius uero et hostis et testis est, et decus adpetens et dedecus fugiens. non utique in cupiditatibus frenandis continentia laboraret, si nihil nos contra quod deceret liberet, si nihil nostrae bonae uoluntati ex mala concupiscentia repugnaret. clamat apostolus, scio, inquit, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. uelle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. nunc enim fieri bonum potest, ut malae concupiscentiae non consentiatur; perficietur autem bonum, quando ipsa mala concupiscientia finietur. itemque idem doctor gentium clamat: condelector legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae.

7. Hanc pugnam non experiuntur in se ipsis nisi bellatores uirtutum debellatoresque uitiorum; non expugnat concupiscentiae malum nisi continentiae bonum. sunt autem, qui legem dei omnino nescientes malas concupiscentias nec in hostibus deputant eisque miserabili caecitate seruientes insuper etiam beatos se putant satiando eas potius quam domando. qui uero per legem cognouerunt eas — per legem enim cognitio

1 cf. I Cor. 15, 55. 26 10 Rom. 7, 18 16 Rom. 7, 22. 23 25 Rom. 3, 20

1 contentioni mortis *DX* continentione *T* contentione *MAChB* 6 peccatrix *BR* p̄dicatrix D^2 et decus] et decus enim *TMDX* est decus enim *R* et decus eius *C* et decus est (est *s. l.*) enim *B* et decus** (enim *er.*) *ACh* 8 nos—nihil *in mg. add. m. 2 A* contra nos *C* 9 docet D^1 doceret *X* decet D^2 contenderet *Cb* liberet *in ras. D* detineret *Cb* 10 repugnare *TM* lamat *T* 12 nā uelle *C* enim *om. C* 13 enim] autem *ACh* potest bonum *R* 16 cumdelector *M* 19 semetipsis *Cd* 20 non] nec *MDChXRd* concupiscentiæ *T* 22 maljs (*s.* j *add.* a) *M* 23 eis *C* 24 saciando *DChCX*

peccati, et, concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces — et earum tamen oppugnatione uincuntur, quia sub lege uiuunt, qua iubetur quod bonum est, non et datur, non uiuunt sub gratia, quae dat per spiritum sanctum quod per legem iubetur: his ideo subintrauit lex, ut in eis abundaret delictum. auxit prohibitio concupiscentiam eamque fecit inuictam, ut accederet praeuaricatio, quae sine lege non fuit, etiamsi peccatum fuit; ubi enim non est lex nec praeuaricatio. ita lex gratia non iuuante prohibens peccatum uirtus est insuper facti peccati. unde ait apostolus: uirtus peccati lex. nec mirandum est, quod infirmitas humana etiam de lege bona uires malo addidit, dum ad ipsam legem faciendam de suis uiribus fidit; ignorans quippe dei iustitiam, quam dat infirmo, et suam uolens constituere, qua caret infirmus, iustitiae dei non est subiectus reprobus et superbus. si autem lex factum praeuaricatorem, tamquam ad hoc grauius uulneratum, ut desideret medicum, tamquam paedagogus perducit ad gratiam, contra suauitatem noxiam, qua uincebat concupiscentia, dominus dat suauitatem beneficam, qua delectetur amplius continentia, et terra nostra dat fructum suum, quo pascitur miles, qui debellat deo iuuante peccatum.

8. Tales milites apostolica tuba isto sonitu accendit in proelium. non ergo regnet, inquit, peccatum in uestro

1 Rom. 7, 7 5 cf. Rom. 5, 20 11 I Cor. 15, 56 14 cf. Rom. 10, 3 20 cf. Ps. 84, 13 24 Rom. 6, 12—14

1 concupiscentia *C* inquid (*semper* d) *C* 3 qui *MAChBX om. D* qua] quia *T* 4 non et datur *del. assig. Ch* et *ex* ut *A* da*tur *A* sed non *Ch* et uiuunt *C* 5 *pr.* per *s. l. m. 2 A* 6 habundaret *MACh* 7 eamque] quae *T* eam quã *Ch* inuictam fecit *DX* 8 non fuit *fin. R* 9 *fin.* lege MA^1 legem *X* non iuuante gratia *Ch* 10 insuper facti] semper *C* super *MAX* facta D^2d 12 est *om. T* humana infirmitas *MADChBCXRd* 14 dei *om.* A^1 dat deus *C* 15 construere *T* 18 pydagogus A^1 perducat *D* mittit *C* 20 delectet D^2d 21 da**t *T* 22 delet *AChX* delat *M* 23 milites *om. DX* accedi *M* accedit *T* 24 plium *AC*

mortali corpore ad oboediendum desideriis eius, neque exhibueritis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos deo tamquam ex mortuis uiuentes et membra uestra arma iustitiae deo. peccatum enim uobis non dominabitur; non enim estis sub lege sed sub gratia. et alio loco. ergo inquit, fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. si enim secundum carnem uixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. quot-quot enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. id ergo nunc agitur, quamdiu est mortalis haec uita nostra sub gratia, ne peccatum, id est concupiscentia peccati — hanc enim hoc loco peccati nomine appellat — regnet in nostro mortali corpore. tunc autem regnare ostenditur, si desideriis eius oboeditur. est ergo in nobis peccati concupiscentia, quae non est permittenda regnare; sunt eius desideria, quibus non est oboediendum, ne oboedientibus regnet. propter quod membra nostra non sibi usurpet concupiscentia, sed sibi uindicet continentia, ut sint arma iustitiae deo, ne sint arma iniquitatis peccato; sic enim nobis peccatum non dominabitur. non enim sumus sub lege bonum quidem iubente, non tamen dante, sed sumus sub gratia, quae id quod lex iubet faciens nos amare potest liberis imperare.

9. Itemque cum hortatur, ut non secundum carnem uiuamus, ne moriamur, sed spiritu facta carnis mortificemus, ut uiuamus, tuba utique canit, bellum, in quo uersamur,

6 Rom. 8, 12—14

2 ut exibueritis *M* exibueritis *ChR* membra *Ch* 3 exibete *MR* mortuis *ex* mortis *A* 4 uestra *om. D* 5 enim uos *R* sub lege estis *DX* 6 in loco *C* 8 carnem *om. A*¹ 9 spiritu *om. C* quod-quod *C* 10 hii *TDBCX* 11 quandiu (*semper* n) *R* nostra *om. C* 13 hoc loco *om. C* regnat *A*¹ 15 obeditur *R* 17 ne] nec *XD*¹ 18 sed *om. MACh* sibi *Ch* uendicat *DCXR* 19 nec *RD*¹ iniquitatis arma *AChBRd* 20 si *TA*¹ non dominabitur peccatum *T* enim sub lege sumus sed sub gratia. non sumus sub lege *sqq. DX* 21 tamen] autem *C* 22 iubet lex *T* nos *om. MAD*¹*ChCX* 23 liberi's *M* 24 cum *om. C* 26 itaque *T* canit] quae canit *D*²*bd*

ostendit et, ut acriter dimicemus et hostes nostros mortificemus, ne ab eis mortificemur, accendit. qui sint uero isti hostes, satis euidenter expressit. quos enim a nobis mortificari uoluit, ipsi sunt, opera scilicet carnis. sic enim ait: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. et ista quae sint ut sciamus, eundem itidem audiamus scribentem ad Galatas et dicentem: manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, inmunditiae, luxuriae, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comessationes et his similia, quae praedico uobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. ipsum enim etiam ibi bellum, ut haec diceret, ostendebat et ad hos hostes mortificandos eadem caelesti et spiritali tuba Christi milites excitabat. supra enim dixerat: dico autem, spiritu ambulate et desideria carnis ne feceritis. caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. haec enim sibi inuicem aduersantur, ut non ea quae uultis faciatis. quodsi spiritu ducimini, non estis sub lege. ergo sub gratia constitutos uult istum aduersus opera carnis habere conflictum. et haec opera carnis ut demonstraret, adiunxit, quae supra commemoraui: manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt forni-

4 Rom. 8, 13 7 Gal. 5, 19—21 16 Gal. 5, 16—18 24 Gal. 5, 19

1 ostenditque *X* et *om.* *TMA*^{1}*Ch*^{1}*BCX*, *er. in D* ut *om.* *TM*^{1}*A*^{1}*Ch*^{1}*BC*, *er. in D* 2 accendit *om. C er. in D* 3 expressit] ostendit *DX* uoluit mortificari *Cbd* 4 scilicet opera *Rd* uidelicet opera *ChA* autem] enim *T* 6 ad galatas scribentem *Cd* 7 galathas *DX* sunt autem *Rd* 8 luxoriae *MB*^{1} 10 emulationes *MR* hereses *TAM* 11 ebritates *T* commessationes *TMChB* 13 bellum etiam ibi *C* 14 hos *om. C* 16 superius *DX* 17 non *DChX* perficietis *DChX* perfeceritis *Rd* 19 inuicem sibi *DC* sibi *om.* *MAChBXRd* 20 ea *om. C* quaecumque *C* illa faciatis *C* si *om. C* 22 et ut *DX*

cationes et cetera, siue quae commemorauit siue quae intellegenda commonuit, maxime adiciens: et his similia. denique in hoc proelio aduersus carnalem quodam modo exercitum uelut aliam producens aciem spiritalem, fructus autem spiritus est, inquit, caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia; aduersus huius modi non est lex. non ait 'aduersus haec', ne sola esse putarentur — quamuis et si hoc diceret, omnia debuimus intellegere, quae eiusdem generis bona cogitare possemus — sed ait: aduersus huius modi, et haec scilicet et quaecumque similia. uerumtamen quod in eis bonis, quae commemorauit, loco ultimo posuit continentiam, de qua nunc disputare suscepimus et propter quam multa iam diximus, praecipue uoluit eam nostris mentibus inhaerere. ipsa quippe in hoc bello ualet plurimum, in quo aduersus carnem spiritus concupiscit, quoniam ipsas carnis concupiscentias quodam modo crucifigit. unde cum haec dixisset apostolus, continuo subiecit: qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus et concupiscentiis. haec est actio continentiae, sic opera carnis mortificantur. mortificant uero eos, quos deficientes a continentia ad consensionem perpetrandorum talium operum trahit concupiscentia.

IIII. 10. Vt autem a continentia non deficiamus, aduersus illas diabolicarum suggestionum insidias praecipue uigilare

4 Gal. 5, 22. 23 18 Gal. 5, 24

2 adicies A^1M^1 4 uelud A 5 longanitas T longaminitas C 6 bonitas benignitas DX 8 ne. R putarentur esse DX putaretur T 9 debuimus—quae *om.* DX debuimus *ex* debemus T deberemus Bd intelliere T bona quae cogitare potuimus intellegere debuimus DX 10 et haec] ñ ē lex et haec T 11 ueruntamen C 12 ultimo loco Cbd 13 cepimus C 14 mentibus] sensibus C 15 qua $MAChB$ 17 apostolu A^1 18 subgecit A^1 19 suam *om.* AB^1 passionibus] uiciis C 20 si $AChC$ mortificentur D 21 deficiente C a *om.* $MADCh^1BCXR$ 22 consesonem A^1 confessionem M talium operum perpetrandorum DX 25 praecipue *ante* diabolicarum *leg. in* $MADChBCXRbd$

debemus, ne de nostris uiribus praesumamus; maledictus enim omnis qui spem suam ponit in homine. et quis est iste nisi homo? non potest ergo ueraciter dicere non se spem ponere in homine, qui eam ponit in se. nam et hoc, secundum hominem uiuere, quid est nisi secundum carnem uiuere? audiat ergo, qui tali suggestione temptatur, et, si ullus ei christianus inest sensus, contremescat, audiat, inquam: si secundum carnem uixeritis, moriemini.

11. Sed quispiam dicturus est mihi aliud esse secundum hominem uiuere, aliud secundum carnem uiuere: quia uidelicet homo rationalis creatura est et in eo rationalis est animus, quo distat a pecore; caro autem est infirma et terrena pars hominis et ideo secundum eam uiuere uitiosum est. propter quod ille, qui secundum hominem uiuit, non utique secundum carnem, sed potius secundum eam partem hominis uiuit, qua homo est, hoc est secundum spiritum mentis, quo pecoribus praeeminet. uerum haec disputatio ualet fortassis aliquid in scholis philosophorum; nos autem ut intellegamus apostolum Christi, libri christiani quemadmodum loqui soleant debemus aduertere. fides certe omnium nostrum est, ut Christus ueniret, hominem a uerbo dei adsumptum, non utique sine anima rationali, sicut quidam

1 Hier. 17, 5 7 Rom. 8, 13

1 ne] et non *RB*^{2} 2 hominem *T* 3 est ḥọmọ *A* ipse homo *C* 7 sensus est *MADChBCXRd* contremiscat *B*^{2}*DCh*^{2}*CXRd* audiant *D* audiã *C* inquam omnes *DX* 10 uiuere *om. MADChBCXRd* uiuere *fin. om. R* homo uidelicet *MADChBCXRd* 11 est creatura *DX* 12 qui *Ch* est *om. C* infima *d* 13 uitiosum—uiuit *om. C* 16 quia *T* spiritum *om. D*^{1} 17 praeeminet pecoribus *D* praeeminet pecoribus *X* praeeminetur *T* praeminet *ChBCR* 18 aliquid forte *DX* scolis *TMDCX* 19 uti *T* quemammodum *ACh* 20 omnino omnium *X* 21 nostrum xps est *AChX* ut xps ueniret *TBR:* ut xps uenerit (*in ras. m. 2*) *D* uixit autem et ipse *X* xpm uere *M* ụiụęręt (*s. l. m. 2* credamus) *Ch* uiueret *A* quibus xps uiuere est *Cbd* et hominem *TACh* secundum hominem *X* et ho (*spat. uac.*) *D* 22 rationabili *A*

haeretici uolunt, et tamen legimus: uerbum caro factum est et habitauit in nobis. quid hic caro intellegenda est nisi homo? et uidebit omnis caro salutare dei, quid potest intellegi nisi omnis homo? ad te omnis caro ueniet, quid est nisi omnis homo? dedisti ei potestatem omnis carnis, quid est nisi omnis hominis? ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, quid est nisi nullus iustificabitur homo? quod idem apostolus alibi manifestius exprimens, non, inquit, iustificabitur homo ex operibus legis. Corinthios quoque increpat dicens: nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? cum carnales eos dixisset, non ait 'secundum carnem ambulatis', sed: secundum hominem, quia et hoc quid uoluit intellegi nisi secundum carnem? nam utique si culpabiliter quidem secundum carnem, laudabiliter autem secundum hominem ambularetur, id est uiueretur, non exprobrans diceret: secundum hominem ambulatis. agnoscat homo obprobrium, mutet propositum, uitet interitum. audi, homo; noli secundum hominem ambulare, sed secundum eum, qui fecit hominem; ab eo, qui fecit te, noli deficere nec ad te. homo enim dicebat, qui tamen non secundum hominem uiuebat: non quia idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. uide, si secundum hominem uiuebat, qui ueraciter ista dicebat. admonens ergo apostolus hominem, ne uiuat secundum hominem, homi-

1 Ioh. 1, 14 3 Luc. 3, 6 4 Ps. 64, 3 5 Ioh. 17, 2 6 Rom. 3, 20 9 Gal. 2, 16 10 I Cor. 3, 3 21 II Cor. 3, 5

2 et habitauit in nobis *om. MADChBCXRbd* 4 ad—homo *om. ACh, in mg. M* 5 omnis *pr. om. R* 6 nisi *om. T* 7 caro—iustificabitur *om. Ch* 8 exprimens manifestius *Cd* 10 chorintheos B^1 11 hominem] carnem *T* 12 dixisset] appellat *C* 14 nam] quia *DX* 16 exprobans *T om. R* 17 agnoscat] audiat *R* opprobrium *DBChd* 18 ambulare secundum hominem *MADChBCXRd* 20 nec] hęc *C* te o homo *C* 22 aliquid cogitare *T* 24 ista ueraciter *DX* ammonens *ADChX* 25 *fin.* hominem non hominem *TMAChBXR* hominem noīe hominem *D*

nem deo reddit. qui autem uiuit non secundum hominem, sed secundum deum, profecto non uiuit etiam secundum se ipsum, quia homo est et ipse. sed ideo dicitur etiam secundum carnem uiuere, cum ita uiuit, quia et carne sola nominata intellegitur homo, quod iam ostendimus. sicut sola anima nominata intellegitur homo; unde dictum est: omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, id est omnis homo, et: septuaginta quinque animae descenderunt in Aegyptum cum Iacob, id est septuaginta quinque homines. noli ergo uiuere secundum te ipsum, o homo; inde perieras, sed quaesitus es. noli, inquam, uiuere secundum te ipsum; si perieras, inuentus es. noli carnis accusare naturam, quando audis: si secundum carnem uixeritis, moriemini. sic enim dici potuit et uerissime potuit: si secundum uos uixeritis, moriemini. nam diabolus non habet carnem et tamen, quia secundum se ipsum uiuere uoluit, in ueritate non stetit. quid ergo mirum, si secundum se ipsum uiuens, cum loquitur mendacium, de suo loquitur? quod uerum de illo ueritas dixit.

V. 12. Cum ergo audis: peccatum uobis non dominabitur, noli de te fidere, ut peccatum non dominetur, sed de illo, cui dicit orans quidam sanctus: itinera mea dirige secundum uerbum tuum, et non dominetur mihi omnis

6 Rom. 13, 1 8 Gen. 46, 27 13 Rom. 8, 13 16 Ioh. 8, 44 20 Rom. 6, 14 22 Ps. 118, 133

1 non uiuit *MADChBCXRd* 5 quod—homo *om. C in mg. M* 6 dictum est] dicitur *DX* omnis—est *in mg. T* 7 potestatibus sublimioribus *MAChBR* 9 egyptum *A* 10 unde *C* 12 si] si inde *DX* si qui *C* inde *Bd* et inuentus *DXd* noli—tamen *in mg. m. 2 D* 13 quando] qm̃ *D* si *om. TB* 14 sic—moriemini *in mg. add. T om. C* sic] si *ChXA* enim] autem *X* dici hoc *Ch* uerissime dici potuit *D* 16 uoluit uiuere *DX* 17 mirum] ueram *MABRCh*¹ uerius *Cb* mirum (*in mg.* aliṫ: quid ergo uerum secundum se ipsum uiuere sine interpretatione) *D* 18 uere *C* uerbum *M*² 19 dicit *Ch* 21 noli** *M* tibi non dominetur *DXbd* 22 dixit *D* 23 et] ut *D*

iniquitas. etenim ne fortasse, cum audissemus: peccatum uobis non dominabitur, nos ipsos extolleremus et uiribus nostris hoc tribueremus, statim hoc uidit apostolus atque subiecit: non enim estis sub lege, sed sub gratia. gratia itaque facit, ut peccatum tibi non dominetur. noli ergo de te fidere, ne multo amplius inde tibi dominetur. et cum audimus: si spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis, non hoc tantum bonum spiritui nostro, quasi per se ipsum possit ista, tribuamus. nam ne istum carnalem sensum spiritu mortuo potius quam mortificante saperemus, ilico addidit: quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. itaque ut spiritu nostro opera carnis mortificemus, spiritu dei agimur, qui dat continentiam, qua frenemus, domemus, uincamus concupiscentiam.

13. In hoc tam magno proelio, in quo uiuit homo sub gratia et, cum bene pugnat adiutus, exultat in domino cum tremore, non desunt tamen etiam strenuis bellatoribus et operum carnis quamuis inuictis mortificatoribus aliqua uulnera peccatorum, propter quae sananda cotidie ueraciter dicant: dimitte nobis debita nostra, contra eadem uitia et contra diabolum principem regemque uitiorum multo uigilantius et acrius ipsa oratione certantes, ne aliquid ualeant mortiferae suggestiones eius, quibus instigat insuper peccatorem ad sua

4 Rom. 6, 14 7 Rom. 8, 13 10 Rom. 8, 14 cf. Ps. 2, 11 20 Matth. 6, 12

1 ne forte *post* audissemus *leg. in T* forte *DXd* 4 sed *om. C* 5 non tibi *TB* tibi peccatum non dominetur *R* non dominetur tibi peccatum *D* non *om. M* 6 ne] ut *D* tibi inde (inde *s. l.*) *T* audi**mus *B* 7 carnis *ex* carnes *M* 8 quamsi *M* qua*si *TB* 9 ista] ita *C* 10 uiuificante *R* mortificantes aperimus *T* illico *Chd* quodquod *C* 11 hii *B* 13 frenemur *T* 15 tam magno hoc *DCh* 16 exsultat *BXRd* 17 non tamen etiam desunt *DX* strenuis etiam *R* inuictis (*s. l.* strenuis) *T* strennuis *C* 18 opera* (a *in ras.*) *Ch* 19 propter *om. MACh* sanando *C* cottidie *TAChBC* 20 uita A^1 21 et uitiorum regem *DX* 22 ualeant aliquid *MADChBCXRd* 23 sugestiones *Ch* ad] ab TA^1B ad *s. l. D er. in M*

excusanda potius quam accusanda peccata, ac sic illa uulnera non modo non sanentur, uerum etiam, etsi mortifera non erant, grauiter et letaliter infligantur. et hic ergo cautiore opus est continentia, qua cohibeatur superbus hominis adpetitus, quo placet sibi et non uult culpabilis inueniri dedignaturque, cum peccat, conuinci quod ipse peccauerit, non salubri humilitate suscipiens accusationem sui, sed excusationem potius ruinosa elatione conquirens. ad hanc superbiam cohercendam continentiam petiuit a domino ille, cuius superius uerba iam posui et, sicut potui, commendaui. namque cum dixisset: pone, domine, custodiam ori meo et ostium continentiae circum labia mea. ne declines cor meum in uerba maligna, unde hoc diceret euidentius explicans, ad excusandas excusationes, inquit, in peccatis. quid enim malignius his uerbis, quibus malus malum se neget, etiam de opere malo conuictus quod negare non ualeat? et quoniam factum non potest tegere nec bene factum potest dicere et a se factum uidet patere, quaerit in alium referre quod fecit, tamquam inde posset auferre quod meruit. nolens se esse reum addit potius ad reatum et sua excusando non accusando peccata ignorat non se poenam remouere, sed ueniam. apud homines enim iudices, quoniam falli possunt, quacumque uelut purgare fallacia quod perperam factum est prodesse aliquid uidetur ad tempus; apud deum autem, qui falli non potest, non est adhibenda fallax defensio, sed uerax confessio peccatorum.

11 Ps. 140. 3. 4

1 accusanda *ex* excusanda *A* 2 non *pr. om. T* sanantur *R* erunt *A* laetaliter *BR* loetaliter *TA* infliguntur *R* 5 quod *A* 8 coercendam *TBCd* 10 potuit *B* 11 hostium *D* 12 declines inquit *C* 13 malicię *C* euidenter *R* 14 inquit excusationes *MADBCXRd* 15 negat *BCd* 18 petere *T* ali*m (*s.* * *add.* u) *M* 19 possit *ADChCXRd* auferri *D* nolensque *DX* nolens enim (enim *s. l.*) *M* 20 non accusando *om. C* 23 fallacia purgare *T* 24 aliquid *om. R* apud *om. C* 25 uera *MADChX*

14. Et alii quidem, qui sua consueuerunt excusare peccata, fato se ad peccandum queruntur inpelli, tamquam hoc decreuerint sidera et caelum prius talia decernendo peccauerit, ut homo postea talia committendo peccaret; alii fortunae malunt inputare, quod peccant: qui omnia fortuitis casibus agitari putant nec tamen hoc se fortuita temeritate, sed perspecta ratione sapere atque asseuerare contendunt. qualis ergo dementia est disputationes suas rationi tribuere et actiones suas casibus subiugare? alii totum, quod male faciunt, in diabolum referunt nec uolunt cum illo habere uel partem, cum illum sibi occultis suggestionibus mala suasisse suspicari possint, se autem illis suggestionibus, undecumque fuerint, consensisse dubitare non possint. sunt etiam, qui excusationem suam extendunt in accusationem dei, diuino iudicio miseri, suo autem furore blasphemi. etenim aduersus eum ex contrario principio inducunt mali substantiam rebellantem, cui non potuisset resistere, nisi substantiae naturaeque suae partem eidem rebellanti contaminandam corrumpendamque miscuisset, et tunc peccare dicunt, quando natura mali praeualet naturae dei. haec Manichaeorum est inmundissima insania, quorum machinamenta diabolica facillime ueritas indubitata subuertit, quae dei naturam incontaminabilem atque incorruptibilem confitetur. quid autem flagitiosae contaminationis et corruptionis de istis merito non creditur, a quibus deus, qui summe atque

2 quaeruntur *TAB* 3 talia prius *T* decernendo—talia *om.* *TMADChBXR* peccare *C* ut] et *C* 4 committenda *Ch* peccare *TMAChBCXR* 5 qui omnia] qm *MAChCX* qm oia (oia *s. l.*) *D* putant agitari *X* 6 perspecta] perfecta *Ch* 7 adseuerare *MA* 8 actionibus suis *C* 11 sugestionibus *Ch* mala *om.* *MADChBR* 12 possunt *TMDBXR* illius *DCX* illi *ChB* 13 possunt *MDXR* 15 furori *C* 17 potuissent *BR* potuisse *Ch* potuerit *C* 18 rebellantē *C* rebellandi *D*[1]*ChX* miscuisse *AChB* 19 se peccare *Cd* mala *ACh om. T* dei naturae *C* naturae (ae *m. 2 ex* a) *M* 22 inccommutabilē incontaminabilem *T* incommutabilem (*s. l. m. 2* incontaminabilem) *D* 24 qui *om.* *MACh*

incomparabiliter bonus est, contaminabilis et corruptibilis creditur?

VI. 15. Sunt et hi, qui eo modo in excusatione peccatorum suorum accusant deum, ut dicant ei placere peccata. nam si displicerent, inquiunt, nullo modo ea fieri omnipotentissima utique potestate permitteret. quasi uero inpunita peccata esse permiserit etiam in eis, quos a supplicio sempiterno remissione liberat peccatorum. nullus quippe debitae grauioris poenae accipit ueniam, nisi qualemcumque, etsi longe minorem quam debebat, soluerit poenam; atque ita inpertitur largitas misericordiae, ut non relinquatur etiam iustitia disciplinae. nam et peccatum, quod inultum uidetur, habet pedisequam poenam suam, ut nemo de admisso nisi aut amaritudine doleat aut caecitate non doleat. sicut ergo tu dicis: cur permittit ista, si displicent? ita ego dico: cur punit ista, si placent? ac per hoc sicut ego confiteor, quod omnino ista non fierent, nisi ab omnipotente permitterentur, ita tu confitere facienda non esse, quae a iusto puniantur, ut non faciendo quae punit mereamur ab eo discere cur permittit esse quae puniat. perfectorum est enim, sicut scriptum est, solidus cibus, in quo hi, qui bene profecerunt, iam intellegunt ad omnipotentiam dei potius id pertinuisse, ut ex libero arbitrio uoluntatis uenientia mala esse permitteret. tam quippe est omnipotens bonitas eius, ut etiam de malis possit facere bona, siue

19 Hebr. 5, 14

1 est *om. Ch er. in A* commutabilis contaminabilis *T* et corruptibilis *in mg. m. 2 T* 3 hii *MACCh* alii *DX om. bd* in *er. in D* excusationē *R* 4 ut] et *C* 6 deus impunita peccata *C* peccata deus impunita *d* impunita esse peccata *D* 7 remissio non BT^1 remissio *AMDChR* 8 peccatorum non liberat *R* 10 debeat *ADCh* debuit *C* impartitur *Dd* 12 inultum] multum *TM* pedis sequam *A* pedissequam *DChCXRd* 13 amisso *TMAChB* deleat *C* 14 non doleant *T* 17 tu *om. T* 20 enim *om. T* sicut scriptum est *sequitur post* cibus *in C* 21 hii *MADChB* perfecerunt *C* 22 id] idē *ACh* pertenuisse *B* 23 tam] tanta *MCXd* 24 eius bonitas *CXRd* facere bona possit *R* facere possit *MADChB*

ignoscendo siue sanando siue ad utilitates piorum coaptando atque uertendo siue etiam iustissime uindicando. omnia namque ista bona sunt et deo bono atque omnipotente dignissima nec tamen fiunt nisi de malis. quid igitur melius, quid omnipotentius eo, qui cum mali nihil faciat, bene etiam de malis facit? clamant ad eum qui male fecerunt: dimitte nobis debita nostra: exaudit, ignoscit. nocuerunt sua mala peccantibus: subuenit eorum medeturque languoribus. saeuiunt suorum hostes: de illorum saeuitia facit martyres. postremo etiam condemnat eos, quos damnatione iudicat dignos: sua licet illi mala patiantur, facit tamen ille quod bonum est. non potest enim bonum non esse, quod iustum est; et utique sicuti iniustum est peccatum, ita iustum est peccati supplicium.

16. Non autem potestas deo defuit talem facere hominem, qui peccare non posset; sed maluit eum talem facere, cui adiaceret peccare, si uellet, non peccare, si nollet, hoc prohibens, illud praecipiens: ut prius illi esset bonum meritum non peccare et postea iustum praemium non posse peccare. nam etiam tales sanctos suos in fine facturus est, qui omnino peccare non possint. tales habet quippe etiam nunc angelos suos, quos in illo sic amamus, ut de nullo eorum ne peccando fiat diabolus formidemus: quod de nemine homine iusto in huius uitae mortalitate praesumimus. tales autem omnes futuros in illius uitae inmortalitate confidimus; omnipotens

6 Matth. 6, 12

2 iudicando *Ch* 3 omnipotenti *DCX* 4 nisi *om. Ch* 6 mala fecerunt *MADChBCXR* 7 exaudi*t T* et ignoscit *A* 8 langoribus *MD*^{1} 9 suorum] eorum *Ch* 10 eos etiam condempnat *DX* dampnatione *Ch* dignos iudicat *DX* 11 illa *TMACh* isti *C* 12 bonum *om. Ch* 13 sicut *CRd* sa**tis (s *fin. s. l.*) *M* sicuti in *om. R* est iustum *R* iniustum—ita *om. TA* peccatum—est *om. MDChXR* peccanti *R* 14 supplicium<ita bonitati iustitia est p̄miū> (< > *in mg. m. 2*) *X* 17 nec *X* 18 esset illi *C* 22 suos *om. C* sicut *T*

enim deus, qui operatur etiam bona de nostris malis, qualia dabit bona, cum liberauerit ab omnibus malis? multa de bono usu mali copiosius possunt et subtilius disputari; sed neque hoc isto sermone suscepimus et eius nimia uitanda est longitudo.

VII. 17. Nunc ergo ad illud, propter quod diximus ista, redeamus. continentia nobis opus est, et eam diuinum esse munus cognoscimus, ne declinetur cor nostrum in uerba maligna ad excusandas excusationes in peccatis. cui autem peccato cohibendo non habemus necessariam continentiam, ne committatur, quando et hoc ipsa cohibet, ne commissum si fuerit nefaria superbia defendatur? uniuersaliter ergo continentia nobis opus est, ut declinemus a malo. ut autem faciamus bonum, ad aliam uidetur uirtutem, hoc est ad iustitiam pertinere. hoc nos admonet sacer psalmus, ubi legimus: declina a malo et fac bonum. quo autem fine ista faciamus, mox addidit dicens: quaere pacem et sequere eam. pax enim perfecta tunc erit nobis, quando natura nostra creatori suo inseparabiliter cohaerente nihil nobis repugnabit ex nobis. hoc et ipse saluator uoluit, quantum mihi uidetur, intellegi, ubi ait: sint lumbi uestri praecincti et lucernae ardentes. quid est lumbos praecingere? libidines cohercere, quod est continentiae; lucernas uero ardentes habere bonis operibus lucere atque feruere, quod est iustitiae. neque hic tacuit, quo fine ista faciamus, addendo atque dicendo: et uos similes hominibus expectantibus dominum

15 Ps. 33, 15 17 Ps. 33, 15 21 Luc. 12, 35 26 Luc. 12, 36

1 bona etiam *MADChBCRd* etiam—bona *om. X* malis nostris *R* 2 liberauit A^1 multi *TMA*^{1}*BR* 3 copiosius et subtilius possunt *DX* suptilius *B* disputare *R* 6 ista diximus *ChR* 7 est opus *ACh* 11 si commissum *DXR* 13 nobis est opus (opus *m. 2 s. l. add.*) *D* opus *om. C* 15 ammonet *MADRX* 18 nobis *om. T* 19 inseparabiter *T* repugnauit *M*^{1}*B* 21 accincti *MDBXRbd* 22 quod *R* est] sint *A* sit *BR* accingere *MADChBCXRbd* coercere *BCd* 23 uero] quippe *T* est bonis *MCbd* 24 licere B^1 iustitia *T*

suum, quando ueniat a nuptiis. cum enim uenerit, nos remunerabit, qui continuimus nos ab his quae cupiditas et ea quae imperauit caritas fecimus, ut in eius perfecta et sempiterna pace sine ulla mali contentione et cum summa boni delectatione regnemus.

18. Omnes ergo, qui credimus in deum uiuum et uerum, cuius summe bona inmutabilisque natura nec mali aliquid facit nec mali aliquid patitur, a quo est omne bonum, quod etiam minui potest, et qui suo bono quod ipse est omnino minui non potest, cum audimus apostolum dicentem: spiritu ambulate et concupiscentias carnis ne perfeceritis. caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem; haec enim inuicem aduersantur, ut non ea quae uultis faciatis, absit, ut credamus, quod Manichaeorum credit insania, duas hic demonstratas esse naturas ex contrariis inter se principiis confligentes, unam mali, alteram boni. prorsus ista duo ambo sunt bona: et spiritus bonum est et caro bonum. et homo, qui ex utroque constat, uno imperante, alio seruiente, utique bonum est, sed mutabile bonum: quod tamen fieri non posse nisi ab incommutabili bono, a quo est omne bonum creatum, siue paruum siue magnum; sed quamlibet paruum, a magno tamen factum; et quamlibet magnum, nullo modo tamen factoris magnitudini comparandum. ueruin in hac bona hominis et bene a bono condita institutaqne natura nunc bellum est, quoniam salus nondum est. languor sanetur, pax

10 Gal. 5, 16. 17

1 uenit *ACh* reuertatur *D* a. *M* ad *Ch* nuptias *Ch* 3 karitas *D* ut *om. TMChB* 4 continentione *T* et cum summa *om. C* 6 in *om. MAChCXD*^{1} 7 summae *ChB* 11 ḍęsiḍęria ł concupiscentias *T* desideria *C* perfeceritis (per *s. l.*) *T* 12 enim] autem *in ras. m. 2 D* 13 inuicem sibi *Cd* 14 ea *s. l. T* illa faciatis *ChC* 16 duas] quae duas *AChD*^{2} hic *om. D* demonstrat *TMAChDBX* demonstrât *C* 17 unam boni alteram mali *Cbd* 18 bona sunt *C* est *om. DX* bonum est *Ch* 21 posse constat *Cb* posset (t *s. l.*) *Dd* 22 creatum *om. C* 26 langor *M*

est. languorem autem istum culpa meruit, natura non habuit. quam sane culpam per lauacrum regenerationis dei gratia fidelibus iam remisit; sed sub eiusdem medici manibus adhuc natura cum suo languore confligit. in tali autem pugna sanitas erit tota uictoria: nec temporaria sanitas, sed aeterna, ubi non solum finiatur hic languor, uerum etiam deinceps nullus oriatur. propter quod adloquitur iustus animam suam et dicit: benedic, anima mea, dominum, et noli obliuisci omnes retributiones eius, qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos. propitius fit iniquitatibus, cum peccata dimittit, sanat languores, cum desideria praua compescit; propitius fit iniquitatibus dando indulgentiam, sanat languores dando continentiam. illud factum est in baptismate confitentibus, hoc fit in agone certantibus, in quo a nobis noster per eius adiutorium uincendus est morbus. etiam nunc illud fit, quo exaudimur dicentes: dimitte nobis debita nostra; hoc autem, cum exaudimur dicentes: ne nos inferas in temptationem. unusquisque enim temptatur, sicut ait Iacobus apostolus, a concupiscentia sua abstractus et inlectus. contra quod uitium medicinale poscitur adiutorium ab illo, qui potest omnes huiusce modi languores sanare, non a nobis alienae separatione, sed in nobis nostrae reparatione naturae. unde et praedictus apostolus non ait: unusquisque temptatur a concupiscentia, sed addidit: sua, ut qui hoc audit

8 Ps. 102, 2. 3 17 Matth. 6, 12. 13 19 Iac. 1, 14

1 langorem *M* 2 culpa *C* lauachrum *DChC* 4 langore *M* 5 temperaria *M* temporalis *A* temporia *C* tempora•ia (*s • add.* r) *D* sanitas *om. A*¹ 6 non finiatur *Ch* 7 animam suam iustus *MADChB CXRd* 8 domino *AChC* 11 propitius—compescit, *quod BRbd praebent, ceteri codd. omittunt, retinui* 12 qui propitius *T* omnibus iniquitatibus *Ch* 15 adiutorium nr̄ (iutorium *in mg.*) *T* 16 quo] quod *ACh* qm̄ *C* cum *d* 18 inferas] inducas *C* 19 apo•tolus iacobus *MBCXRd* 20 a *om. C* abstratus *Ch* 22 huiuscemodi omnes *ACh* sanare languores (langores *M*) *MADChBCXRd* aliena *C* 24 non] nequaquã *DX* 25 concupiscentiaę *M* addit *M*¹ ••sua (et *er.*) *B*

intellegat quomodo clamare debeat: ego dixi, domine, miserere mei, sana animam meam, quoniam peccaui tibi. non enim sanatione indiguisset, nisi se ipsa peccando uitiasset, ut aduersus eam sua caro concupisceret, id est ipsa sibimet ipsi ex ea parte qua in carne infirmata est repugnaret.

VIII. 19. Caro enim nihil nisi per animam concupiscit; sed concupiscere caro aduersus spiritum dicitur, quando anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur. totum hoc nos sumus. et caro ipsa, quae discedente anima moritur, nostra pars infirma est, non fugienda dimittitur, sed recipienda reponitur nec recepta ulterius relinquetur. seminatur autem corpus animale, resurget corpus spiritale. tunc iam caro nihil concupiscet aduersus spiritum, quando et ipsa spiritalis uocabitur, quoniam spiritui non solum sine ulla repugnantia, uerum etiam sine ulla corporalis alimenti indigentia in aeternum uiuificanda subdetur. haec igitur duo, quae nunc inuicem aduersantur in nobis, quoniam in utroque nos sumus, ut concordent oremus et agamus. non enim alterum eorum putare debemus inimicum, sed uitium, quo caro concupiscit aduersus spiritum: quod sanatum nec ipsum erit et substantia utraque salua erit et in utraque nulla pugna erit. audiamus apostolum. scio, inquit, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. hoc utique ait, quia uitium carnis in re bona non est bonum: quod cum esse destiterit, caro erit, sed iam uitiata uel uitiosa non erit. quam tamen ad nostram pertinere naturam idem doctor ostendit prius dicendo: scio, quia non habitat in

1 Ps. 40, 5 11 I Cor. 15, 44 21 Rom. 7, 18

2 quia *DC* 3 sanationem *B* sanatione* *MCh* ipsam *CXRD*^{2} 4 caro sua *MADChBCXd* id est] adē *Ch* 7 spiritum] aiam *C* 9 ipsa *om. T* infi*ma *D, d* 10 est *in ras. R, om. bd* recipienda deponitur (da de *add. m. 2*) *D* deponitur *Cd* 11 autem *om. D* 12 resurgit *MX* surgit *ACh* concupiscit *TMADChBXC* 13 quando] qm̄ *C* et *om. DX* 14 repugnatione (*s. l.* ł ntia) *T* 20 et] at *in ras. m. 2 D* salua *s. l. m. 2 D* 21 inter utramque *bd* 22 *alt.* in *om. A*^{1} 24 **iam *M* etiam *Ch* non erit uel uitiosa *DX*

me, quod ut exponeret, addidit: hoc est in carne mea. bonum. se itaque dicit esse carnem suam. non ergo ipsa est inimica nostra; et quando eius uitiis resistitur, ipsa amatur, quia ipsa curatur. nemo enim umquam carnem suam odio habuit, sicut ipse apostolus dicit. et alio loco ait: igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. audiant qui aures habent: igitur ipse ego, ego mente, ego carne; sed mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. quo modo carne legi peccati? numquid concupiscentiae consentiendo carnali? absit; sed motus desideriorum illic habendo, quos habere nolebat et tamen habebat. sed eis non consentiendo mente seruiebat legi dei et tenebat membra, ne fierent arma peccati.

20. Sunt ergo in nobis desideria mala, quibus non consentiendo non uiuimus male; sunt in nobis concupiscentiae peccatorum, quibus non oboediendo non perficimus malum, sed eas habendo nondum perficimus bonum. utrumque ostendit apostolus, nec bonum hic perfici, ubi malum sic concupiscitur, nec malum hic perfici, quando tali concupiscentiae non oboeditur. illud quippe ostendit, ubi ait: uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non; hoc uero, ubi ait: spiritu ambulate et concupiscentias carnis ne perfeceritis. neque enim ibi dicit non sibi adiacere facere bonum, sed perficere; neque hic dicit: concupiscentias carnis ne

4 Ephes. 5, 29 6 Rom. 7, 25 20 Rom. 7, 18 21 Gal. 5, 16

1 hoc est *om.* XD^1 2 se] sed *T* dicit dicit *TB*M^1 dicit sedicit *R* 3 us uitiis *er. in D* 4 nemininumquam M^1 nemo umquam M^2 enim *om. AChC* 5 hodio *TChM*^{1}*A*^{1} ait *om. D* 6 ego ipse *Ch* 7 audiant—peccati *in mg. M om. ACh* igitur] sibi *D* ego *pr. om. MX* 8 carne *fin.—12* dei *om. T* 9 nunquid *R* 13 menbra *T* peccati arma *R* 14 Sunt—male *seqq. post* sunt in nobis—bonum *17 in DX* 15 uiuemus *X* 18 si *B*A^1 *om. C* nec malum *om. M* 19 obediendo consentitur *DX* 21 non inuenio *C* 22 concupiscentias] desideria *C* carnis *om. T* non *T* perficeritis *T* 23 non *DX* ibi enim *d* enim ubi *MCh* dicit *om. DX* bonum ait *DX* 24 non perficere *C* neque enim *DCh* concupiscentias carnis dicit *C*

habueritis, sed ne perfeceritis. fiunt itaque in nobis concupiscentiae malae, quando id quod non licet libet; sed non perficiuntur, cum legi dei mente seruiente libidines continentur. et bonum fit, cum id, quod male libet, uincente bona delectatione non fit; sed boni perfectio non inpletur, quamdiu legi peccati carne seruiente libido inlicit et quamuis contineatur, tamen mouetur. non enim opus esset ut contineretur, si non moueretur. erit quandoque etiam perfectio boni, quando consumptio mali: illud summum, hoc erit nullum. quod si in ista mortalitate sperandum putamus, fallimur. tunc enim erit, quando mors non erit; et ibi erit, ubi uita aeterna erit. in illo enim saeculo et in illo regno erit bonum summum, malum nullum, quando erit et ubi erit sapientiae amor summus, continentiae labor nullus. non igitur mala est caro, si malo careat, id est uitio, quo uitiatus est homo, non factus male, sed ipse faciens. ex utraque enim parte, id est anima et corpore a bono deo factus bonus ipse fecit malum, quo factus est malus. a cuius mali reatu iam etiam solutus per indulgentiam, ne leue existimet esse quod fecit, adhuc cum suo uitio pugnat per continentiam. absit autem, ut insint ulla uitia in illa quae futura est pace regnantibus, quandoquidem in isto bello cotidie minuuntur in proficientibus non peccata solum, sed ipsae quoque concupiscentiae, cum quibus non consentiendo confligitur et quibus consentiendo peccatur.

21. Quod ergo caro concupiscit aduersus spiritum, quod non habitat in carne nostra bonum, quod lex in membris

3 lege *B* deseruiente *Ch* 4 libet male *T* 5 inperfectio *C* 6 in carne *TAChBCX* illicit *D*[1]*ChBCR* illicita *D*[2] et] quę *X* *om. TMADChB* 7 si non] nisi *MADChBCXRd* 8 quando erit *C* 9 erit summum *C* 10 sperandum] futurum *X* futurum (*s. l.* *t* spandū *m. 2*) *D* 11 erit ibi *Ch* in *om. MAChC* 12 summum bonum *R* nullum malum *R* 13 amor] ardor *R* sumus *Ch* continentia *T* 15 malę *Ch* 16 et anima *MADChBCXRd* 17 malum ipse fecit *DX* quod *MB* 18 mali *om. MADChCX* nec *T* 20 ulla] illa *C* 21 pace] parte *T* cottidie *TC* 22 ipse *MChX* 23 cum *om. DX*

nostris repugnat legi mentis, non est duarum naturarum ex contrariis principiis facta conmixtio, sed unius aduersus se ipsam propter peccati meritum facta diuisio. non sic fuimus in Adam, antequam natura suo deceptore audito ac secuto suum contempsisset atque offendisset auctorem; non est ista prior uita creati hominis, sed posterior poena damnati. ex qua damnatione per Iesum Christum gratia liberati cum poena sua dimicant liberi nondum salute plena, sed iam pignore salutis accepto; non liberati autem et peccatis rei sunt et suppliciis inplicati. post hanc uero uitam reis manebit in aeternum poena pro culpa; liberis non remanebit in aeternum nec culpa nec poena; sed permanebunt in aeternum substantiae bonae spiritus et caro, quas deus bonus et inmutabilis bonas, quamuis mutabiles, condidit. permanebunt autem in melius commutatae, numquam in deterius iam mutandae consumpto penitus omni malo, et quod homo fecit iniuste et quod passus est iuste. quibus duobus mali generibus omnino pereuntibus, quorum unum est praecedentis iniquitatis, alterum consequentis infelicitatis, erit hominis sine ulla prauitate uoluntas recta. ibi omnibus erit clarum atque perspicuum, quod nunc a fidelibus multis creditur, a paucis intellegitur, malum non esse substantiam, sed sicut uulnus in corpore ita substantia, quae se ipsam uitiauit, esse coepisse peste inchoata atque ibi esse desinere sanitate perfecta. omni ergo malo exorto a nobis et perdito in nobis, bono etiam nostro usque ad culmen felicissimae incorruptionis et inmortalitatis aucto atque perfecto

2 una *R* 3 ipsum *T* meritum peccati *R* 4 natura] nr̃a *T* nostra natura *B* natura nostra *DX* nr̃a *A*, *om. ChC* ac (c *s. l. m. 2*) *A* 5 contemsisset *B* est] ex *TMA*^{1}*BXR* 6 uita prior *C* creata *C* dampnati *TD* 7 dampnatione *T* 9 et peccatis] a peccatis *DR* 10 suppliciis] peccatis *Ch* uitam poena pro culpa reis *sqq. Ch* 11 pro culpa poena *T* manebit *T* 15 iam in deterius *Cd* poenitus *B* pęnitus *MR* 16 *alt.* et *om. TMB* 17 pereuntibus] percucientibus *T* percutientibus *MACh* 18 est unum *MChRABCd* sequentis *C* 20 erit omnibus *T* 21 substantia *AChBM* 22 in substantia *D*^{2}*d* substantiam *XRCD*^{1}*b* 23 cepisse *TM*

qualis erit utraque nostra substantia? quandoquidem nunc in ista corruptione et mortalitate, cum adhuc corpus corruptibile adgrauat animam et, quod apostolus dicit: corpus mortuum est propter peccatum, tale tamen testimonium perhibet idem ipse carni nostrae, id est parti nostrae infirmae atque terrenae, ut dicat, quod paulo ante commemoraui: nemo enim umquam carnem suam odio habet, statimque subiungat: sed nutrit et fouet eam, sicut et Christus ecclesiam.

VIIII. 22. Quo igitur, non dico, errore, sed prorsus furore Manichaei carnem nostram nescio cui fabulosae genti tribuunt tenebrarum, quam uolunt suam sine ullo initio malam semper habuisse naturam, cum uerax doctor uiros diligere uxores suas exemplo suae carnis hortetur, quos ad hoc ipsum Christi quoque et ecclesiae hortatur exemplo? totus denique ipse apostolicae epistulae locus ualde ad rem pertinens recordandus est. uiri, inquit, diligite uxores uestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret, mundans lauacro aquae in uerbo, ut exhiberet sibi ipse gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huius modi, sed ut sit sancta et inmaculata. ita, inquit, et uiri debent diligere uxores suas sicut corpora sua. qui diligit uxorem suam, se ipsum diligit. deinde subiunxit, quod iam commemorauimus:

2 cf. Sap. 9, 15 4 Rom. 8, 10 7 Ephes. 5, 29 17 Ephes. 5, 25—28

2 corpus *om. T* 3 ait *DX* 6 infimae *d* 7 enim *om. MADCh BCXRd* 8 habuit *DCXRd* subiungit *X* nutrit eam fouet *C* et *om. DChC* 10 Qui ergo *C* 11 tribuunt genti *T* 12 ꝙ̄ *D* 13 ēę (*s. l. m. 1* habuisse) *T* 14 ortetur *TMAChB* quoque xp̄i *R* 15 et *om. TMADChBXR* ecclesia ē *T* ecclesiae est *BM*[1] ortatur *TBM* exhortatur *ChR* exortatur (x *add. m. 2*) *A* ipsę *D* 19 pro eam *B* pro eaṁ *M* 20 exiberet *ChR* ipse sibi *DX* 21 aut *fin.*] nec *T*, *om. M* 24 sua corpora *TMAB*

nemo enim umquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fouet eam sicut Christus ecclesiam. quid ad haec dicit inmundissimae inpietatis insania? quid ad haec dicitis, Manichaei? qui nobis uel ex apostolicis litteris duas sine initio naturas, unam boni, alteram mali, conamini inducere et apostolicas litteras, quae uos ab ista sacrilega peruersitate corrigant, non uultis audire. sicut legitis: caro concupiscit aduersus spiritum, et: non habitat in carne mea bonum, ita legite: nemo umquam carnem suam odio habet, sed nutrit et fouet eam sicut et Christus ecclesiam. sicut legitis: uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, ita legite: sicut Christus dilexit ecclesiam, ita et uiri debent diligere uxores suas sicut corpora sua. nolite in illis sanctae scripturae testimoniis esse insidiosi, in his surdi, et eritis in utrisque correcti. haec enim si accipiatis, ut dignum est, conemini et illa intellegere, ut uerum est.

23. Tres quasdam copulas nobis insinuauit apostolus: Christum et ecclesiam, uirum et uxorem, spiritum et carnem. horum priora posterioribus consulunt, posteriora prioribus famulantur, omnia bona sunt, ut in eis ordinis pulchritudine quaedam excellenter praeposita, quaedam decenter subiecta custodiunt. uir et uxor quales secum esse debeant, praeceptum accipiunt et exemplum. praeceptum est: mulieres uiris

1 Ephes. 5, 29 7 Gal. 5, 17 8 Rom. 7, 18 9 Ephes. 5, 29 11 Rom. 7, 23 13 Ephes. 5, 25. 28 25 Ephes. 5, 22. 23. 25

1 abuit *A* 2 et] ac *R* et $\overline{\text{xps}}$ *Rd* ecclesiam suam *T* 4 quid *R* uobis *X* uelut *in ras. D, d* ex *s. l. D om. X* 6 sacrilegia *A* 7 legistis *T* 10 habuit *DCXRd* ac fouet *R* et *om. DX* 11 xps dilexit *D* legistis *T* 12 menbris *T* 13 ita *om. T* ita legite] intellegite *M* 14 sua corpora *MABd* 15 in illis *om. R* 17 accipitis *T* conabimini *Dd* 19 Tres—carnem *om. Ch* copolas *B* insuauit *R* 22 ut] et *ChA*^{2} cum *MCbd* quaedam ordinis pulchritudinem *Cd* pulchritudinem *RA*^{2} 24 debeant esse *ACh* praecepta *MAChX* praeceptū (tū *in ras. m. 2*) *D* 25 et *om. T*

suis subditae sint sicut domino, quia uir caput est mulieris, et: uiri diligite uxores uestras. exemplum autem datur mulieribus de ecclesia, uiris de Christo. sicut ecclesia, inquit, subdita est Christo, ita et mulieres uiris suis in omnibus. similiter et uiris dato praecepto, ut uxores suas diligant, adiecit exemplum: sicut Christus dilexit ecclesiam. sed uiros et a re inferiore adhortatus est, id est a corpore suo, non tantum a superiore, id est a domino suo. non enim solum ait: uiri diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, quod est a superiore, uerum etiam dixit: uiri debent diligere uxores suas sicut sua corpora, quod est ab inferiore: quia et superiora et inferiora bona sunt omnia. nec tamen mulier a corpore uel carne accepit exemplum, ut ita esset subdita uiro, sicut spiritui caro; sed aut consequenter apostolus intellegi uoluit, quod dicere praetermisit, aut forte quia caro concupiscit aduersus spiritum in huius uitae mortalitate atque languore, ideo de illa noluit mulieri exemplum subiectionis adhibere. uiris autem ideo uoluit, quia, etsi concupiscit spiritus aduersus carnem, etiam in hoc ipso consulit carni, non sicut caro concupiscens aduersus spiritum nec spiritui consulit tali repugnatione nec sibi. non tamen ei spiritus bonus siue eius naturam per prouidentiam nutriendo ac fouendo siue eius uitiis per continentiam resistendo consuleret,

4 Ephes. 5, 24 6 Ephes. 5, 25 11 Ephes. 5, 28

1 quia—est *er. in M* capud *A* 2 mulieris est *Abd* 3 attendatur *R* de xpo uiris *DX* 4 sicut] sed ḍę *T* sed *BRCX* sed sicut *ACh* sicut *in ras. D* subdita est inquit *X* ita *om. R* 6 ut *om. T* et exemplum *R* 7 et xps *R* dilexit *s. l. m. 2 T* uiro *MACh* 8 adortatus *TAB* 10 uxores *om. T* et Christus *d* 12 sicut sua corpora *om. C* corpora sua *bd* 13 *pr.* et *om. R* 14 accipe *C* 15 subdita esset *Ch* esset] eis se *MB* aut] ut *MD*[1] hoc *C* 16 aītellegit *T* pertermisit *B* 17 uita *T* 18 et exemplum *T* 19 etsi] si *T* 20 spiritus concupiscit *ACh* 21 concupisč *C* 22 talis repugnatio *TMAChBCXRb* 23 bon'ọrụm (*corr. m. 2*) *T* natura *TMBR* prouidentia *T* 24 uo[illegible]endo *T* consuleret resistendo *T*

nisi utraque substantia utriusque artificem deum etiam decore sui huius ordinis indicaret. quid est ergo, quod uos uera dementia et christianos esse iactatis et contra scripturas christianas oculis clausis uel potius extinctis tanta peruersitate contenditis, et Christum asserentes in falsa carne apparuisse mortalibus et ecclesiam in anima ad Christum, in corpore ad diabolum pertinere et sexum uirilem atque muliebrem diaboli opera esse, non dei et spiritui carnem tamquam malam substantiam bonae substantiae cohaerere?

X. 24. Si parum uobis uidentur respondere, quae de apostolicis commemorauimus litteris, audite adhuc alia, si aures habetis. quid de carne Christi dicit insanissimus Manichaeus? quod non fuerit uera, sed falsa. quid ad haec dicit beatus apostolus? memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum euangelium meum. et ipse Iesus Christus, palpate, inquit, et uidete, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me uidetis habere. quomodo est in eorum doctrina ueritas, quae id praedicat, quod in carne Christi erat falsitas? quomodo in Christo non erat ullum malum, in quo erat tam grande mendacium? quia uidelicet hominibus nimium mundis malum est caro uera et non est malum falsa pro uera; malum

14 II Tim. 2, 8 16 Luc. 24, 39

1 utrisque *T* 2 sui *om. C* uos manichei *D* uera] uestra *R* 3 christianas (-nos *X*) scripturas *DX* 4 exstinctis *Bd* 5 ut et (ut *in ras.*) *D* et *om. b* asseratis (atis *in ras. m. 2*) *D* 6 mortalitatibus *M* animad *M* ad diabolum in corpore *DX* 7 et] et ut *AChBX* 9 choerere *MAD* 10 uidetur *MADChCXR* 11 qui alia (qui *in ras. m. 2*) *DX* si alia *R* alia, si aures] alias aures *TMABR* 13 uera fuerit *DX* hoc *Cd* 14 apostolus] paulus *D* dominum iesum christum *DR* iesum xpm *Ch* Iesum] dominum *X om. AC* surrexisse *MRd* 15 ex semine Dauid *post* meum *sqq. X* 16 Christus Iesus *d* 17 ossa et carnem *MChB* 18 est *om. T* 19 id *om. Md* 20 non] nullum *DX*, *om. A* ullum] illud *ChA*, *om. DX* 21 magnū (*s. l. m. 1* grande) *D* 22 uera caro *R* non est *s. l. m. 2*) *T* pro uera] porro uerū *A* pro certo *C*, (*s. l. m. 2 add.*) *D om. X* malum—semine] An malū ē caro uero de semine dauid nascentis *DX*

est caro uera nascentis ex Dauid semine et non est malum lingua falsa dicentis: palpate et uidete quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere! de ecclesia quid dicit deceptor hominum in mortifero errore? quod ex parte animarum pertineat ad Christum, ex parte corporum ad diabolum. quid ad haec dicit doctor gentium in fide et ueritate? nescitis, inquit, quia corpora uestra membra sunt Christi? de sexu masculi et feminae quid dicit filius perditionis? quod uterque sexus non ex deo sit, sed ex diabolo. quid ad haec dicit uas electionis? sicut, inquit, mulier ex uiro ita et uir per mulierem, omnia autem ex deo. de carne quid dicit per Manichaeum spiritus inmundus? quod sit mala substantia nec dei, sed inimici creatura. quid ad haec dicit per Paulum spiritus sanctus? sicut enim corpus unum est, inquit, et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum est corpus, ita et Christus. et paulo post. posuit, inquit, deus membra, singulum quodque eorum in corpore prout uoluit. item paulo post. deus, inquit, temperauit corpus, ei cui deerat maiorem honorem dans, ut non essent scissurae in corpore, sed idem ipsum ut pro inuicem sollicita sint membra. et siue patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; siue glorificatur unum membrum, congaudent omnia mem-

2 Luc. 24, 39 7 I Cor. 6, 15 10 I Cor. 11, 12 15 I Cor. 12, 12 17 I Cor. 12, 18 19 I Cor. 12, 24—26

1 semine dauid *R* 3 carnem et ossa *DCXR* 6 gentium *ante* dicit *in ACh* 7 inquid *MB* 8 xpi sunt *R* masculi« *T* femininae *T* 9 utique *C* ex *om. M* 10 mulier inquit *T* 12 quidquid *B* dicit spiritus inmundus per manicheum *DX* 15 multa habet membra *T* 16 autem *om. T* corpus *M* 17 corpus est *M* corpus sunt *DX* 18 singula *in ras. D, C* quotque *ABM*^{2} queque *C* quoque *M*^{1} 21 in corpore *om. D* idem *om. C* 22 ut *om. C* pro inuicem] promui *M* patiatur *X* 23 compatiantur *X* siue—membra *om. MX* 24 gloriatur *C* congaudebunt *TBC* congaudeant *D*

bra. quomodo est mala caro, quando ipsae animae pacem membrorum eius ut imitentur, monentur? quomodo est inimici creatura, quando ipsae animae, quae corpora regunt, ut inter se inimicitiarum scissuras non habeant, exemplum de membris corporis sumunt, ut quod praestitit deus corpori per naturam ament et ipsae habere per gratiam? merito ad Romanos cum scriberet, obsecro, inquit, uos, fratres, per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, deo placentem. sine causa non tenebras lucem et lucem tenebras esse contendimus, si hostiam uiuam, sanctam, deo placentem de gentis tenebrarum corporibus exhibemus.

XI. 25. Sed, inquiunt, quomodo caro per quandam similitudinem comparatur ecclesiae? numquid ecclesia concupiscit aduersus Christum, cum idem apostolus dixerit: ecclesia subdita est Christo? plane subdita est Christo ecclesia, quia ideo spiritus concupiscit aduersus carnem, ut ex omni parte Christo subdatur ecclesia; caro autem concupiscit aduersus spiritum, quia nondum pacem, quae perfecta promissa est, accepit ecclesia. ac per hoc ecclesia subdita est Christo ex pignore salutis et caro concupiscit aduersus spiritum ex infirmitate languoris. neque enim non ecclesiae membra erant idem, quibus ista dicebat: spiritu ambulate et desideria carnis ne perfeceritis. caro enim concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem; haec enim sibi

7 Rom. 12, 1 15 Ephes. 5, 24 23 Gal. 5, 16. 17

1 ipse *M* pace *ADChB* 2 inimica *C* 4 inimiticiarum *T* scisuras *M* 5 per *om. MA*[1] 6 et ipsae hoc ament *D* et ipsae ament *X* hoc habere *Md* cum ad romanos *R* 7 cum apoł̄s *D* uos inquit *T* fratres *om. T* 9 uiuentē *A* non] enim *b* 11 tenebrarum *s. l. m. 2 T* 12 exibemus *R* 14 nunquid *R* 15 dicat *R* 16 subdita est ecclesia xpo *C* ecclesia subdita est Christo *d* 17 concupiscit spiritus *DX* omni ex *Cd* ex *om. MAD*[1]*ChX* 18 autem] hęc *C* 22 langoris *M* 23 idem ipsi *MDChBCXR* dicebat apł̄s *D* desideria] concupiscentias *MAChBbd* 24 non *C* concupiscit—enim *om. C* 25 sibi *om. MADCh*[1]*BXRd*

inuicem aduersantur, ut non ea quae uultis faciatis. haec utique ecclesiae dicebantur, quae si Christo subdita non esset, non in ea spiritus aduersus carnem per continentiam concupisceret. propter quod poterant concupiscentias carnis non perficere, sed carne concupiscente aduersus spiritum non poterant ea facere, quae uolebant, id est etiam ipsas carnis concupiscentias non habere. deinde cur non confiteamur in hominibus spiritalibus ecclesiam Christo subditam, in carnalibus autem adhuc concupiscere aduersus Christum? an aduersus Christum non concupiscebant, quibus dicebatur: diuisus est Christus? et: non potui loqui uobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tamquam paruulis in Christo. lac uobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis. sed ne nunc quidem potestis; adhuc enim estis carnales. cum enim sint in uobis aemulatio et contentio, nonne carnales estis? aduersus quem concupiscit aemulatio et contentio nisi aduersus Christum? has enim carnis concupiscentias Christus in suis sanat, sed in nullis amat. unde sancta ecclesia quamdiu habet etiam membra talia, nondum est sine macula et ruga. huc accedunt et illa peccata, pro quibus cotidiana uox totius ecclesiae est: dimitte nobis debita nostra. a quibus ne spiritales putaremus alienos, non quicumque carnalium nec ipsorum quicumque spiritalium, sed qui super pectus domini discumbebat et quem prae ceteris diligebat, si dixerimus, inquit, quia peccatum non habe-

10 I Cor. 1, 13 I Cor. 3, 1—3 21 Matth. 6, 12 24 cf. Ioh. 13, 23 25 I Ioh. 1, 8

4 poterant quidem D^2d perferre *BR* 5 poterat *MA* 6 etiam *om.* T^1 concupiscentias carnis *R* 7 non *om* T^1 confiteantur *R* spiritualibus *D* 8 subditam xpo *MADChBCXRd* hanc adhuc *C* 9 an—non *om. MX;* an aduersus xpm *om. AChC* 11 loqui potui *R* uobis loqui *DXCh* 12 potum dedi uobis *T* 13 ne] neque *Ch, s. l. m. 2 A* 14 quidem *om. Ch* 16 et contentio *om. C* 18 Christus *om. M* 19 etiam habet *T* 21 cottidiana *AC* est totius ecclesiae *R* 24 supra *DChR*

mus, nos ipsos decipimus, et ueritas in nobis non est. in omni autem peccato, plus in maiore, minus in minore, tamen contra iustitiam concupiscitur. et de Christo scriptum est: qui factus est nobis sapientia a deo et iustitia et sanctificatio et redemptio. in omni igitur peccato contra Christum sine dubio concupiscitur; sed qui sanat omnes languores nostros, cum perduxerit ecclesiam ad promissam languoris sanitatem, tunc in nullo membrorum eius quamlibet minima erit ulla macula aut ruga; tunc nullo modo caro aduersus spiritum concupiscet, et ideo nulla erit causa, cur aduersus carnem etiam spiritus concupiscat; tunc finem accipiet omnis haec pugna, tunc ambarum substantiarum erit summa concordia, tunc usque adeo ibi nullus erit carnalis, ut etiam ipsa caro sit spiritalis. quod ergo nunc agit cum carne sua quisque secundum Christum uiuens, cum et concupiscit aduersus eius malam concupiscentiam, quoniam sanandam continet, quam nondum sanatam tenet, et tamen eius bonam nutrit fouetque naturam, quoniam nemo umquam carnem suam odio habet: hoc etiam Christus agit cum ecclesia, quantum fas est comparare minora maioribus. nam et correptionibus eam reprimit, ne inpunitate inflata dissiliat, et consolationibus erigit, ne grauata infirmitate succumbat. hinc est illud apostoli: si enim nos ipsos iudicaremus,

4 I Cor. 1, 30 6 cf. Ps. 102, 3 18 Ephes. 5, 29 23 I Cor. 11, 31

1 seducimus *TDXR* 2 minus in minore *om. M* 4 quia *MAChBCR* nobis est *R* est *om. T*¹ a *om. M*¹ 5 et sanctificatio *om. C* 7 langores *M* ecclesiam suam *D* 8 sanitatem languoribus *D* languoriae *B* glorię *ACh* 9 eius *om. D* ulla erit *C* aut] et *TAChBC* 10 concupiscit *TMAChBC* 11 concupiscit *A*¹ 13 erit nullus *D* 14 caro ipsa *MAChDBXRd* ait *C* 15 xpm] spm *R* 16 eum *D*¹*X* mala *D*¹*X* concupiscentia *D*¹ quoniam] quam *DCXRd* 17 tenet sanatam *ACh* sanam *DX* 18 naturam fouetque *Cbd* 19 habuit *DCXd* etiam] et *DX* etiam agit cum ecclesia Christus *Cd* ait *M* 21 corruptionibus *M* ꝯripit (*s. l. m. 2* reprimit) *T* dissileat *TB* dissoleat *MAChD*¹*CX* desiliat *R* 22 infirmitate grauata *DX* subcumbat *C* 23 diiudicaremus *MDX*

non iudicaremur; cum iudicamur autem, a domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur, et illud in psalmo: secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuae iucundauerunt animam meam. tunc ergo speranda est carnis nostrae sine ulla repugnatione perfecta sanitas, quando erit ecclesiae Christi sine ullo timore certa securitas.

XII. 26. Haec aduersus Manichaeos fallaciter continentes pro ueraci continentia disputare suffecerit, ne continentiae fructuosus et gloriosus labor partem infirmam nostram, id est corpus, quando ab inmoderatis uel inlicitis uoluptatibus cohibet et refrenat, non salubriter castigare, sed insectari credatur hostiliter. corpus quippe ab anima est quidem natura diuersum, sed non est a natura hominis alienum. non enim animus constat ex corpore; sed tamen homo ex animo constat et corpore: et utique deus quem liberat, totum hominem liberat. unde totum hominem etiam ipse saluator suscepit, dignatus in nobis totum liberare quod fecit. qui contra istam sentiunt ueritatem, quid eis prodest libidines continere? si tamen aliquas continent. quid in eis per continentiam potest fieri mundum, quorum continentia talis inmunda est? quae nec continentia nominanda est. sentire quippe quod sentiunt, uirus est diaboli; continentia uero munus est dei. sicut autem non omnis, qui aliquid patitur aut quoslibet dolores tolerantissime patitur, habet eam uirtutem, quae similiter dei munus

3 Ps. 93, 19

1 a domino non iudicaremur *TMAChB;* non a domino iudicaremur *R* non utique iudicaremur (-mus *C*) *DCX* 2 dampnemur *A* 4 iocundauerunt M^2DXR ludificauerunt *C* iudificauerunt TM^1 5 est ergo speranda *BR* est speranda *T* est *om.* MA^1 9 disputasse *MDCXRd* sufficerit *MAB* nec *T* 10 infimam D^2BRd 11 uel] et *Mbd* 13 animi T^2DRBd quidem est *R* 14 a *om. C* 15 constat ex animo *R* 17 saluator ipse *MDBCXRd* 18 nobis etiam *R* 19 prodest eis *DXR* 20 fieri potest *MAChBR* fieri mundum potest *XD* 23 autem *om. C* 24 qui *om.* A^1 25 eam] etiam *X* munus dei *R*

est et patientia nuncupatur — multi enim tolerant multa tormenta, ne in suis criminibus prodant aut male sibi conscios aut se ipsos; multi pro explendis ardentissimis libidinibus et obtinendis uel non relinquendis eis rebus, quibus uinculo praui amoris obstricti sunt; multi pro diuersis et perniciosis, quibus uehementer tenentur, erroribus: quos omnes absit ut dicamus ueram habere patientiam — ita non omnis, qui aliquid continet uel ipsas etiam carnis aut animi libidines mirabiliter continet, istam continentiam, de cuius utilitate et decore disserimus, habere dicendus est. quidam enim, quod mirum dictu uideri potest, per incontinentiam continent — uelut si se mulier contineat a marito, quia hoc iurauit adultero — quidam per iniustitiam — uelut si miscendi sexus non reddat coniux coniugi debitum, quia ipse uel ipsa iam potest uincere talem corporis adpetitum — item quidam continent decepti fide falsa et uana sperantes, uana sectantes: in quibus sunt omnes haeretici et quicumque sub nomine religionis aliquo errore falluntur. quorum continentia uera esset, si esset et fides uera; cum uero illa propterea nec fides sit appellanda, quia falsa est, sine dubio et ista continentiae nomine indigna est. numquid enim continentiam, quam munus dei uerissime dicimus, dicturi sumus esse peccatum? absit a cordibus nostris tam detestanda dementia. beatus autem apostolus ait: omne, quod non est ex fide, peccatum est. quae igitur non habet fidem, nec continentia nominanda est.

24 Rom. 14, 23

2 male *om.* T^1 4 uel non relinquendis *om.* *T* 5 praue Ch^1 7 ueram dicamus *MADChBCXRbd* 8 continet istam *T* etiam ipsas *DX* 10 descrimus *M* discernimus *C* credendus *DX* quidam (i *ex* a *m. 1*) *M* 11 continentiam T^1C se continent *Cd* 12 mulier se *R* 13 ueluti *C* uelud *Ch* 14 coniunx *MDCXR* 16 et uana *DXd* 17 heretici *MDCh* 19 et *om.* D^1X 21 munus] unius *C* 22 dicturi] **mus (su *er.; s. l. add. m. 2* asseri) *Ch* peccatum esse dicturi sumus *DX* 23 nostris cordibus *MADChBCXRd* 24 ait *s. l. B*

27. Sunt etiam, qui aperte malignis seruiendo daemonibus a corporis uoluptatibus continent, ut per eos expleant nefarias uoluptates, quarum inpetum ardoremque non continent. unde ut aliquid dicam et cetera propter sermonis longitudinem taceam, quidam etiam non adtingunt uxores suas, dum quasi mundi per magicas artes peruenire ad uxores moliuntur alienas. o mirabilem continentiam, immo uero nequitiam atque inmunditiam singularem! si enim uera esset continentia, magis ab adulterio quam propter adulterium perpetrandum carnis concupiscentia debuit a coniugio continere. hanc quippe concupiscentiam carnis relaxare solet continentia coniugalis eiusque frenis hactenus moderamen inponere, ut nec in ipso coniugio inmoderata licentia diffluatur, sed custodiatur modus, aut infirmitati coniugis debitus, cui hoc non secundum imperium praecipit, sed secundum ueniam concedit apostolus, aut filiis procreandis accommodatus, quae una fuit causa miscendae inuicem carnis et patribus quondam et matribus sanctis. id autem faciens continentia, id est moderans et quodam modo limitans in coniugibus carnis concupiscentiam et eius inquietum atque inordinatum motum certis quodam modo finibus ordinans bene utitur hominis malo, quem facit et uult perficere bonum, sicut deus utitur etiam hominibus malis propter eos, quos perficit bonos.

XIII. 28. Absit ergo, ut continentiam, de qua scriptura dicit: et hoc ipsum erat sapientiae scire, cuius esset hoc donum, etiam eos habere dicamus, qui continendo uel

14 cf. I Cor. 7, 6 25 Sap. 8, 21

1 seruientes *D* demonibus *MX* 5 non attingunt etiam *MAD ChBCXRd* 6 maicas *T* 9 ab *s. l. T* adultero *TMChR* 10 a *om. C* con iugii *C* contineri *X* 11 carnis *om. T* 12 actenus *TM¹AChB* in *om. T* 13 coniugi *T* diffluat *A²C* defluatur *R* sed custodiatur *om. MAD¹ChCX* 14 infirmitati (*s. l. add.* ae) *T* 15 praecepit *MAChCX* 17 quodam *X* 19 quod amodo *Ch* cupiscentiam *C¹* 20 inmoderatum *T¹* 21 diffinitionibus *T* ordians *T* fecit *XCh* 22 etiam] et *C* 23 per *Ch²* eos *om. Ch* 25 hoc donum esset *R*

erroribus seruiunt uel aliquas minores cupiditates ideo uincunt, ut alias expleant, quarum granditate uincuntur. ea uero, quae uera est desuper ueniens continentia, non aliis malis mala premere alia, sed bonis mala sanare uult omnia. cuius ut breuiter complectar actionem, omnibus prorsus delectationibus concupiscentiae, quae aduersantur delectationi sapientiae, cohercendis atque sanandis inuigilat officium continentiae. unde angustius eam sine dubitatione metiuntur, qui solas libidines corporis cohibere definiunt; melius profecto illi, qui non addunt corporis, sed generaliter libidinem siue cupiditatem regendam dicunt ad continentiam pertinere. quae cupiditas in uitio ponitur nec tantum est corporis, uerum et animi. etenim si corporis cupiditas est in fornicationibus et ebrietatibus, numquid inimicitiae, contentiones, aemulationes, postremo animositates in corporis uoluptatibus, ac non potius in animi motibus et perturbationibus exercentur? carnis tamen opera haec omnia nuncupauit apostolus, siue quae ad animum siue quae ad carnem proprie pertinerent, ipsum scilicet hominem nomine carnis appellans. opera quippe hominis sunt, quae non dicuntur dei, quoniam homo, qui haec agit, secundum se ipsum uiuit, non secundum deum, in quantum haec agit. sunt autem alia opera hominis, quae magis dicenda sunt dei. deus est enim, inquit apostolus, qui operatur in uobis et uelle et operari pro bona uoluntate. inde est et illud: quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei.

14 cf. Gal. 5, 19—21 23 Phil. 2, 13 25 Rom. 8, 14

3 ueniens *om. C* aliis] aliquis *T* 4 praemere *M* prębere *R* sanare mala *DX* 6 aduersatur *T* 7 coercendis *AChBCRd* 9 diffiniunt *DCX* 10 non *om. D*¹ corpori *R* 12 uerum et] sed etiam *DX* 13 cupiditas corporis *MADChBXRd* corporis *om. C* 16 in *om. T*¹ tamen carnis *R* 17 omnia haec *DX* 18 propriae *MB* pertinent *DCX* 20 hoc *O* 22 hoc *C* dei dicenda sunt opera *DX* 23 opera dei *MAChBRT*²*d* est *om. C* 24 nobis *R* 26 hii *BC*

29. Spiritus itaque hominis adhaerens spiritui dei concupiscit aduersus carnem, id est aduersus se ipsum, sed pro se ipso, ut motus illi siue in carne siue in anima secundum hominem, non secundum deum, qui sunt adhuc per adquisitum languorem, continentia cohibeantur propter adquirendam salutem, ut homo non secundum hominem uiuens iam possit dicere: uiuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus. ubi enim non ego, ibi felicius ego, ut, quando secundum hominem reprobus ullus motus exsurgit, cui non consentit qui mente legi dei seruit, dicat etiam illud: iam non ego operor illud. talibus quippe et illa dicuntur, quae sicut eorum socii participesque debemus audire: si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram. mortui enim estis, et uita uestra abscondita est cum Christo in deo; cum Christus apparuerit, uita uestra, tunc et uos cum illo apparebitis in gloria. quibus loquatur intellegamus, immo uero adtentius audiamus. nam quid hoc planius! quid apertius! eis certe loquitur, qui consurrexerunt cum Christo, nondum utique carne, sed mente, quos et mortuos dicit et magis hinc uiuos; nam uita uestra, inquit, abscondita est cum Christo in deo. talium mortuorum uox est: uiuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus. quorum ergo uita erat abscondita in deo,

7 Gal. 2, 20 10 Rom. 7, 17 12 Col. 3, 1—4 24 Gal. 2, 20

3 carne] corpore *R* 5 langorem *M* 7 non *om. T* 8 enim *s. l. T* 9 exurgit *DChXR* 10 etiam] enim *T* 13 surrexistis *A* sunt *om. T* sunt—sursum *om. A* 14 quaerite—sunt *om. Ch* 16 uestra et cetera usque (et cetera usque *s. l.*) *A, Ch* abscondita—uestra *om. ACh* 18 apparebitis cum illo *DChCd* 19 loquatur *ex* loquebatur *T* audimus *T* 20 hoc *om. T*[1] planius] apertius *DX* apertius] planius *DX* 21 consurrexerant *Dd* cum *om. TAChB* christo *om. ACh* 22 et *om. MADChCXd* mortuus *Ch*[1] 23 abscondita est inquit *R* 24 non *om. T* 25 erit *ACM*[2]

admonentur et exhortantur, ut membra sua mortificent, quae sunt super. terram. id enim sequitur: mortificate ergo membra uestra, quae sunt super terram. et ne quisquam nimis tardus membra ista uisibilia corporis mortificanda putaret a talibus, continuo quid dicat aperiens, fornicationem, inquit, inmunditiam, perturbationem, concupiscentiam malam et auaritiam, quae est idolorum seruitus. itane uero credendum est, quod isti, qui iam mortui erant eorumque uita abscondita erat cum Christo in deo, adhuc fornicabantur, adhuc in moribus inmundis operibusque uiuebant, adhuc perturbationibus concupiscentiae malae atque auaritiae seruiebant? quis demens ista de talibus senserit? quid ergo uult ut mortificent, opere scilicet continentiae, nisi motus ipsos adhuc in sua quadam interpellatione sine nostrae mentis consensione, sine membrorum corporalium operatione uiuentes? et quomodo isti mortificantur opere continentiae, nisi cum eis mente non consentitur nec exhibentur eis arma corporis membra et, quod est maius atque uigilantia continentiae maiore curandum, ipsa etiam nostra cogitatio, quamuis eorum quodam modo suggestione et quasi susurratione tangatur, tamen ab eis ne oblectetur auertitur et ad superna delectabilius cogitanda conuertitur, ad hoc ea nominans in sermonibus, ne habitetur in eis, sed fugiatur ab eis? quod fit, si efficaciter audiamus ipso adiuuante, qui haec per apostolum praecipit: quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram.

XIIII. 30. Cum autem mala illa commemorasset, adiunxit

2 (5) Col. 3. 4. 5 25 Col. 3, 1. 2

1 ammonentur *TMX* exortantur *MACh* 4 menbra *Ch* 5 a *om. R* 6 inquid *Ch* 7 ydolorum *R* 8 iam *om. T* 10 immoribus *M* 12 talibus (bus *add. s. l. m. 2*) *M* 14 sine] siue *R* mentis nostrae *DX* 15 conuersione *X* siue *R* 17 exibentur *ChB* 19 maiori D^1X 21 nec *Ch* 22 ad] ob *MBd* 24 ipse M^1 hoc *Cd* apostolum suum *Cd* 25 praecepit *DX*

atque ait: propter quae uenit ira dei in filios infidelitatis. utique salubriter terruit, ne putarent fideles propter solam fidem suam, etiamsi in his malis uiuerent, se posse saluari apostolo Iacobo contra istum sensum uoce manifestissima reclamante ac dicente: si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides saluare eum? unde et hic doctor gentium propter illa mala uenire iram dei dixit in filios infidelitatis. cum autem dicit: in quibus et uos aliquando ambulastis, cum uiueretis in illis, satis ostendit, quod in illis iam non uiuant. his quippe mortui erant, ut eorum uita in deo cum Christo esset abscondita. cum ergo iam in illis non uiuerent, mortificare iam talia iubebantur. ipsis quippe in eisdem non uiuentibus illa uiuebant, sicut paulo ante iam ostendi, et membra dicebantur ipsorum ea uidelicet uitia, quae in membris eorum habitabant, eo modo locutionis per id quod continet id quod continetur, sicut dicitur: totum forum inde loquitur, cum homines loquantur, qui sunt in foro. ipso locutionis modo in psalmo canitur: omnis terra adoret te, id est: omnes homines, qui sunt in terra.

31. Nunc autem deponite, inquit, et uos uniuersa et commemorat plura eius modi mala. sed quid est, quod ei non sufficit dicere: deponite uos uniuersa, sed addita coniunctione dixit: et uos? nisi ne propterea se putarent haec

1 Col. 3, 6 5 Iac. 2, 14 9 Col. 3, 7 19 Ps. 65, 4 21 Col. 3, 8

1 incredulitatis *R* diffidentię *D* 3 suam *om C* posse se *X* 4 iacobo contradicente et contra *DX* 5 se quis dicat habere *T* 6 fides poterit *T* potest *R* 8 incredulitatis *R* dixit *R* 10 uiuant] essent *X om. MAChC* uiuerent *d* 11 uiuendo mortui *C* in domino D^1X 14 uiuebant illa *R* iam paulo ante *ACh* 15 eorum *post* habitabant *MADChBR* ipsorum *Rd om. C* 16 eo *T: om. cet. lib.* quod *pr. om.* T^1 17 continetur significatur *C* 18 ipso] quo *DX* modo locutionis *ACh* 19 te deus *DC* 21 et uos inquit *R* inquit apłs *D* 22 eiusmodo *Ch* non ei *MDChBXR* 23 deponite uos uniuersa *om. T*

mala facere atque in eis uiuere inpune, quia fides eorum liberaret eos ab ira, quae uenit in filios infidelitatis ista facientes et in eis sine fide uiuentes. deponite, inquit, et uos illa mala, propter quae uenit ira dei in filios infidelitatis nec uobis eorum inpunitatem propter fidei meritum promittatis. non autem diceret „deponite" eis, qui iam deposuerant ex ea parte, qua talibus uitiis non consentiebant nec sua membra eis arma peccati dabant, nisi quia in hoc facto est et in hac adhuc operatione uersatur, quamdiu mortales sumus, uita sanctorum. dum enim spiritus concupiscit aduersus carnem, haec magna intentione res agitur, delectationibus prauis, libidinibus inmundis, motibus carnalibus atque turpibus suauitate sanctitatis, amore castitatis, spiritali uigore et continentiae decore resistitur: sic deponuntur ab eis qui mortui sunt eis nec consentiendo uiuunt in eis, sic, inquam, deponuntur, dum continuata continentia, ne resurgant, premuntur. quisquis quasi securus ab hac eorum depositione cessauerit, ilico in arcem mentis prosilient eamque inde ipsa deponent atque in suam redigent seruitutem turpiter deformiterque captiuam. tunc regnabit peccatum in hominis mortali corpore ad oboediendum desideriis eius; tunc sua membra exhibebit arma iniquitatis peccato et erunt nouissima illius peiora prioribus. multo enim est tolerabilius certamen huius modi non coepisse quam coeptum reliquisse conflictum et factum ex bono proelia-

21 cf. Rom. 6, 13 22 cf. Matth. 12, 45

1 impune in eis uiuere *Cd* 2 infidelitatis (*in mg.* ł infelicitatis) *Ch* infelicitatis *M* 3 eis] his *MADChBCXRd* fine *DX* 4 infelicitatis *M* 6 dicere M^1 eis deponite *DX* eis *om. T* quae *MDChX* 7 ea *s. l. T* 8 factu *B* factū *ACh* 9 uita sanctorum *cr. in M* 11 haec] ct *in ras. D* res agitur *om. D* 14 sicque *X* sic« *D* 15 in eis *om. T* 16 continua *T* ne *om.* M^1 resurgent A^1 surgant *Ch* ne surgant A^2 17 dispositione *C* illico *Chd* 18 montis A^2 ipsam M^2ChXRb 20 regnauit M^1B 21 exibebit *s. l. m. 2 T* 22 hominis illius *D* 23 est enim *MAChBCRd* enim est melius et *DX* tollerabilius *B* cepisse *Ch* cepisse *DX* 24 relinquisse BM^1

tore uel etiam ex uictore capliuum. unde dominus non ait: qui coeperit, sed: qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.

32. Siue autem ne uincamur acriter confligentes siue aliquotiens uel etiam insperata uel inopinata facilitate uincentes ei, qui nobis dat continentiam, demus gloriam. meminerimus quendam iustum dixisse in abundantia sua: non mouebor in aeternum, demonstratumque illi esse quam temere hoc dixerit, tamquam suis uiribus tribuens, quod ei desuper praestabatur. hoc autem ipso confitente didicimus; mox enim adiunxit: domine, in uoluntate tua praestitisti decori meo uirtutem; auertisti autem faciem tuam, et factus sum conturbatus. per medicinalem prouidentiam paululum desertus est a rectore, ne per exitialem superbiam ipse desereret rectorem. siue ergo hic, ubi cum uitiis nostris domandis minuendisque confligimus, siue ibi, quod in fine futurum est, ubi omni hoste quia omni peste carebimus, id nobiscum salubriter agitur, ut qui gloriatur, in domino glorietur.

2 Matth. 10, 22 7 Ps. 29, 7 11 Ps. 29, 8 18 cf. I Cor. 1, 31

1 ex *om. C* uictorem *M* 2 usque in finem *in mg. TC* usque—uincamur *er. M* 4 acricriter *T* aliquoties *ACd* 5 sperata T^1 6 meminerimusque *D* 7 habundantia *TCR* sua] mea *DChX* moueri *T* 12 autem *om. TDX* tuam] a me *T* tuam a me *D* 13 paulolum *C* paulum M^1 14 desereret ipse *MADChBCXRd* 15 dominandis *T* 17 quia] et *b* 18 glorietur amen *X* glorietur qui uiuit et regnat amen *R* Explicit tractatus sci Augustini de continentia *folio ultimo T* Explicit tractatus beati Augustini de continentia *fol. 91*^{a} *M, A* Explicit liber sci Augustini de continentia *fol. 124*^{a} *D, fol. 124*^{a} *X, fol. 187*^{b} *R* Explicit tractatus beati (sci *C*) Augustini de continentia (*quat. XXVII*) *Ch, B, fol. 103*^{a} *C.*

V.

S. Aureli Augustini

de bono coniugali.

C = codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 13367 s. VI.
P = codex Palatinus n. 210 s. VII.
K = codex Coloniensis n. 76 s. VIII.
γ = codex Cluniacensis 30 (nou. acqu. 1448) s. VIIII.
H = codex Coloniensis 78 s. VIIII—X.
A = codex Vindobonensis 1021 s. X.
R = codex Regius 2150 s. X.
F = codex Regius 2730 s. X.
D = codex Bambergensis B III 18 s. XI.
M = codex Monacensis 14491 s. XI.
X = codex Vindobonensis 849 s. XII.
E = codex Monacensis 15809 s. XII.
N = codex Monacensis 17057 s. XII.
α = codex Admuntensis 502 s. XII.
B = codex Bernensis 162 s. XI.
T = codex Cassinensis 170 s. XI.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1686.

V.

DE BONO CONIVGALI.

I. 1. Quoniam unusquisque homo humani generis pars est et sociale quiddam est humana natura magnumque habet et naturale bonum, uim quoque amicitiae, ob hoc ex uno deus uoluit omnes homines condere, ut in sua societate non sola similitudine generis, sed etiam cognationis uinculo tenerentur. prima itaque naturalis humanae societatis copula uir et uxor est. quos nec ipsos singulos condidit deus et tamquam alienigenas iunxit, sed alteram creauit ex altero, signans etiam uim coniunctionis in latere, unde illa detracta formata est. lateribus enim sibi iunguntur, qui pariter ambulant et pariter quo ambulant intuentur. consequens est conexio societatis in filiis, qui unus honestus fructus est non coniunctionis maris

11 cf. Gen. 2, 21. 22

2 Explicit de $\overline{\text{sca}}$ uirginitate. Incipit liber Aureli Augustini catholici de bono coniugali *fol. 166*^{b} *C fol. 72 B* $\overline{\text{Sci}}$ Augustini de bono coniugali *fol. 3*^{a} *P* Incipit liber eiusdem de bono coniugali *fol. 40*^{b} *K* Incipit liber $\overline{\text{sci}}$ Augustini de bono coniugali *fol. 2*^{b} γ Liber de bono coniugali *fol. 1 H, fol. 1 A* Incipit $\overline{\text{sci}}$ Augustini de bono coniugali *fol. 45*^{a} *R* Incipit liber $\overline{\text{sci}}$ Augustini de bono coniugali *fol. 41*^{a} *F, fol. 18*^{a} *D, fol. 58*^{a} *M, fol. 51*^{b} *X, fol. 33*^{a} *E* Augustinus de bono coniugali *fol. 56*^{a} *N* Liber sci Augustini de bono coniugali *fol. 92*^{a} α 4 et —natura *om.* γ est] cū *N* natura humana *MENX* natū (*in mg.* natura) *B* 5 ob] et ”ex *C* et *B* uoluit deus *AD* 6 concedere *T* con••dere *A* 8 humane *K* humaneque *D* uxor eius *MENXα* 9 et] nec *s. l. m. 2 A* 10 coniunxit *KMENXT* sed] at *H* alterū (ū *in ras.*) *A, D* creuit *P*^{1} 11 et illa *KTMENXα* 12 sibi (i *pr. supra* ••, *alt.* i *s. l.*) *A* coniunguntur *MENXα* e•t *A* 13 est *om. PHAF*γ connexio γ 14 filius *B*^{1} honestus *om.* γ *post* honestus *uidetur* sit *er. in K*

et feminae, sed concubitus. poterat enim esse in utroque sexu etiam sine tali commixtione alterius regentis, alterius obsequentis amicalis quaedam et germana coniunctio.

II. 2. Nec nunc opus est, ut scrutemur et in ea quaestione definitam sententiam proferamus, unde primorum hominum proles posset exsistere, quos benedixerat deus dicens: crescite et multiplicamini et inplete terram, si non peccassent, cum mortis condicionem corpora eorum peccando meruerint nec esse concubitus nisi mortalium corporum possit. plures enim de hac re sententiae diuersaeque extiterunt; et si examinandum sit, ueritati diuinarum scripturarum quaenam earum potissimum congruat, prolixae disputationis negotium est. siue ergo sine coeundi conplexu alio aliquo modo, si non peccassent, habituri essent filios ex munere omnipotentissimi creatoris, qui potuit etiam ipsos sine parentibus condere, qui potuit carnem Christi in utero uirginali formare et, ut iam ipsis infidelibus loquar, qui potuit apibus prolem sine concubitu dare; siue ibi multa mystice ac figurate dicta sint aliterque sit intellegendum, quod scriptum est: inplete terram et dominamini eius, id est, ut plenitudine et perfectione uitae ac potestatis id fieret, ut ipsum quoque incrementum et multiplicatio, qua dictum est: crescite et

6 Gen. 1, 28 19 Gen. 1, 28

1 femine *K* enim *om. CB* 2 conmixtione γ regentes H^1 3 subsequentis *ENX* 4 nunc] ñ α 5 nude R^1 6 possit γ*F* 7 replete *MENX*α 8 mort•is *A* condicionem *C* conditione *E* c̄ dictionē *B* corpora eorum] corporeorum *CR* corporea *B* 9 meruerunt *KT* esset *A* nisi] sine *KMENX*α si R^1 coniunctione corporum *M* commixtione corporum *KENX*α posset *MENX*α 10 exstiterunt γ 11 ueritate *b* scribturarum (*semper* b) *CP* quaenam *et sequentia intercid. in A, desunt tria fol.* 14 esseat] erant *KT* e *B* 16 et *om. C* iam] etiam *bd* 17 prolem *om. N* concubitu̇i̇nę *B* 18 siue ea *D* ubi B^1 ibi sic̄ *D* mysticae *CKX* hac *K om.* P^1 figuratae *CK* dicte *F* 20 in plenitudine *P*γ*HRFD* 21 id] hoc *E* id ipsum *MENX* 22 multiplicatio *ex* multiplicamini *P* multiplicatio—et *om. E* quod *H*

multiplicamini, prouectu mentis et copia uirtutis intellegatur, sicut in psalmo positum est: multiplicabis me in anima mea in uirtutem, nec data sit homini prolis ista successio, nisi posteaquam causa peccati futura erat in morte decessio; siue corpus non spiritale illis hominibus, sed primo animale factum erat, ut oboedientiae merito postea fieret spiritale ad inmortalitatem capessendam non post mortem, quae inuidia diaboli intrauit in orbem terrarum et facta est poena peccati, sed per illam commutationem, quam significat apostolus, ubi ait: deinde nos uiuentes qui reliqui sumus simul cum illis rapiemur in nubibus in obuiam Christo in aera, ut illa corpora primi coniugii et mortalia fuisse intellegamus prima conformatione et tamen non moritura, nisi peccassent, sicut minatus erat deus — tamquam si uulnus minaretur, quia uulnerabile corpus erat, quod tamen non accidisset, nisi fieret quod ille uetuisset — ita ergo possent etiam per concubitum talium corporum generationes subsistere, quae usque ad certum modum haberent incrementum nec uergerent tamen in senium aut usque in senium, nec tamen in mortem, donec illa benedictionis multiplicatione terra inplereter. si enim uestibus Israhelitarum praestitit deus per annos quadraginta sine ullo detrimento

2 Ps. 137, 3 8 cf. Sap. 2, 24 10 I Thess. 4, 17 21 cf. Deut. 29, 5

1 in prouectu *PKγHFRDENXTα* prouectus *B* uirtutes R^1 2 positum] dictum *D* multiplicauis *K* 3 in uirtutem *CF:* in uirtute *PKMγHDENXαT* in uirtute *B* uirtute *Rbd* proles *BT* 4 concessio *MENXα* successionis *RBT* nisi] si *B om. RT* posteaque *E* 5 decessione *CB* discessio *Dα* siue *om. CB* spirituale (a *s. l.*) *C* 7 spirituale (u *s. l.*) *C* capessenda *K* post] propter *HMENXα* 8 que *K* diabuli *K* introiuit *B om. E* 10 significauit *KMEXα* apostulus K^1 11 rapiemur cum illis *E* 12 obuiam in nubibus *X* in obuiam] obuiam *KFDMENXα* in aera *om. CB* illi P^1 illa *sqq. usque p. 192, 4 desunt in N* prima *KD* 13 ꝯformatione (*del. m. rec.*) *P* 14 tamen *er. in H* 16 erat *om. E* 17 alium γ 18 generatione *K* 19 si usqué *T* 22 XL *KHDMXα*

proprium statum, quanto magis praestaret corporibus oboedientium praecepto suo felicissimum quoddam temperamentum certi status, donec in melius conuerterentur non morte hominis, qua corpus ab anima deseritur, sed beata commutatione a mortalitate ad inmortalitatem, ab animali ad spiritalem qualitatem!

III. Harum sententiarum quae uera sit, uel si alia uel aliae possunt adhuc ex illis uerbis exculpi, quaerere ac disserere longum est.

3. Illud nunc dicimus, secundum istam condicionem nascendi et moriendi, quam nouimus et in qua creati sumus, aliquid boni esse coniugium masculi et feminae: cuius confoederationem ita diuina scriptura commendat, ut nec dimissae a uiro nubere liceat alteri, quamdiu uir eius uiuit, nec dimisso ab uxore liceat alteram ducere, nisi mortua fuerit, quae recessit. bonum ergo coniugii, quod etiam dominus in euangelio confirmauit, non solum quia prohibuit dimittere uxorem nisi ex causa fornicationis, sed etiam quia uenit inuitatus ad nuptias, cur sit bonum, merito quaeritur. quod mihi non uidetur propter solam filiorum procreationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diuerso sexu societatem; alioquin non iam diceretur coniugium in senibus, praesertim si uel amisissent filios uel minime genuissent. nunc uero in bono licet annoso coniugio, etsi emarcuit ardor aetatis inter masculum et feminam, uiget tamen ordo caritatis inter maritum et uxorem, qui

17 cf. Matth. 19, 9 18 cf. Ioh. 2, 2

1 quando R^1 corporibus si D oboedientiam PFR per oboedientiam (per *insert.*) γ obędientię B obędientiam seruarent D 5 animale C 7 uersa K 8 possunt (u *in ras. m. 2*) C possent D sculpi $KMEX\alpha T$ exculpię B qua erre K 12 quorum B confoedarationem C confoederatione P considerationem E 14 uixerit γ 16 coniugium $K\gamma E\alpha$ dominus etiam D confirmabit PR^1 17 proibuit R 19 non *om.* EX uidetur non solum EX 20 procreationem filiorum D 21 iam non T iam *om.* γ 23 annosa XE^2 anno H^1 24 marcuit $T\gamma^2$ meruit $F^1\gamma^1$ minuitur *s. l.* F^2 25 ordo] ardor X qui] quia $PHFR$ $DENbd$

quanto meliores sunt, tanto maturius a conmixtione carnis suae pari consensu se continere coeperunt, non ut necessitatis esset postea non posse quod uellent, sed ut laudis esset primum noluisse quod possent. si ergo seruatur fides honoris et obsequiorum inuicem debitorum ab alterutro sexu, etiamsi languescentibus et prope cadauerinis utrisque membris, animorum tamen rite coniugatorum tanto sincerior, quanto probatior, et tanto securior, quanto placidior castitas perseuerat. habent etiam id bonum coniugia. quod carnalis uel iuuenalis incontinentia, etiamsi uitiosa est, ad propagandae prolis redigitur honestatem, ut ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio coniugalis, deinde quia reprimitur et quodam modo uerecundius aestuat concupiscentia carnis, quam temperat parentalis affectus. intercedit enim quaedam grauitas feruidae uoluptatis, cum in eo, quod sibi uir et mulier adhaerescunt, pater et mater esse meditantur.

IIII. 4. Huc accedit, quia in eo ipso, quod sibi inuicem coniuges debitum soluunt, etiamsi id aliquanto intemperantius et incontinentius expetant, fidem tamen sibi pariter debent. cui fidei tantum iuris tribuit apostolus, ut eam potestatem appellaret dicens: mulier non habet potestatem corporis sui, sed uir; similiter autem et uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. huius autem fidei uiolatio dicitur adulterium, cum uel propriae libidinis instinctu uel alienae consensu cum altero uel altera

21 I Cor. 7, 4

1 sunt *om.* *H* a *om.* γ carnis] caritatis *CB*¹ 3 laudes *K* 4 prius *Kγ EXα* non uoluisse *H* 5 obsequiarum *B*¹ etiamsi] etiam γ 6 languiscentibus *K* caderinis γ¹ cadauer in his *KT* utriusque *R*²*bd* 7 tam merite *R*¹ 8 placitior *B*¹ caritas *MEXα* perseueret γ¹ 9 id] ad *F*¹ iuuenilis *MHDB*²*Xα* 10 propagatio te *B*¹ redigetur *MEXα* 12 repremitur *K* 14 effectus *D* feruida *KT* 15 uoluptati *Pγ HFRDMEXα* uoluntatis *T* in *om.* *CB* eo ipso *KMTEXα* et *om.* *EX* 17 in *om.* *X* 18 debita *PFRDγ* aliquando *E* 19 expectant *R*¹ pariter] inuicem *KMEXTα* 20 potestate *K* 22 sui *om.* *M* 23 corpori *R*¹ 25 uel cum altera *X*

contra pactum coniugale concumbitur. atque ita frangitur fides, quae in rebus etiam corporeis et abiectis magnum animi bonum est; et ideo eam saluti quoque corporali, qua etiam uita ista continetur, certum est debere praeponi. etsi enim exigua palea prae multo auro paene res nulla est, fides tamen, cum in negotio paleae sicut in auri sincera seruatur, non ideo minor est, quia in re minore seruatur. cum uero ad peccatum admittendum adhibetur fides, mirum si fides appellanda est; uerumtamen qualiscumque sit, si et contra ipsam fit, peius fit, nisi cum propterea deseritur, ut ad ueram fidem ac legitimam redeatur, id est, ut peccatum emendetur uoluntatis prauitate correcta. tamquam si quisque, cum hominem solus expoliare non possit, inueniat socium iniquitatis et cum eo paciscatur, ut simul id faciant spoliumque partiantur, quo facinore commisso totum solus auferat. dolet quidem ille et fidem sibi seruatam non esse conqueritur; uerum in ipsa sua querela cogitare debet potius in bona uita ipsi humanae societati fuisse seruandam, ne praeda iniqua ex homine fieret, si sentit, quam inique sibi in peccati societate seruata non fuerit. ille quippe utrubique perfidus profecto sceleratior iudicandus est. at si id, quod male fecerant, ei displicuisset et

1 adque (*semper*) *CK* ita] ideo γ 3 qua] quae *KT* quo α 4 ista] nostra ista $K^2HMEX\alpha bd$ etsi] et *EX* et•• *H* enim *om.* *MEX*α etiam *T* 5 paenae *K* 6 auro *Fbd* auris *KRH* in cera *KR* incera *H* non—seruatur *repetita exp. et in mg. add.:* transi *C* 7 minori *MBENX*α cum] ñ idō *B* ad *om.* *N* 8 ammittendum *K* adhibeatur *D* mirum est *D* 9 ueruntamen *H* qualescumque *K* et] ea *MEX* 10 fit] sit *ND* peius fit *om.* *N* 11 uoluntatem γ^2 12 prauitatis *K*γ correpta *B* si *om.* *B* quisquam *D* quis *Xbd* 14 pasciscatur *B* spoliamque *PFR*^{1} spoliãque γ^1 spoliaque $DH\gamma^2$ quod *KT* 15 auferat dolo. Et (ex *H*) quidem $P\gamma DFH$ 16 non seruatam *B* non esse] ṽ ṣę *B* conquaeritur $P\gamma^1$ uerum tamen *X* 17 querilla *K* quaerella *P* quere•la *R* ipsius *MENX*α 18 societatis *KMENX*α seruandū *B* praedam iniquam *C* 19 peccatis γ 20 utrubique] utrum ubique *C* uti ubique *F*γ ut ubique *RD* utrobique *THBMENX*αbd profecto] pro peccato *K* sceleratus *D* 21 at] ad C^1F^1 hac *K* fecerat *KTHMENX*α

propterea cum participe facinoris praedam diuidere noluisset, ut homini, cui ablata fuerat, redderetur, eum perfidum nec perfidus diceret. ita mulier, si fide coniugali uiolata fidem seruet adultero, utique mala est; sed si nec adultero, peior est. porro si eam flagitii paeniteat et ad castitatem rediens coniugalem pacta ac placita adulterina rescindat, miror, si eam fidei uiolatricem uel ipse adulter putabit.

V. 5. Solet etiam quaeri, cum masculus et femina, nec ille maritus nec illa uxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed propter incontinentiam solius concubitus causa copulantur ea fide media, ut nec ille cum altera nec illa cum altero id faciat, utrum nuptiae sint uocandae. et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari conubium, si usque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit et prolis generationem, quamuis non ea causa coniuncti sint, non tamen uitauerint, ut uel nolint sibi nasci filios uel etiam opere aliquo malo agant, ne nascantur. ceterum si uel utrumque uel unum horum desit, non inuenio, quemadmodum has nuptias appellare possimus. etenim si aliquam sibi uir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam uel honoribus uel facultatibus suis inueniat, quam conparem ducat, ipso animo adulter est, nec cum illa, quam cupit inuenire, sed cum ista, cum qua sic cubat, ut cum ea non habeat maritale consortium. unde et ipsa hoc sciens ac uolens inpudice utique miscetur ei, cum

2 oblata M^1 abla R^1 perfidē B^1 perfida N 3 perfides R^1 diceretur NM^1 si *om.* X uiolatam K 4 seruat $KTMENX\alpha\gamma$ sed *om.* B si nec] sine $KF\gamma^1T$ sineque γ^2 5 flagitiū D 6 placita ac pacta E pactā B peccata H placitā B adulterinā B miro K 7 ipsa R^1 *om.* EX putauit $PKHRTMENX\alpha$ 8 masculus] mare $PR^1F\gamma^1$ mas $HDR^2\gamma^2$ et masculus α nec *om.* E 9 non *om.* MEX causa filiorum N 10 propter] pro B incontinentia B 11 altera—cum *om.* C nec—altero *om.* B 12 sunt T post R^1 13 obsurde B^1 14 alicuius] alterius d 15 sunt B^1 16 ut] et γ sibi *om.* T aliquo opere $KMENX\alpha$ 17 ne *om.* E nascant P^1 si uel] siue $KR^1TMENX\alpha$ uel] siue $MENX\alpha$ 18 quemammodum PR^1 19 aliqua C uir *om.* CB 23 maritalem K 24 hac K miscitur K

quo non habet foedus uxorium. uerumtamen si ei tori fidem seruet et, cum ille uxorem duxerit, nubere ipsa non cogitet atque a tali prorsus opere continere se praeparet, adulteram quidem fortassis facile appellare non audeam; non peccare tamen quis dixerit, cum eam uiro, cuius uxor non est, misceri sciat? iam uero si ex illo concubitu, quantum ad ipsam attinet, nonnisi filios uelit et, quidquid ultra causam procreandi patitur, inuita patiatur, multis quidem ista matronis anteponenda est, quae tametsi non sunt adulterae, uiros tamen suos plerumque etiam continere cupientes ad reddendum carnale debitum cogunt non desiderio prolis, sed ardore concupiscentiae ipso suo iure intemperanter utentes, in quarum tamen nuptiis bonum est hoc ipsum, quod nuptae sunt. ad hoc enim nuptae sunt, ut illa concupiscentia redacta ad legitimum uinculum non deformis et dissoluta fluitaret, habens de se ipsa inrefrenabilem carnis infirmitatem, de nuptiis autem indissolubilem fidei societatem, de se ipsa progressum inmoderate coeundi, de nuptiis modum caste procreandi. etsi enim turpe est libidinose uti uel marito, honestum est tamen nolle misceri nisi marito et non parere nisi de marito.

VI. Sunt item uiri usque adeo incontinentes, ut coniugibus nec grauidis parcant. quidquid ergo inter se coniugati inmodestum, inuerecundum, sordidum gerunt, uitium est hominum, non culpa nuptiarum.

6. Iam in ipsa quoque inmoderatiore exactione debiti car-

1 fędus *DB* uxoreum B^1 fidem thori (tori *K*) *KMENXα* 2 illae *R* 3 opere prorsus *E* continere (*s. fin.* e *add.* i) *C* 4 apellare γ^1 audeo *MENXα* 5 eam] ei *KMENXα* 6 miseri R^1 iam] nam *MENXα* 7 adtinet $K\gamma$ pertinet *D* filios *om.* α 8 patitur procreandi *H* patiantur *K* patitur *PHRγ* matronis ista *KMENXα* 9 tam etsi *D* 10 etiam] iam *KMEXα* tam *N* 13 nuptae] nuptie *N* ad—sunt *om. CB* 14 ille B^1 15 deformi *C* et] sed *CB* 16 se *om. B* inreflenabilem *M* 17 se *om. HB* 18 etsi enim] etenim si *MENXα* 19 libidinosae CB^1 uti uel] uti uelle *Bbd* utile *T* uti *N* 20 et—marito *om. PγHFRD* parçere *B* de *s. l. B* 23 sordide *D* est *om.* γ^1 24 colpa *C* 25 Iam] Nam *MENXα* inmoderatione $CDXF^1E^1$ immoderata *B*

nalis, quam eis non secundum imperium praecepit, sed secundum ueniam concedit apostolus, ut etiam praeter causam procreandi sibi misceantur, etsi eos praui mores ad talem concubitum inpellunt, nuptiae tamen ab adulterio seu fornicatione defendunt. neque enim illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur. debent ergo sibi coniugati non solum ipsius sexus sui conmiscendi fidem liberorum procreandorum causa, quae prima est humani generis in ista mortalitate societas, uerum etiam infirmitatis inuicem excipiendae ad inlicitos concubitus euitandos mutuam quodam modo seruitutem, ut, etsi alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit; et ad hoc enim uxor non habet potestatem corporis sui, sed uir; similiter et uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, ut et quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis et incontinentiae causa expetit uel ille de matrimonio uel illa de marito, non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas temptante satana propter incontinentiam uel amborum uel cuiusquam eorum. coniugalis enim concubitus generandi gratia non habet culpam; concupiscentiae uero satiandae, sed tamen cum coniuge, propter tori fidem uenialem habet culpam; adulterium uero siue fornicatio letalem habet culpam. ac per hoc melior est quidem ab omni concubitu continentia quam uel ipse matrimonialis concubitus, qui fit causa gignendi.

VII. Sed quia illa continentia meriti amplioris est, reddere uero debitum coniugale nullius est criminis, exigere autem

12 I Cor. 7, 4 16 cf. I Cor. 7, 5

1 praecipit *KMBENXα* 3 parui B^1 ĉcubitum P^1 impellant *D* impellent R^1 4 adulterio (ad *s. l.*) γ 5 ammittitur *PKR*γ^1 amittitur H^1 6 ignuscitur *K* 10 etsi] si *X* alteri *om. MENXα* 11 placeat (at *m. 2 s. ras.*) *B* 12 et *om. MENXα* 13 uir] mulier B^1 similiter—mulier *om.* B^1 16 marito] mari *D* 18 temtante *P* satanan *K* 20 gratiam *C* concupiscentia *D* 21 cum *s. l. C om. D* thori *P*γ*HFRBDMENXα* uenalem B^1 habent *C* 22 laetalem *CPKRD* loetalem *HFB* hac *K* 23 quidem est *HRDα* 24 uel] quod *C om. B* sit *H* gignendi causa (causa *s. l. m. 2*) *B*

ultra generandi necessitatem culpae uenialis, fornicari porro uel moechari puniendi criminis, cauere debet caritas coniugalis, ne, dum sibi quaerit, unde amplius honoretur, coniugi faciat, unde damnetur. qui enim dimittit uxorem suam excepta causa fornicationis facit eam moechari. usque adeo foedus illud initum nuptiale cuiusdam sacramenti res est, ut nec ipsa separatione inritum fiat, quandoquidem uiuente uiro et a quo relicta est moechatur, si alteri nupserit, et ille huius mali causa est qui reliquit.

7. Miror autem, si, quemadmodum licet dimittere adulteram uxorem, ita licet ea dimissa alteram ducere. facit enim de hac re sancta scriptura difficilem nodum dicente apostolo ex praecepto domini mulierem a uiro non debere discedere; quodsi discesserit, manere innuptam aut uiro suo reconciliari: cum recedere utique et manere innupta nisi ab adultero uiro non debeat, ne recedendo ab eo, qui adulter non est, faciat eum moechari. reconciliari autem uiro uel tolerando, si se ipsa continere non potest, uel correcto forsitan iuste potest. quomodo autem uiro possit esse licentia ducendae alterius, si adulteram reliquerit, cum mulieri non sit nubendi alteri, si adulterum reliquerit, non uideo. quae si ita sunt, tantum ualet illud sociale uinculum coniugum, ut, cum causa procreandi conligetur, nec ipsa causa procreandi soluatur. possit

4 Matth. 5, 32 13 cf. I Cor. 7, 10. 11

1 generandi] gerendi *D* necessitate *E* porro fornicari *MENXα* porro] autem $F\gamma$ uero *bd* 2 moecari *K* mechari *D* caueri *R* debit *K* castitas (*in mg.* caritas) *K, MEX* 3 dum• *P* 4 dampnetur *X* excepto $PH^1RB^1D\gamma^1$ 5 faci•t *H* 6 fędus *MX* fedus *D* initium $PK\gamma DXEN$ init•um *HR* 7 fiat] faciat *C om. B*^{1} 8 et] uel *EX* moechatur—est *om. D* 9 relinquat *MNX* relinquit *KEα* reliquid H^1 10 si sic *N* quemammodum *PK* 11 liceat *KFbd* 12 difficillimum *D* no•dum *C* 14 innupta *CK* 15 recedere (ce *s. l. m. 2*) *R* itaque *KNXα* innuptam *MEX* adultera B^1 16 quia *K* faciat] qui faciat *N* 18 ipsum *MENXα* correcta *R* 19 ducendi *K* 20 si] si dum *K* cum—reliquerit *om. D* mulier γ nubendi *om.* γ 21 adulterum] alterum $P\gamma$ 22 coniugii *D* 23 colligitur α posset *PKHRDMENXαγ*

enim homo dimittere sterilem uxorem et ducere, de qua filios habeat, et tamen non licet, et nostris quidem iam temporibus ac more Romano nec superducere, ut amplius habeat quam unam uiuam; et utique relicta adultera uel relicto adultero possent plures nasci homines, si uel illa alteri nuberet uel ille alteram duceret. quod tamen si non licet, sicut diuina regula praescribere uidetur, quem non faciat intentum, quid sibi uelit tanta firmitas uinculi coniugalis? quod nequaquam puto tantum ualere potuisse, nisi alicuius rei maioris ex hac infirma mortalitate hominum quoddam sacramentum adhiberetur, quod deserentibus hominibus atque id dissoluere cupientibus inconcussum illis maneret ad poenam, siquidem interueniente diuortio non aboletur illa confoederatio nuptialis, ita ut sibi coniuges sint etiam separati, cum illis autem adulterium committant, quibus fuerint etiam post suum repudium copulati, uel illa uiro uel ille mulieri. nec tamen nisi in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius talis est causa cum uxore.

VIII. Ceterum aliter se habere iura gentilium quis ignorat? ubi interposito repudio sine reatu aliquo ultionis humanae et illa, cui uoluerit, nubit et ille, quam uoluerit, ducit. cui consuetudini simile aliquid propter Israhelitarum duritiam uidetur permisisse Moyses de libello repudii. qua in re exprobratio quam approbatio diuortii magis apparet.

16 cf. Ps. 47, 2 23 cf. Deut. 24, 1; Matth. 19, 8

1 enim] etiam γ dimittere homo *KMENXα* 2 tamen] tunc *Eα* 5 plures possent *MENα* illa] ille *B* 6 illa *B* *post* ille *repet.* alteri nuberet uel ille *in C* alteri B^1 duceret] uel ille alterā duceret *B* 7 perscribere *K* praescribere uidetur] preuidetur *D* facit *D* faciæt *H* 8 uincula B^1 quod H^1 9 alicui γ 10 infima *FD* infi.ma γ mortalite *R* 11 id *om.* γ soluere *D* 13 confederatio *KγHM* 14 seperati H^1 15 fuerit α 16 a uiro *K* uel] si *K* siue *MENXα* 17 ciuitatem *C* cuitate *D* 19 ignorat (a *ex* e) *R* 20 ibi *B* tripudio *E* 21 consuetudinis *B* 22 aliquod γ duriciam *KD* 23 permississe $Kα^1$ quia *C* qua. γ exprobatio B^1 24 magis *post* exprobratio *sequitur in HMENXα* diuortii apparet quam approbatio *H* quam approbatio *om. B* obprobratio *C* diuortio γ

8. Honorabiles ergo nuptiae in omnibus et torus inmaculatus. quod non sic dicimus bonum, ut in fornicationis conparatione sit bonum; alioquin duo mala erunt, quorum alterum peius; aut bonum erit et fornicatio, quia est peius adulterium — peius est enim alienum matrimonium uiolare quam meretrici adhaerere — et bonum adulterium, quia est peior incestus — peius est enim cum matre quam cum aliena uxore concumbere — et donec ad ea perueniatur, quae, sicut ait apostolus, turpe est etiam dicere, omnia bona erunt in conparatione peiorum. hoc autem falsum esse quis dubitet? non ergo duo mala sunt conubium et fornicatio, quorum alterum peius, sed duo bona sunt conubium et continentia, quorum alterum est melius, sicut ista temporalis sanitas et inbecillitas non sunt duo mala, quorum alterum peius, sed ista sanitas et inmortalitas duo bona sunt, quorum alterum melius. item scientia et uanitas non duo mala sunt, quorum uanitas peius, sed scientia et caritas duo bona sunt, quorum caritas melius. namque scientia destruetur, ait apostolus, et tamen huic tempori necessaria est; caritas autem numquam cadet. sic et mortalis ista generatio, propter quam fiunt nuptiae, destruetur; ab omni autem concubitu inmunitas et hic angelica meditatio est et permanet in aeternum. sicut autem ieiuniis sacrilegorum meliora sunt prandia iustorum, ita nuptiae fidelium uirginitati anteponuntur inpiarum. uerumtamen neque ibi prandium ieiunio, sed iustitia sacrilegio neque hic nuptiae uirginitati, sed fides inpietati

1 Hebr. 13, 4 9 Ephes. 5, 12 18 I Cor. 13, 8

3 conparationem *C* 4 et *om. KγHFRDN* est *om. MENXα* 5 enim est *F* 6 adherere *CKHDX* bonum est *PKγHFRD* 7 peior est *MENDXα* 8 concubere *PH* 9 apostolus ait *MENXbd* est] est enim *CBD* etiam *om. D* 11 concubium *K* 12 sunt bona *R* 13 melius est *X* 15 sanitas *om.* γ 17 sunt bona *D* 18 distruetur *K* ut ait *ENXα* 19 tempore γ^1 20 cadat B^1 21 distruetur *K* •om•ni *H* autem] enim *MEXα om. N* 22 manet γ 23 sacrilegiorum (*alt.* i *in ras.*) *B* 24 uirginitate $\gamma^1 D^1 E$ 25 impiorum *MEXαK*^{2} imperium K^1

praefertur. ad hoc enim iusti, cum opus est, prandent, ut tamquam boni domini quod iustum et aequum est seruis corporibus praebeant; ad hoc autem sacrilegi ieiunant, ut daemonibus seruiant. sic ad hoc nubunt fideles, ut maritis pudice copulentur; ad hoc autem sunt uirgines inpiae, ut a uero deo fornicentur. sicut ergo bonum erat, quod Martha faciebat occupata circa ministerium sanctorum, sed melius, quod Maria soror eius sedens ad pedes domini et audiens uerbum eius: ita bonum Susannae in coniugali castitate laudamus, sed tamen ei bonum uiduae Annae ac multo magis Mariae uirginis anteponimus. bonum erat, quod faciebant, quae de substantia sua Christo ac discipulis eius necessaria ministrabant; sed melius, qui omnem suam substantiam dimiserunt, ut expeditiores eundem dominum sequerentur. in his autem binis bonis, siue quae isti siue quae Martha et Maria faciebant, fieri non posset, quod melius est, nisi altero praetermisso aut relicto. unde intellegendum est non ideo malum putandum esse nuptias, quia, nisi ab eis abstineatur, non potest haberi uidualis castitas aut uirginalis integritas. neque enim ideo malum erat, quod Martha faciebat, quia, nisi inde abstineret soror eius, non faceret, quod melius erat; aut ideo malum est suscipere iustum aut prophetam in domum suam, quia nec domum habere debet, ut quod melius est faciat qui uult ad perfectionem Christum sequi.

VIIII. 9. Sane uidendum est alia bona nobis deum dare,

7 cf. Luc. 10, 39. 40 10 cf. Susanna cf. Luc. 2, 36. 37 11 cf. Luc. 1, 27

1 enim *om. N* 2 quamquam *C* 3 corporeis (i *in ras.*) γ autem] enim *D* 4 si B^1 5 pudicae *CP*γ publice *D* pudica *F* copulent *F* 6 deo uero *Eα* 7 occupata multum *KMENXα* 9 uerbum eius cum eum ambae hospitio recepissent *KMENXα* 10 ei *om. D* anne *H* 11 uirgine D^1 12 qui *MENXα* 13 substantiam suam *KMENXα* 15 istę *BD* 16 marta *C* maria et martha *N* non posset fieri *MENXα* 18 nisi quia *X* 19 habere *K* castitas (as *in ras. m. 2*) *C* aut] ut *D* 22 sustum P^1 25 sane (a *supra* i) *H*

quae propter se ipsa expetenda sunt, sicut est sapientia, salus, amicitia, alia, quae propter aliquid sunt necessaria, sicut doctrina, cibus, potus, somnus, coniugium, concubitus. horum enim quaedam necessaria sunt propter sapientiam, sicut doctrina, quaedam propter salutem, sicut cibus et potus et somnus, quaedam propter amicitiam, sicut nuptiae uel concubitus; hinc enim subsistit propagatio generis humani, in quo societas amicalis magnum bonum est. his itaque bonis, quae propter aliud necessaria sunt, qui non ad hoc utitur, propter quod instituta sunt, peccat alias uenialiter, alias damnabiliter. quisquis uero eis propter hoc utitur, propter quod data sunt, bene facit. cui ergo non sunt necessaria, si non eis utitur, melius facit. proinde ista bona cum opus habemus, bene uolumus; sed melius ea nolumus quam uolumus, quia tunc melius nos habemus, cum ea necessaria non habemus. ac per hoc bonum est nubere, quia bonum est filios procreare, matrem familias esse; sed melius est non nubere, quia melius est ad ipsam humanam societatem hoc opere non egere. ita enim iam sese habet humanum genus, ut aliis, qui se non continent, non solum per nuptias occupatis, sed multis etiam per inlicitos concubitus luxuriantibus bono creatore de malis eorum faciente, quod bonum est, non desit numerositas prolis et abundantia successionis, unde sanctae amicitiae conquirantur. ex quo colligitur primis temporibus generis humani maxime propter dei populum propagandum, per quem et prophetaretur

16 cf. I Tim. 5, 14

1 est *om.* *KMENXα* 2 amicitia•• *F* amicitia et *D* aliquid] aliud *MNα* 3 et potus et somnus *MENXα* 5 *prius* et *om.* *KMENX* 6 amiciam *B* 9 alind] illud $K^2MENα$ 10 quę *s. l. m. 2 R* 11 propter hoc eis *D* 14 *cum uoce* sed *incipit* *A* ea C^1 15 nos] non *AD* ħac *R* 16 filius *K* 17 *post* esse *sex litt. er. in P* est melius *B pr.* est *om.* *K* 18 egere *prim.* e *supra er.* a) *A* 19 esse *pro* sese γ; *sed in mg. add.* sese 20 inlicitas B^1 21 luxoriantibus $A^1R^1γ^1$ creatore C^1 22 non] ut non *KMENXα* 23 habundantia *KHARENα* amicitiae sanctae *E*

et nasceretur princeps et saluator omnium populorum, uti debuisse sanctos isto non propter se expetendo, sed propter aliud necessario bono nuptiarum; nunc uero, cum ad ineundam sanctam et sinceram societatem undique ex omnibus gentibus copia spiritalis cognationis exuberet, etiam propter solos filios conubia copulare cupientes, ut ampliore continentiae bono potius utantur, admonendi sunt.

X. 10. Sed noui, quid murmurent. quid? si, inquiunt, omnes homines uelint ab omni concubitu continere, unde subsisteret genus humanum? utinam omnes hoc uellent dumtaxat in caritate de corde puro et conscientia bona et fide non ficta! multo citius dei ciuitas conpleretur et adceleraretur terminus saeculi. quid enim aliud hortari apparet apostolum, ubi ait, cum inde loqueretur: uellem omnes esse sicut me ipsum? aut illo loco: hoc autem dico, fratres: tempus breue est; reliquum est, ut et hi, qui habent uxores, tamquam non habentes sint; et qui flent, tamquam non flentes; et qui gaudent, tamquam non gaudentes; et qui emunt, tamquam non ementes; et qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: praeterit enim figura huius mundi. uolo uos sine sollicitudine esse. deinde subiungit: qui sine uxore est, cogitat ea quae sunt domini, quomodo placeat domino. qui autem matrimonio iunctus est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat

11 cf. I Tim. 1, 5 14 I Cor. 7, 7. 29—34

1 uti *post* isto *s. l. m. 2* γ 2 istos *B* expectando α 3 bono necessario *N* ineundē M^1 4 gentibus *om. E* 5 solo R^1 6 cunubia *K* ut] ut et *MENα* 7 pocius *A* ammonendi *PKHRMD* $XA^1\gamma^1$ 8 murmorent A^1 9 homines (i *s. l.*) *C: om. PKγHARFBD MENXα* uellent *B* abstinere *s. l. m. 2* γ subsisteret *CFB:* subistit *KMENXα* subsistet *PγHARDbd* 10 uellent hoc *MENXα* 11 puro corde *MENX* 12 acceleretur *E* 14 loquetur A^1 16 relicum R^1 hi* *A* hii α 19 emvnt (v *supra* e) *C* 20 mundo] m° *B* 22 solitudine *R* deinde] dudū *K* 23 cogitet *B* ea *om. D* 24 domino] deo *D* coniunctus *Fbd* 25 cogitet K^1

uxori. et diuisa est mulier innupta et uirgo: quae innupta est, sollicita est ea quae sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu; quae autem nupta est, sollicita est quae sunt mundi, quomodo placeat uiro. unde mihi uidetur hoc tempore solos eos, qui se non continent, coniugari oportere secundum illam eiusdem apostoli sententiam: quodsi se non continent, nubant; melius est enim nubere quam uri.

11. Nec ipsis tamen peccatum sunt nuptiae, quae, si in conparatione fornicationis eligerentur, minus peccatum essent quam fornicatio, sed tamen peccatum essent. nunc autem quid dicturi sumus aduersus euidentissimam uocem apostoli dicentis: quod uult faciat; non peccat, nubat, et: si acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit uirgo, non peccat. hinc certe iam dubitare fas non est nuptias non esse peccatum. non itaque nuptias secundum ueniam concedit apostolus — nam quis ambigat absurdissime dici non eos peccasse, quibus uenia datur? — sed illum concubitum secundum ueniam concedit, qui fit per incontinentiam, non sola causa procreandi et aliquando nulla causa procreandi, quem nuptiae non fieri cogunt, sed ignosci inpetrant: si tamen non ita sit nimius, ut inpediat quae seposita esse debent tempora orandi, nec inmutetur in eum usum, qui est contra naturam,

7 I Cor. 7, 9 13 I Cor. 7, 36 I Cor. 7, 28

1 diuis'* (a *er.*) *H* nupta *BMENXα* 2 ea] circa ea *D om. KM ENXα* 3 sancta sit *N* et *pr. om. KMEN* 4 circa ea quae *D* 6 secundam γ^1A^1 7 contineant *D* 8 ϵnim *om. MENXα* nuberi *K* ure *K* u*ri *H* 9 tamen] tc̃ *EXα* 11 quam—essent *om. C* esse*t γ 13 qui *MENX* si nubat *γFBDMENXαR²H²bd* 15 certe ergo *K* iam] tam *K* dubita H^1 16 secundum] secū *H* 18 ueniam *C* concubitu *K* sec̃ *H* 19 concedit apostolus *MENα* innocentiam *K* sola (a *ex* o) *H* 20 et] sed A^2B quae *CKBF*^{1} 21 fieri non *γMENXα* ignosci] ignoscunt cū *EMNα* ignos cū γ^1H^1 ignosci cū *X* impetrant (τ *s. l.*) *PD* perpetra*t̃ (pe *alt. s. l.*) *H* perpetrant *MX*γ^2 petrant γ^1 perpetretur *E* perpetratur *Nα* imperant *K* 22 se post posito *K* tempore (or *s. l.*) *B* 23 ordinandi *PHRF*γ ador*andi *A* adornandi *D*

de quo apostolus tacere non potuit, cum de corruptelis nimis inmundorum et inpiorum hominum loqueretur. concubitus enim necessarius causa generandi inculpabilis et solus ipse nuptialis est. ille autem, qui ultra istam necessitatem progreditur, iam non rationi, sed libidini obsequitur. et hunc tamen non exigere, sed reddere coniugi, ne fornicando damnabiliter peccet, ad personam pertinet coniugalem. si autem ambo tali concupiscentiae subiguntur, rem faciunt non plane nuptiarum. uerumtamen si magis in sua coniunctione diligunt quod honestum, quam quod inhonestum est, id est quod nuptiarum quam id, quod non est nuptiarum, hoc eis auctore apostolo secundum ueniam conceditur: cuius delicti non habent hortatrices nuptias, sed deprecatrices, si dei misericordiam non a se auertant, uel non abstinendo quibusdam diebus, ut orationibus uacent, et per hanc abstinentiam sicut per ieiunia commendent preces suas, uel inmutando naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam, quod damnabilius fit in coniuge.

XI. 12. Nam cum ille naturalis usus, quando prolabitur ultra pacta nuptialia, id est ultra propagandi necessitatem, uenialis sit in uxore, in meretrice damnabilis, iste, qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in uxore. tantum ualet ordinatio creatoris et ordo creaturae, ut in rebus ad utendum concessis, etiam cum modus exce-

1 cf. Rom. 1, 26. 27

1 apostulus *K* nimiis *PγAF²RBDMENXαbd* 3 generandi (ne *s. l.*) *B* 4 est *om. KMNXα* istam *om. PγAHFRD* procedit** *A* procedit *D* 6 coniugii *B* 8 subiugantur *MNXα* subiuŋgantur *E* subiuguntur *B¹H¹* subiciuntur *B²* subiunguntur *H²* faciant *Pγ¹H¹A F¹RD* 10 quam *om. E* inonestum *H¹* quod est nuptiarum *bd* 11 apostulo *K* secundum] seč *H* 12 delecti *C¹* dilecti *K* delicta *B* 13 depraecatrices *CP¹γK* deprecatri *B¹* si *om. B* misericordiam quã *B* 14 ut *om. A¹D* uocent *H¹* 15 praeces *CK* 16 eum *om. PKγHAFRDMENXα* 17 fit *ex* sit *H* 18 quando *om. X* probabitur *C* 19 ultra] ulla *C* 20 fit *D om. R* dampnaṇḍabilis *A* 21 exsecrabiliter *K* exşecrabiliter γ fit *om. R* exsecrabilius fit *K* execrabilius fit *MDNXEα* exşecrabilius γ 23 concessit *K*

ditur, longe sit tolerabilius quam in ea, quae concessa non sunt, uel unus uel rarus excessus. et ideo in re concessa inmoderatio coniugis, ne in rem non concessam libido prorumpat, toleranda est. hinc est etiam, quod longe minus peccat quamlibet adsiduus ad uxorem quam uel rarissimus ad fornicationem. cum uero uir membro mulieris non ad hoc concesso uti uoluerit, turpior est uxor, si in se, quam si in alia fieri permiserit. decus ergo coniugale est castitas procreandi et reddendi carnalis debiti fides: hoc est opus nuptiarum, hoc ab omni crimine defendit apostolus dicendo: et si acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit uirgo, non peccat, et: quod uult faciat; non peccat, nubat. exigendi autem debiti ab alterutro sexu inmoderatior progressio propter illa, quae supra dixit, coniugibus secundum ueniam conceditur.

13. Quod ergo ait: quae innupta est, cogitat ea quae sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu, non sic accipiendum est, ut putemus non esse sanctam corpore christianam coniugem castam. omnibus quippe fidelibus dictum est: nescitis, quia corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti, quem habetis a deo? sancta sunt ergo etiam corpora coniugatorum fidem sibi et domino seruantium. cui sanctitati cuiuslibet eorum nec infidelem coniugem obsistere, sed potius sanctitatem uxoris prodesse infideli uiro aut sanctitatem uiri prodesse

10 I Cor. 7, 28. 36 16 I Cor. 7, 34 20 I Cor. 6, 19

1 tollerabilius (*semper* ll) *N* ea] eis H^2bd 3 rem] se *CB* non concesso (con *s. l.*) *C* inconcessam *α* libido—etiam *om. AD* labido H^1 4 etiam *om. MENXα* quod] cadat quod *D* qụọd corruat (corruat *s. l.*) *A* qualibet (a *in* i *mut.*) *A* 6 uero] enim *γ* consenso *K* 7 turpe B^1 *pr.* si *om. AD* si *om. X* 9 debeti B^1 10 apostulus *K* 12 quę *H* nubat] si nubat (si *s. l.*) AH^2R^2, γ^2FBDbd, *om. MENXα* 14 dixi $PR\gamma B^2$ diximus *ENXKM* 21 templum *om. α* in uobis *om. D* est] sunt *MENXα* sancti *om.* B^1 25 uxoris *om. MENXα*

infideli uxori idem apostolus testis est dicens: sanctificatus est enim uir infidelis in uxore, et sanctificata est mulier infidelis in fratre. proinde illud dictum est secundum ampliorem sanctitatem innuptarum quam nuptarum, cui merces etiam debetur amplior secundum quod isto bono illud est melius, quia et hoc solum cogitat, quomodo placeat domino. neque enim femina fidelis, seruans pudicitiam coniugalem, non cogitat, quomodo placeat domino, sed utique minus, quia cogitat etiam quae sunt mundi, quomodo placeat uiro. hoc enim de illis dicere uoluit, quod possunt habere quodam modo de necessitate conubii, ut cogitent quae sunt mundi, quomodo placeant uiris suis.

XII. 14. Quod utrum de omnibus nuptis dixerit, an de talibus quales ita multae sunt, ut paene omnes putari possint, non inmerito dubitatur. neque enim et illud, quod de innuptis ait: quae innupta est, cogitat ea quae sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu, ad omnes innuptas pertinet, cum sint quaedam uiduae mortuae, quae in deliciis uiuunt. uerumtamen quod attinet ad quandam distinctionem et quasi proprietatem innuptarum atque nuptarum, sicut nimium detestanda est, quae continens a nuptiis, id est a re concessa, non continet a delictis uel luxuriae uel superbiae uel curiositatis et uerbositatis, ita rara nupta est, quae in ipso quoque obsequio coniugali non cogitat nisi quomodo

1 I Cor. 7, 14 17 I Cor. 7, 34 19 cf. I Tim. 5, 6

1 sanctifatus *R* 2 uxore fidele *K* uxore fideli *MENXα* 3 fratre fidele *K* fratre fideli *MENXα* 4 quam **nuptarum γ 5 bonũ B^1 6 quia *om. MENα* cogitat] cogitat femina *K* cogitat innupta *MENXα* 7 femina *om. KMENXα* 9 quia] quę (ę *in ras.*) *A* qui *D* 10 quod (*s. l.* quę) *A* quae *Bb* 13 nubti*s *P* nuptiis *A* 14 poene *AR* omnes tales *K* omne *D* putari possint] futuri possim A^1D arbitrari possim A^2 possent *MENXα* 15 enim *om. ADN* innubti*s *P* nuptis *B* 18 diliciis $K\gamma^1$ 20 adque *CK* 22 delectis R^1 luxoriae *K* 23 ita rara] ita grata (a *prim. s. l.*; g *in ras.*) *A* iterata *D*

placeat deo, ornando se non intortis crinibus aut auro et margaritis et ueste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per bonam conuersationem. talia quippe coniugia Petrus quoque apostolus praecipiendo describit. similiter, inquit, mulieres obaudientes maritis suis, ut et si qui non credunt uerbo, per mulieris conuersationem sine loquella lucrifieri possint, uidentes timorem et castam conuersationem uestram: ut sint non quae a foris ornantur capillorum incrispationibus aut circumdatae auro aut ueste decora, sed ille absconditus cordis uestri homo in illa perpetuitate quieti et modesti spiritus, qui et apud dominum locuples est. nam sic quaedam sanctae mulieres, quae in dominum sperabant, ornabant se, obsequentes uiris suis, quomodo Sarra obaudiebat Abrahae, dominum illum uocans, cuius factae estis filiae benefacientes et non timentes ullum uanum timorem. uiri simili ratione concordes et caste uiuentes cum uxoribus uestris et tamquam uasi infirmiori et subiecto tribuite honorem quasi coheredibus gratiae, et uidete ne inpediantur orationes uestrae. itane uero coniugia talia non cogitant ea quae sunt

1 cf. I Tim. 2, 9. 10 5 I Petr. 3, 1—7

1 ornando (*pr.* n *s. l.*) *A* 2 p̄tiosa *K* 4 coniuga *H* apostulus *K* 5 discribit *K* p̄scribit *X* inquid *PK* obędientes *MENXα* 6 ut *om. C* et *om. PKγHAFRBDMENXα* 7 mulieres *BEX* mulierum *R²bd* loquela *C* loquella *R* loquilla *K* loquela *γHABDMENXαbd* 8 timorem] morem ei *R¹* in timorem dei *R²* 9 quae a] qua ea *K* afforis *E* 10 hornantur *F* crispationibus *KMENXα* 11 decora] p̄tiosa *MNα* 12 cordibus (bu *s. l.*) uestris *R* et] ac *D* 13 et *om. KENXα* aput *P* deum *FB* 14 sicut *ADα* si *F* 15 domino *PKγHAFRDMENXα* 16 sara *BDMENXαb* oboediebat *K* obediebat *MENα* obędiebat *X* 18 ullum (ul *ex* il) *P* 20 et] ut *A* uasi (a *ex* i *m. 2*) *K* uase *MENXα* uas *γ* infirmiore *B¹* 21 quoheredibus *FR¹* coeredibus *H¹* coherentibus *B¹* 22 impediantur *R¹* 23 uero] ergo *ENXα* ea *om. E*

domini, quomodo placeant domino? sed perrara sunt — quis negat? — et in ipsa raritate paene omnes, qui tales sunt, non ut tales essent, coniuncti sunt, sed iam coniuncti tales facti sunt.

XIII. 15. Qui enim nostri temporis homines christiani, nuptiarum uinculo liberi ualentes ab omni concubitu se continere, cum iam tempus esse perspicerent, sicut scriptum est, non amplectendi, sed abstinendi ab amplexu, non potius eligerent uel uirginalem uel uidualem continentiam conseruare quam tribulationem carnis, sine qua coniugia esse non possunt — ut alia taceantur a quibus parcit apostolus — nullo iam cogente humanae societatis officio sustinere? sed cum dominante concupiscentia fuerint copulati, si eam postea uicerint, quia non ita licet dissoluere coniugium, sicut licebat non conligare, fiunt tales, quales profitetur forma nuptiarum, ita ut uel pari consensu ascendant celsiorem sanctitatis gradum aut, si non ambo sunt tales, erit, qui talis est non exactor, sed redditor debiti, seruans in omnibus castam religiosamque concordiam. illis uero temporibus, cum adhuc propheticis sacramentis salutis nostrae mysterium uelabatur, etiam qui ante nuptias tales erant, officio propagandi nuptias copulabant, non uicti libidine, sed ducti pietate: quibus si optio talis daretur, qualis reuelato nouo testamento data est dicente domino: qui potest capere, capiat, non eos dubitat

7 Eccle. 3, 5 24 Matth. 19, 12

1 placeat γ 2 negant *K* et] quod et (quod *s. l.*) *A* 6 uolentes *B* concubito A^1 se *om. KMENXα* 7 iam] iam tale *MNα* tale *E* esset *B* respicerent *PγAHR om. B* sicutş *P* 8 abstinen P^1 abstinente γ^1 abstinenti A^1D 10 obseruare γ carnas *B* qua *om. E* 11 posunt *B* quibus (ui *s. l. m. 2*) *P* 12 cogentę *H* offitio (t *pro* c *saepissime*) *K* 13 concupiscentiă *K* fuerit R^1 si eam] s; eē *α* 14 uincerint *B* dissouere *E* 15 conlicare *P* nuptiarum uirtutum *K* 16 gradum] gaudium *CB* 17 sunt ambo *X* qui talis] qualis *MENXα* tales *K* 18 relegiosamque *K* 20 uelabitur (*supra* i *add.* a) *B* reuelabatur *MENX* 21 propagandi] procreandi *D* 22 tales *K*

etiam cum gaudio suscepturos fuisse, qui diligenter intentus legit, quomodo coniugibus utebantur, cum et plures habere uni uiro licebat, quas castius habebat quam nunc unam quilibet istorum, quibus uidemus quid secundum ueniam concedat apostolus. habebant enim eas in opere generandi, non in morbo desiderii sicut gentes, quae ignorant deum. quod tam magnum est, ut multi hodie facilius se tota uita ab omni concubitu abstineant quam modum teneant non coeundi nisi prolis causa, si matrimonio copulentur. nempe multos habemus fratres et socios caelestis hereditatis utriusque sexus continentes, siue expertos nuptias siue ab omni tali conmixtione integros; nempe innumerabiles sunt. quem tandem audiuimus inter familiaria conloquia, siue eorum, qui coniugati sunt, siue qui fuerunt, indicantem nobis numquam se coniugi esse conmixtum nisi sperando conceptum? quod ergo praecipiunt coniugatis apostoli, hoc est nuptiarum; quod autem uenialiter concedunt aut quod inpedit orationes, non cogunt nuptiae, sed ferunt.

XIIII. 16. Itaque si forte — quod utrum fieri possit ignoro magisque fieri non posse existimo — sed tamen, si forte ad tempus adhibita concubina filios solos ex eadem conmixtione quaesiuerit, nec sic ista coniunctio uel earum nuptiis praeponenda est, quae ueniale illud operantur. quid enim sit

4 cf. I Cor. 7, 6 5 cf. I Thess. 4, 5

1 diligenter intellegit intentus *K* intestus (*supra* ş *add.* n) *P* 2 uni uiro habere *KMEXα* uni uiro nubere *N* 3 castius] iustius (ius *s. l. m. 2*) *A* habebant *B* 4 concedit *ENX* 6 et gentes *K* 7 ut] et B^1 se facilius *EX* 8 quã ad modũ *α* teneąneant *K* 9 coeundo *ENXα* cupulentur *P* 10 multus *K* sotios K_γ celestis *P* 11 expertas *MEXα* expertes *N* 13 quem tandem] quae tandem *C* quosdã *B* 14 siue] siue eorum *N* qui *om.* *α* indicantes *B* indicante *α* 15 coniugibus *B* commixtos *B* 17 ueniabiliter *KADMENXα* 19 quod *om.* *B* utrumque *EX* utrum —forte *in mg. m. 1 B* 20 magis quae *C* 21 adhibuit a conubio *D* concubina *ex* conubia *A* commistione (*supra* st *add.* x) *A*, *om.* *E* 23 ueniałit̃ *A*

nuptiarum, considerandum est, non quid sit nubentium et immoderatius nuptiis utentium. neque enim si agris inique ac perperam inuasis ita quisque utatur, ut ex eorum fructibus largas elemosynas faciat, ideo rapinam iustificat; neque si alius ruri paterno uel iuste quaesito auarus incumbat, ideo culpanda est iuris ciuilis regula, qua possessor legitimus factus est; nec tyrannicae factionis peruersitas laudabilis erit, si regia clementia tyrannus subditos tractet; nec uituperabilis ordo regiae potestatis, si rex crudelitate tyrannica saeuiat. aliud est namque iniusta potestate iuste uelle uti, et aliud est iusta potestate iniuste uti. ita nec concubinae ad tempus adhibitae, si filiorum causa concumbant, iustum faciunt concubinatum suum nec coniugatae, si cum maritis lasciuiant, nuptiali ordini crimen inponunt.

17. Posse sane fieri nuptias ex male coniunctis honesto postea placito consequente manifestum est.

XV. Semel autem initum conubium in ciuitate dei nostri, ubi etiam ex prima duorum hominum copula quoddam sacramentum nuptiae gerunt, nullo modo potest nisi alicuius eorum morte dissolui. manet enim uinculum nuptiarum, etiamsi proles, cuius causa initum est, manifesta sterilitate non subsequatur, ita ut iam scientibus coniugibus non se filios habi-

1 non *ex* num *B* qui B^1 sit *om. MENXα* immoderantius *C* immoderantius *MNα* imoderatius *B* 2 si agris] si largis *C* silarg'' *B* iniqua *B* 3 perpera *B* quisquis *E* fructibus eorum *E* 4 elimosynas *K* elimosinas γ^1 elemosinas *HRBDMENXα*γ^2 neque enim *K* 5 ruri] iuri *CB* rure *D* abarus C^1 sucumbat *B* 7 tirannicae *BHNX*γ 8 tyrannos *DX*γ^1 trectet B^1 9 rex *post* tyrannica *in N* tyrannicas K^1 tirannica γ saeui*at *K* seuiat *HMENXα* 11 est* (a *er.*) *P* iusta *s. l. P* iniuste] iuste H^1R^1 *om. KMENXα* concubinae (nae *ex* tae) *P* 12 concubant *D* concubitum *ENX* concobitum *M* 15 sane (sa *s. l. m. 2*) *R* 16 manifestatum *B* 17 semel autem initum *om.* P^1 concubitum *C om. R* 21 prolis *MENX* cuius *ex* huius γ initium *F* initium *R* init*um γHD est *om. N* sterelitate C^1K 22 it aut *R* iam] etiam *X om. PHFRD*γ coniugatis *KENXα* habituras C^2

turos separare se tamen uel ipsa causa filiorum atque aliis copulare non liceat. quod si fecerint, cum eis, quibus se copulauerint, adulterium committunt, ipsi autem coniuges manent. plane uxoris uoluntate adhibere aliam, unde communes filii nascantur unius conmixtione ac semine, alterius autem iure ac potestate apud antiquos patres fas erat; utrum et nunc fas sit, non temere dixerim. non est enim propagandi necessitas, quae tunc fuit, quando et parientibus coniugibus alias propter copiosiorem posteritatem superducere licebat, quod nunc certe non licet. nam tantum adfert oportunitatis ad aliquid iuste agendum seu non agendum temporum secreta distinctio, ut nunc melius faciat qui nec unam duxerit, nisi se continere non possit, tunc autem etiam plures inculpabiliter ducebant et qui se multo facilius continere possent, nisi aliud pietas illo tempore postularet. sicut enim sapiens et iustus, qui iam concupiscit dissolui et esse cum Christo et hoc magis optimo delectatur, non iam hic uiuendi cupiditate, sed consulendi officio sumit alimentum, ut maneat in carne, quod necessarium est propter alios, sic misceri feminis iure nuptiarum officiosum fuit tunc sanctis uiris, non libidinosum.

XVI. 18. Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis, et utrumque non est sine delectatione carnali, quae tamen modificata et temperantia refrenante in usum naturalem redacta libido esse non potest; quod est autem in sustentanda uita inlicitus cibus, hoc est

16 cf. Phil. 1, 23 24 cf. Retr. II 22, 2

1 separare se] separares et *D* aliis *om. E* 2 si *in mg. add. X* 3 coniugi *B* 4 manente *BK*^{2} plene *D* uoluntatem *CB*^{1} communes *om. Pγ HFRD* 5 fili *C*^{1} 6 poteste *α* 7 enim] enim nunc *K*^{2}*AMENXαbd* 9 superdicere *P* 10 opportunitatis *CR* 11 seu non agendum *al. m. add. P* 13 autem *om. X* 15 postularent *R* 17 obtimo *γ* delectatus *MNX* delectatur *H* iam non *Abd* hic *om. KMENXα* 18 manead *K* 20 officiorum *MEX* 21 est *om. MENXα* hominis—salutem *om. B*^{1} 23 temporatae *B*^{1} temperate *B*^{2} 24 refrenata *B* usumque *B* 25 aute *D* sustentando uictu *PKHFBMENXα* sustentando uictū *D* sustendando victu (v *supra er.* d) *γ*

in quaerenda prole fornicarius uel adulterinus concubitus; et quod est in luxuria uentris et gutturis inlicitus cibus, hoc est in libidine nullam prolem quaerente inlicitus concubitus; et quod est in cibo licito nonnullis inmoderatior adpetitus, hoc est in coniugibus uenialis ille concubitus. sicut ergo satius est emori fame quam idolothytis uesci; ita satius est defungi sine liberis quam ex inlicito coitu stirpem quaerere. undecumque autem nascantur homines, si parentum uitia non sectentur et deum recte colant, honesti et salui erunt. semen enim hominis ex qualicumque homine dei creatura est, et eo male utentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit. sicut autem filii boni adulterorum nulla defensio est adulteriorum, sic mali filii coniugatorum nullum crimen est nuptiarum. proinde sicut patres temporis noui testamenti ex officio consulendi alimenta sumentes, quamuis ea cum delectatione naturali carnis acciperent, nullo modo tamen conparabantur delectationi eorum, qui inmolaticio uescebantur, aut eorum, qui quamuis licitas escas tamen inmoderatius absumebant, sic patres temporis ueteris testamenti consulendi officio concumbebant, quorum delectatio illa naturalis nequaquam usque ad inrationalem aut nefariam libidinem relaxata nec turpitudini stuprorum nec coniugatorum intemperantiae conferenda est. eadem quippe uena caritatis nunc spiritaliter, tunc carnaliter

17 cf. I Cor. 8, 7

1 adulterius *X* 2 luxoria *K* uentus *R* guturis *R* 3 est enim *EX* libidinem *CK* quaerentē $C\gamma^1$ 4 licito cibo *B* cibos *F* cibis *R* cibūs γ licito *om.* $P\gamma HFR$ nonnullus *CPKBDMEN* nonnullūs γ nonnullos *F* 6 mori *KDMNX*α moṛi *E* ·mori *H* idolothitis *CPFD*γ*BM*α idolotytis *KR* ydolotitis *E* ydolotytis *X* 7 defingi R^1 concubinatu *K* concubitu *N* 8 autem *om. KMENX*α 9 dominum *EX* 10 qualecumque *K* ea B^1 11 malum] male *D* 12 autem] enim *MENX* fili C^1 13 filii mali α fili C^1 *om. Abd* 15 quāquā *N* 16 comparantur *MENX*α 17 immolatione *B* immolatitio γ 18 qui *om. X* aescas $C\gamma$ tam enim moderatius *K* assumebant *ARBDMENX*α*bd* 19 temporis *om. MENX*α ueteris *om. E* 23 uenia (i *s. l.*) *N* qua nunc (qua *s. l.*) *B*

propter illam matrem Hierusalem propagandi erant filii; sed diuersa opera patrum non faciebat nisi diuersitas temporum. sic autem necesse erat, ut carnaliter coirent etiam non carnales prophetae, sicut necesse erat, ut carnaliter uescerentur etiam non carnales apostoli.

XVII. 19. Quotquot ergo nunc sunt, quibus dicitur: si se non continent, nubant, non conparandae sunt tunc etiam nubentibus sanctis. ipsae quidem nuptiae in omnibus gentibus eadem sunt filiorum procreandorum causa, qui qualeslibet postea fuerint, ad hoc tamen institutae sunt nuptiae, ut ordinate honesteque nascantur. sed homines, qui se non continent, tamquam ascendunt in nuptias gradu honestatis; qui autem se sine dubio continerent, si hoc illius temporis ratio permisisset, quodam modo descenderunt in nuptias gradu pietatis. ac per hoc quamuis utrorumque nuptiae, in quantum nuptiae sunt, quia procreandi causa sunt, aequaliter bonae sint, hi tamen homines coniugati illis hominibus coniugatis non sunt conparandi. habent enim isti, quod illis propter honestatem nuptiarum, quamuis ad nuptias non pertineat, secundum ueniam concedatur, id est progressum illum, qui excedit generandi necessitatem, quod illi non habent. sed neque hi, si qui forte nunc inueniuntur, qui non quaerunt in conubio nec appetunt, nisi propter quod institutae sunt nuptiae, coaequari possunt illis hominibus. in istis enim carnale est

6 I Cor. 7, 9

3 non *om.* *X* 4 prophetae—carnales *om.* B^1 sic *D* ut] quod γ 6 quodquod (*utrumque* d *in* t *m. 1 corr.*) CP^2 ergo *om.* γ dixerunt *H* nunc dicitur *X* 7 conparande *K* comparandi *MENXα* 8 ipse *KHFDE* ipsi *X* gentibus *om.* *H* 9 quae *K* qualescũque *MNα* 10 institutae sunt tamen *E* 11 ordinatae *C* honeste quae *K* et honesteque *E* 12 gradum *CB* quę *B* 14 descenderent *B* descenderunt *K* gradum C^1 15 hac *K* (*semper pro* ac) 16 sunt causa *MENXα* 17 sunt *KBMENα* tamen] autem *KMENXα* illis autem *E* 18 comparandi non sunt *D* 19 pertineant *N* 20 conceditur *MENXα* 21 habent (n *s. l.*) *H* habebant *bd* 22 hi] ibi *in ras. m. 2 C* 24 coaequariş *P* coequari *HD*

ipsum desiderium filiorum, in illis autem spiritale erat, quia sacramento illius temporis congruebat. nunc quippe nullus pietate perfectus filios habere nisi spiritaliter quaerit; tunc uero ipsius pietatis erat operatio etiam carnaliter filios propagare, quia illius populi generatio nuntia futurorum erat et ad dispensationem propheticam pertinebat.

20. Ideoque non sicut uni uiro etiam plures habere licebat uxores, ita uni feminae plures uiros nec prolis ipsius causa, si forte illa parere posset, ille generare non posset. occulta enim lege naturae amant singularitatem, quae principantur; subiecta uero non solum singula singulis, sed, si ratio naturalis uel socialis admittit, etiam plura uni non sine decore subduntur. neque enim sic habet unus seruus plures dominos, quomodo plures serui unum dominum. ita duobus seu pluribus maritis uiuis nullam legimus seruisse sanctarum; plures autem feminas uni uiro legimus, cum gentis illius societas sinebat et temporis ratio suadebat: neque enim contra naturam nuptiarum est. plures enim feminae ab uno uiro fetari possunt, una uero a pluribus non potest — haec est principiorum uis — sicut multae animae uni deo recte subduntur. ideoque non est uerus deus animarum nisi unus, una uero anima per multos falsos deos fornicari potest, non fecundari.

2 sacramenta *D* congruebant *D* congruebant (n *fin. s. l.; hac uoce codex A incipit*) *A* nullus *om.* γ 3 perfectus—spiritaliter *om. B* 4 propagare] procreare γ*HARN* 8 faeminae *P* femina A^1 nec] et *PAFHR*γ et ex *D* ipsius prolis α 9 illa (a *m. 2 corr.*) *K* ille—posset *om.* γ*N* 11 subiectę *B* singula] singulę *B* 12 ammittit *PKAH*^{1}γ^1 emittit *MENX*α plura (*in mg.* ł plures) *A* plures *B* uni] ani (*in mg.* uni) *A* 13 pleres γ^1 dominus K^1 15 uiuis *om. D, A; sed uocab. er. est* nulla *EX* legimus *om. E* plures—*18* nuptiarum est *om.* γ 16 feminas (*m. 2* as *del. et* e *s. l. pos.*) *F* uni—feminae *om. F* legimus (*exp. m. 2*) *B* cum gentis] coniunctas *B* gentes *K* 17 tempo (*in fine uersus*) *E* 18 enim] autem γ *om. D* feminas γ uni A^1 foetari *AB* fętari *DMX* 19 est *post* uis *leg. in E* 20 uis ut plures feminae uni uiro sic (sint *b*) *Bb* subdantur *B* 22 fęcundari *DM*

XVIII. 21. Sed quoniam ex multis animis una ciuitas futura est habentium animam unam et cor unum in deum — quae unitatis nostrae perfectio post hanc peregrinationem futura est, ubi omnium cogitationes nec latebunt inuicem nec inter se in aliquo repugnabunt — propterea sacramentum nuptiarum temporis nostri sic ad unum uirum et unam uxorem redactum est, ut ecclesiae dispensatorem non liceat ordinari nisi unius uxoris uirum. quod acutius intellexerunt, qui nec eum, qui catechumenus uel paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt. de sacramento enim agitur, non de peccato. nam in baptismo peccata omnia dimittuntur. sed qui dixit: si acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit uirgo non peccat, et: quod uult faciat, non peccat, nubat, satis declarauit nuptias nullum esse peccatum. propter sacramenti autem sanctitatem sicut femina, etiamsi catechumena fuerit uitiata, non potest post baptismum inter dei uirgines consecrari, ita non absurde uisum est eum, qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandam sacramenti amisisse, non ad uitae bonae meritum, sed ad ordinationis ecclesiasticae signaculum necessariam. ac per hoc sicut plures uxores antiquorum patrum significauerunt futuras nostras ex omnibus gentibus ecclesias uni uiro subditas Christo, ita noster antistes

1 cf. Act. 4, 32 7 cf. I Tim. 3, 2; Tit. 1, 6 12 I Cor. 7, 28. 36

1 animabus NH^2 ciuitas una N 3 peregrinatione P 4 latebant A^1 latebaunt (*sic*) E 5 in *om.* H aliqua re pugnabant D 7 ordinare Fbd esse *s. l.* A, *om.* D 8 unus P^1 uirum *om.* H acutius (t *s. l.*) A 9 cathecumenus C^1 cathecuminus $KBC^2\alpha$ catechumenus (chu *ex* cho) P catecuminus $AHDMENX\gamma^1$ caticuminus γ^2 10 sacramento (sa *s. l.*) P agitur enim $AD\alpha$ 11 omnia peccata $ABDMENX$ 14 nubat] si nubat (si *s. l. m. 2*) A, $\gamma^2H^2BDMENX\alpha bd$ declarabit (ra *s. l.*) K 15 sacramentū DX sanctitatem *om.* P^1D 16 cathecumena C^1P^1 cathecumina $C^2KB\alpha$ catecumina $HA\gamma MXDEN$ 17 eum *om.* AD 18 singularem (e *supra* u *m. 1*) P aliquot γ 19 sed—amisisse *in mg.* H 20 ad *fin. om.* E 21 necessarium B hac K 23 uiros C christo *om.* B antestes C^1

unius uxoris uir significat ex omnibus gentibus unitatem uni uiro subditam Christo, quae tunc perficietur, cum reuelauerit occulta tenebrarum et manifestauerit occulta cordis, ut tunc laus sit unicuique a deo. nunc autem sunt manifestae, sunt latentes dissensiones etiam salua caritate inter eos, qui unum et in uno futuri sunt: quae tunc utique nullae erunt. sicut ergo sacramentum pluralium nuptiarum illius temporis significauit futuram multitudinem deo subiectam in terrenis omnibus gentibus, sic sacramentum nuptiarum singularum nostri temporis significat unitatem omnium nostrum subiectam deo futuram in una caelesti ciuitate. itaque sicut duobus pluribusue seruire, sic a uiuo uiro in alterius transire conubium nec tunc licuit nec nunc licet nec umquam licebit. apostatare quippe ab uno deo et ire in alterius adulterinam superstitionem semper est malum. nec causa ergo numerosioris prolis fecerunt sancti nostri, quod Cato dicitur fecisse Romanus, ut traderet uiuus uxorem etiam alterius domum filiis inpleturam. in nostrarum quippe nuptiis plus ualet sanctitas sacramenti quam fecunditas uteri.

22. Si ergo et illi, qui propter solam generationem, propter quam sunt institutae nuptiae, coniunguntur, non conparantur patribus multo aliter ipsos filios quam isti quaerentibus — quandoquidem filium immolare iussus Abraham intrepidus ac deuotus, quem de tanta desperatione susceperat, unico non pepercit, nisi eo prohibente manum deponeret, quo iubente

3 cf. I Cor. 4, 5 17 cf. Plut. Cato min. cap. 25

1 uir *om. E* 3 manifesta erit *N* occulta] cogitationes *PKγHAF RDMEXαbd* cogitatio *N* 4 manifestae sunt *γb* ṣụṇṭ (*exp. m. 2*) *C om. KFMEN* 5 sunt *om. γb* 6 sunt *om. N* 8 significat *AD* 10 singularium *PKγADMENXα* unitatem et *B* nostrorum *C* 11 unam *AD* caelestis *B* caelestem (em *ex* i) *A, D* ciuitatem *AD* 12 uiro uiuo *Bbd* 13 nunc *om. E* 14 ire (i *s. l. m. 2*) *P* transire *D* reqṵịppẹ (*s. l.* cidere) *A* 15 malum est *D* nec] hec *N* 17 uiuus] unius *D* 19 uentris uteri *K* 21 coniuguntur *B* non *om. C* 22 aliter] aū *N* istis *γ* 23 intrepidụm (*s.* ṃ *add.* s) *A* 24 deuotivs (v *s. l.*) *A* disperatione *KA*

XVIIII. leuauerat — restat, ut uideamus, utrum saltem continentes nostri coniugatis illis patribus conparandi sint; nisi forte iam isti praeferendi sunt eis, quibus nondum quos conferamus inuenimus. maius enim bonum erat in illorum nuptiis quam est bonum proprium nuptiarum, cui procul dubio bonum continentiae praeferendum est, quia non tali officio quaerebant illi filios ex nuptiis, quali ducuntur isti ex quodam sensu naturae mortalis successionem decessioni requirentis. quod quisquis bonum negat, ignorat deum omnium bonorum a caelestibus usque ad terrena, ab inmortalibus usque ad mortalia creatorem. hoc autem sensu generandi nec bestiae penitus carent et maxime alites, quarum in promptu est cura nidificandi et quaedam coniugiorum similitudo ad simul procreandum atque nutriendum. sed illi homines istum naturae mortalis adfectum, cuius in suo genere castitas accedente dei cultu, sicut quidam intellexerunt, in tricenario fructu ponitur, longe sanctiore mente superabant, qui de suis nuptiis filios propter Christum quaerebant ad genus eius secundum carnem distinguendum ab omnibus gentibus, sicut deo disponere placuit. ut hoc prae ceteris ad eum prophetandum ualeret, quod praenuntiabatur, ex quo etiam genere et ex qua gente esset in carne uenturus. ualde ergo nostrorum fidelium castis nuptiis amplius bonum erat, quod pater Abraham in suo femore

16 cf. de sancta uirginitate c. 45

1 saltim *KMEX*γ continentęm (*supra* ę *add. al. m.* s) *P* 2 coniugatis (s *paene er.*) *C* iam forte α 7 quales *MENX*α dicuntur *DF*^{1}*EN*α 8 decessione *C* discessioni *D* de successione *B* decessionis *KMENX* discessionis α requirentes *KFAEN*αγ^{2} 9 quis (s *er.*) *H* bonum *om. MENX*α a *s. l. A*γ caelestibus (bus *ex* um) γ 10 usque *om. MENX*α a *D* immortalitatibus *H* immortalia *AD*α 11 paenitus *A*γ 12 quorum *H* promptum *C* promtu *KH* 13 coniugatorum *B* 14 atque nutriendum *om. D* adque *C* nutriendum] procreandum *A* mortalis *om. EX*. 15 caritas *MENX*α 16 trigenario *B*^{1} 17 mentes *K* 18 secundum carnem *in mg. M* destinguendum *PH*^{1} distenguendum *K* 20 profetandum *PH* ualuerit *E* quod *om.* α 21 genere etiam *B* qua (a *s.* i *pos*) *H* 23 habraham *B*

nouerat, cui manum subdere famulum iussit, ut de uxore, quae a filio esset ducenda iuraret. ponens enim manum sub femore hominis et iurans per deum caeli quid aliud significabat nisi in ea carne, quae ex illo femore originem duceret, deum caeli esse uenturum? bonum ergo sunt nuptiae, in quibus tanto meliores sunt coniugati, quanto castiores ac fideliores deum timent, maxime si filios, quos carnaliter desiderant, etiam spiritaliter nutriant.

XX. 23. Nec quod purificari lex hominem et post coniugalem concubitum iubet, peccatum esse declarat, si non est ille, qui secundum ueniam conceditur, qui etiam nimius inpedit orationes. sed sicut multa lex ponit in sacramentis et umbris futurorum, quaedam in semine quasi materialis informitas, quae formata corpus hominis redditura est, in significatione posita est uitae informis et ineruditae: a qua informitate quoniam oportet hominem doctrinae forma et eruditione mundari, in huius rei signum illa purificatio praecepta est post seminis emissionem. neque enim et in somnis peccato fit; et tamen etiam ibi praecepta est purificatio. aut si et hoc peccatum quisquam putat, non arbitrans accidere nisi ex aliquo huius modi desiderio, quod procul dubio falsum est, numquid et solita mensuum peccata sunt feminarum? a quibus tamen eas eadem legis uetustas praecepit expiari non nisi propter

1 cf. Gen. 24, 2. 3 23 cf. Leu. c. 15

1 cui] cū *KDMENα* manu *E* ut de] unde *γF* uxorē *F* 2 quę (ę *in ras. m. 2*) *C* a *om. PKγAFDMENXα* enim] ei *PγDH*, (*s. l.*) *A* ergo *N* 4 illo] eo *D* ducere *E* 5 bonę $B\gamma^2$ 6 ac] et *D* 8 spiritaleter γ^1 9 Ne *KN* et *om. EX* iugalem I^1 11 qui] cui $PA^1HFRD\gamma$ secūdū (dū *s. l.*) *H* 12 lex multa *X* 13 quaedam ergo (ergo *s. l. m. al.*) *P*, *HAFRDNγ* materiales *K* 14 quo *X* in] sic in *α* significationem *MENXα* 15 informis (o *supra* i *add.*) *H* inheruditae *H* 16 quoniam] quia *KMENXα* doctrinae] doctrina et *KMENXα* 18 enim *om. N* peccatum H^2MENXb 20 putet *KMENXα* accedere *KB* 22 mensuum $C^1P\gamma A^1RH^1F$ menstruum *KMXENα* mensium A^1H^2BD menstrua *bd* peccata (ta *s. l.*) *B* tamen] tunc *ENX* 23 praecipit *KMENα*

ipsam materialem informitatem, quae facto conceptu tamquam in aedificationem corporis additur. ac per hoc cum informiter fluit, significari per illam lex uoluit animum sine disciplinae forma indecenter fluidum ac dissolutum, quem formari oportere significat, cum talem fluxum corporis iubet purificari. postremo numquid et mori peccatum est aut mortuum sepelire non etiam bonum opus humanitatis est? et tamen purificatio et inde mandata est, quia et mortuum corpus uita deserente non peccatum est, sed peccatum significat animae desertae a iustitia.

24. Bonum, inquam, sunt nuptiae et contra omnes calumnias possunt sana ratione defendi. nuptiis tamen sanctorum patrum non quas nuptias, sed quam continentiam conparem quaero, immo non nuptias nuptiis — nam par in omnibus munus est mortali hominum naturae datum — sed homines, qui nuptiis utuntur, illis hominibus qui longe aliter nuptiis usi sunt quos conferam quoniam non inuenio, quinam continentes illis coniugatis conferendi sint requirendum est. nisi forte Abraham continere se non posset a nuptiis propter regnum caelorum, qui unicum prolis pignus, propter quod nuptiae carae sunt, potuit intrepidus immolare propter regnum caelorum.

XXI. 25. Continentia quippe non corporis, sed animi uirtus

8 cf. Num. 19, 11

1 ipsam] illam ipsam *KMENα* illam *X* infirmitatem A^1 conceptum *C* 2 additus *EX* cum] quod *MEXαN* 4 forma *om. E* incedenter B^1 fluuidum *HARD*γ desolutum *K* 6 mortuum *om. KMENXα* 7 et inde] exinde $H^2B^2MENX\alpha$ etiam inde *bd* 8 quia et] quae *C* quę B^1 9 non *om. CB* peccatum non *bd* a *om. ADM* 10 iustitiam *K* iustitię *D* 11 et contra] et e contra *MN* calumnię *N* columnias H^1 14 nuptias] nuptiis *CB*, (i *fin. s. ras.*) *A* nuptias *AB* nonuptiis γ *om. D* pari nominibus $PD\gamma^1$ paribus nominibus *A* par in nominibus F^1 par in hominibus F^2H parį in omnibus *R* 15 mortaliū $N\gamma^2$ homini *X* 16 illis] aliis *KFDbd* 17 usi *H* 18 sunt *KMENα* 19 se *om.* γ 20 quod *om. K* 23 continentiae *K* animę *AD*

est. uirtutes autem animi aliquando in opere manifestantur, aliquando in habitu latent, sicut martyrii uirtus eminuit apparuitque tolerando passiones. sed quam multi sunt in eadem uirtute animi, quibus temptatio deest, qua id, quod intus est in conspectu dei, etiam in hominum procedat nec tunc esse incipiat, sed tunc innotescat! iam enim erat in Iob patientia, quam nouerat deus et cui testimonium perhibebat, sed hominibus innotuit temptationis examine; et quod latebat intrinsecus, per ea, quae forinsecus inlata sunt, non natum, sed manifestatum est. habebat utique et Timotheus uirtutem continendi a uino, quam non ei abstulit Paulus monendo, ut uino modico uteretur propter stomachum et frequentes suas infirmitates — alioquin perniciose docebat, ut propter salutem corporis fieret in animo damnum uirtutis — sed quia poterat ea uirtute salua fieri quod monebat, ita relaxata est corpori utilitas bibendi, ut maneret in animo habitus continendi. ipse est enim habitus, quo aliquid agitur, cum opus est; cum autem non agitur, potest agi, sed non opus est. hunc habitum circa continentiam quae fit a concubitu non habent illi, quibus dicitur: si se non continent, nubant. hunc uero habent, quibus dicitur: qui potest capere, capiat. sic usi sunt perfecti animi bonis terrenis ad aliud necessariis per hunc habitum continentiae, quo eis non obligarentur et quo possent eis etiam non uti, si non opus esset. nec quisquam eis bene utitur, nisi qui et

7 cf. Iob c. 1 12 cf. I Tim. 5, 23 20 I Cor. 7, 9 21 Matth. 19, 12

1 autem *om. CB* 2 habitum P^1 emicuit $C^2\gamma^2F^2N^2bd$ 3 tollerando *KH* 4 uirtutem P^1 qu•a (i *er.*) *P* 6 tunc *alt. om. B* 8 omnibus *E* 10 nominatum *B* manifestum *D* et *om. N* 11 thimotheus (h *alt. s. l.*) *CB, N* ei] et *KMEXα* 12 monendo *om. N* modico uino *N* 13 sthomacum *C*, (h *s. l.*) *K* istomachum *P* stomacum *BN* 14 ut *om. X* corporis *P* 15 sed—ita *om. AD* 17 anima *α* est *om. N* quod *C* 18 potem H^1 agi *s. l. R* 20 de quibus *MEX* si—dicitur *om. N* 22 usi] ut si *K* animo *B* 24 possint *AD* 25 non *om. AD* qui et] et qui *KMENXα*

non uti potest. multi quidem facilius se abstinent, ut non utantur, quam temperant, ut bene utantur; nemo tamen potest sapienter uti, nisi qui potest et continenter non uti. ex hoc habitu et Paulus dicebat: scio et abundare et penuriam pati. penuriam quippe pati quorumcumque hominum est; sed scire penuriam pati magnorum est. sic et abundare quis non potest? scire autem abundare nonnisi eorum est, quos abundantia non corrumpit.

26. Verum ut apertius intellegatur, quomodo sit uirtus in habitu, etiamsi non sit in opere, loquor de exemplo, de quo nullus dubitat catholicorum christianorum. dominus enim noster Iesus Christus quod in ueritate carnis esurierit ac sitierit, manducauerit et biberit, nullus ambigit eorum, qui ex eius euangelio fideles sunt. num igitur non erat in illo continentiae uirtus a cibo et potu, quanta erat in Iohanne Baptista? uenit enim Iohannes non manducans neque bibens, et dixerunt: daemonium habet. uenit filius hominis manducans et bibens, et dixerunt: ecce uorax et uinaria, amicus publicanorum et peccatorum. numquid non talia dicuntur in domesticos eius, patres nostros, ex alio genere utendi terrenis, quantum ad concubitum pertinet: ecce homines libidinosi et inmundi, amatores feminarum et lasciuia-

4 Phil. 4, 12 15 Matth. 11, 18. 19

1 se *om.* $EX\alpha$ non *om.* N 2 bene utantur N quem C^1 temperent $C^2RBMENX\alpha bd$ non utantur N potest CB: eis potest $PK\gamma AFRMENX\alpha bd$ potest eis HD 3 sapienter—potest *inter lin. add.* P 4 habundare $KHAMENX\alpha$ paenuriam (ae *etiam in seqq.*) γ 6 habundare $ENX\alpha$ quis non A^1 quisquam A^2 7 et abundare bd et habundantia M habundantia HD 10 habitum C^1 11 katholicorum EX 12 ac] et B 13 manducauero H^1 et] ac KEN eorum ambigit α ambiget AE 14 in *om.* B illi B 16 enim iohannis K 17 daemonium—dixerunt *om.* R demonum X 18 et manducans bd uorax] homo uorax $K\gamma AFRDMENX\alpha$ honus uorax (*s.* nus *add.* mo) H 19 uinaria] uinarius BH^2A^2b potator uini $FMENX\alpha$ potatur uini (ni *s. t.*) K et amicus α 20 domesticos (o *fin. ex* u *m. 2*) C 21 utendo CB 22 lascibiorum C^1 lasciuiorum BC^2

rum? et tamen sicut in illo illud non erat uerum — quamuis uerum esset, quod non sicut Iohannes abstineret a manducando et bibendo; ipse enim apertissime uerissimeque ait: uenit Iohannes non manducans neque bibens. uenit filius hominis manducans et bibens — sic nec hoc in illis patribus uerum est, quamuis uenerit modo apostolus Christi non coniugatus nec generans, quem dicant pagani: magus erat; uenerit autem tunc propheta Christi nuptias faciens et filios procreans, quem dicant Manichaei: mulierosus erat. et iustificata est sapientia a filiis suis quod dominus ibi subiecit, cum de Iohanne ac de se illa dixisset. iustificata est, inquit, sapientia a filiis suis, qui uident continentiae uirtutem in habitu animi semper esse debere, in opere autem pro rerum ac temporum oportunitate manifestari, sicut uirtus patientiae sanctorum martyrum in opere apparuit, ceterorum uero aeque sanctorum in habitu fuit. quocirca sicut non est inpar meritum patientiae in Petro, qui passus est, et in Iohanne, qui passus non est, sic non est inpar meritum continentiae in Iohanne, qui nullas expertus est nuptias, et in Abraham, qui filios generauit. et illius enim celibatus et illius conubium pro temporum distributione Christo militauerunt; sed continentiam Iohannes et in opere, Abraham uero in solo habitu habebat.

XXII. 27. Illo itaque tempore, cum et lex dies patriarcharum subsequens maledictum dixit, qui non excitaret semen

9 Matth. 11, 19 24 cf. Deut. 25, 5—10

1 illud *om.* γ 2 essent *N* non *om. N* 5 si *K* 6 quamuis] quam *X* 7 magnus *PK*^{1}γ*HAFD* 9 dicunt *E* manichei *codd.* 10 est inquit *HRbd* 11 ibi] sibi *KHBMEXα om. N* se] sede *N* 12 inquam *PK*γ*HAFDMENXα* 14 autem *er. in K* ac temporum] acceptorum (o *mut. in* a) *A, D* o*portunitate *C* opportunitate *Pbd* 15 patientiae (pati *m. 1 ex* sapi) *P* sapientiae *B* in *om. D* 16 sanctorum *om. X* 17 sicut *om.* γ petro apostolorum principe qui *seqq. N* 18 *prim.* est *om. B* 21 pro] propter *B* distributionē *B* 22 militarunt *Xbd* et *er. KA om. D* 23 habitu *s. l. m. al. P* 24 et *om. X* lex *om. D* patriarcarum *C*^{1}

in Israhel, et qui poterat non promebat, sed tamen habebat; ex quo autem uenit plenitudo temporis, ut diceretur: qui potest capere, capiat, ex illo usque adhuc et deinceps usque in finem qui habet operatur, qui operari noluerit, non se habere mentiatur. ac per hoc ab eis, qui corrumpunt bonos mores conloquiis malis, inani et uana uersutia dicitur homini christiano continenti et nuptias recusanti: tu ergo melior quam Abraham? quod ille cum audierit, non perturbetur nec audeat dicere: melior, nec a proposito delabatur — illud enim non uere dicit, hoc non recte facit — sed dicat: ego quidem non sum melior quam Abraham, sed melior est castitas celibum quam castitas nuptiarum: quarum Abraham unam habebat in usu, ambas in habitu. caste quippe coniugaliter uixit; esse autem castus sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit. ego uero facilius non utor nuptiis, quibus est usus Abraham, quam sic utor nuptiis, quemadmodum est usus Abraham; et ideo melior sum illis, qui per animi incontinentiam non possunt quod ego, non illis, qui propter temporis differentiam non fecerunt quod ego. quod enim ego nunc ago, melius illi egissent, si tunc agendum esset; quod autem illi egerunt, sic ego non agerem, et si nunc agendum esset. aut si talem se iste sentit et nouit, ut salua et permanente in habitu animi sui uirtute continentiae, si ad usum nuptiarum

2 cf. Gal. 4, 4 3 Matth. 19, 12 6 cf. I Cor. 15, 33

1 et *in mg. K* tamen] tunc *MEXα* dĩ *N* 2 plenitudo temporis uenit *D* 3 adhuc] huc *AD* 4 operare *K* 5 hac *K* 6 mores bonos *PKγHARDMENXα* 8 habraham *HB* 9 melior sum *H²MENXα* neç *B* dilabatur *KDMENXαA²H²* delebatur *H¹* 10 non *alt. om. N* fecit *B* 11 dicit *FD* abraam *C¹* 12 celibium (i *exp. m. 2*) *C* abraam *C* 13 unum *B* 14 caste *PγHAFRDB²* castitas *B¹* 15 uero] autem *X om.* γ usus est *N* 16 abraam *C* quam—Abraham *om. MEXα* qua tam tẽpanť utar ut abrahã *N* utar *Bbd* usus est *D* 17 abraam *C* non sum abraham sed melior sum illis *seqq. N* continentiam *D* 19 diffirentiam *K* ago (a *supra* e) *PH* 20 essent *A* 21 egerunt] gerunt *K* aut] et *KMENXα* 22 se *ante* talem *in A, om. D* iste *om. AD*

ex aliquo religionis officio descendisset, talis maritus et talis pater esset, qualis fuit Abraham, audeat plane respondere illi captioso interrogatori et dicere: non sum quidem melior quam Abraham, in hoc dumtaxat genere continentiae, qua ille non carebat, etsi non apparebat; sed sum talis non aliud habens, sed aliud agens. dicat plane ista, quia et si uoluerit gloriari, non erit insipiens; ueritatem enim dicit. si autem parcit, ne quis eum existimet super id quod eum uidet aut audit aliquid ex illo, auferat a persona sua nodum quaestionis et non de homine, sed de re ipsa respondeat et dicat: qui tantum potest, talis est, qualis fuit Abraham. potest autem fieri, ut minor sit continentiae uirtus in animo eius, qui non utitur nuptiis quibus est usus Abraham; sed tamen maior est, quam in animo eius, qui propterea tenuit coniugii castitatem, quia non potuit ampliorem. sic et femina innupta. quae cogitat ea quae sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu, cum audierit inprudentem illum percontatorem dicentem: tu ergo melior quam Sarra? respondeat: ego melior sum, sed his, quae uirtute huius continentiae carent, quod de Sarra non credo. fecit ergo illa cum ista uirtute, quod illi tempori congruebat, a quo ego sum inmunis, ut in meo etiam corpore appareat quod illa in animo conseruabat.

XXIII. 28. Res ergo ipsas si comparemus, nullo modo

6 cf. II Cor. 12, 6 15 cf. I Cor. 7, 34

1 relegionis *K* discendisset *KH* 2 est *DA*^{1} abraam *C* 3 aptioso *H*^{1} melior quidem *MNXα* quidam *A*^{1} *om. E* 4 qua] quam *PH*^{1} quo *KMENXα* 6 iste *ENXα* uoluero *D* 8 uidit *C* aliquis *N* 9 aufero *C*^{1} nondum *C*^{1} nodum *A* non *om. D, s. l. A* de] de *γ* 11 non minor (non *s. l.*) *A* 13 usus est *N* abraam *C*^{1} maior] minor *AD* est in opere eius *KMENXα* 14 coniugi *KN* 17 inprudentem *CB:* inpudentem *PKγHAFRDMENXαbd* percantatorem *C*^{1} percõtatorem *P* percunctatorem *α* 18 sara *FRBMENXαbd* melior sara non sum *NK*^{2}, *A in mg.* 19 hiis *K*^{2}*F*^{2} qui *AD* uisrtute *P* continentię huius *N* 20 credȩt (*sic*) *γ* 21 illi] illo *N* a *om. KMENXα* eo (*s. l. ł* sic: ut in meo) *A* 22 apareat *N* obseruabat *α* construebat *PγHAFRD* 23 si] non *EX*

dubitandum est meliorem esse castitatem continentiae quam castitatem nuptialem, cum tamen utrumque sit bonum; homines uero cum comparamus, ille est melior, qui bonum amplius quam alius habet. porro qui amplius eiusdem generis habet, et id quod minus est habet; qui autem tantummodo quod minus est habet, id quod est amplius non utique habet. in sexaginta enim sunt et triginta, non in triginta sunt et sexaginta. non operari autem ex eo, quod habet, in distributione officiorum positum est, non in egestate uirtutum, quia nec bono misericordiae caret, qui non inuenit miseros, quibus possit misericorditer subuenire.

29. Huc accedit, quia non recte conparantur homines hominibus ex uno aliquo bono. fieri enim potest, ut alius non habeat aliquid quod alius habet, sed aliud habeat quod pluris aestimandum est. maius enim bonum est oboedientiae quam continentiae. nam conubium nusquam nostrarum scripturarum auctoritate damnatur, inoboedientia uero nusquam absoluitur. si ergo proponatur uirgo permansura, sed tamen inoboediens, et maritata, quae uirgo permanere non posset, sed tamen oboediens, quam meliorem dicamus? minus laudabilem quam si uirgo esset, an damnabilem, sicut uirgo est? ita si conferas ebriosam uirginem sobriae coniugatae, quis dubitet eandem ferre sententiam? nuptiae quippe et uirginitas duo bona sunt, quorum alterum maius; sobrietas autem et ebriositas, sicut oboedientia et contumacia, illa bona sunt, haec mala. melius est autem

3 conparemus $B^1\alpha$ 4 alius A^1 5 qui—habet *om.* *CB* 6 id] et id *CB* amplius est *E* non *om.* *B* 7 sexagenta C^1 sexaginta] quadraginta *AD* 8 quod quis (quis *s. l.*) *A* 9 neque *E* 10 bono (o *fin. ex* u) *K* bonū *MXE* 14 habet] habeat *KMENX*α habet ꝺed ꝺliuꝺ ꝺabeꝺt ꝺaliquiꝺ quoꝺ ꝺaliuꝺ ꝺabeꝺt sed *P* habet *AD* plures *K* 15 magis *A* maius est *M* est enim bonum *EX*α est *om.* *MN* 17 auctoritatē *K* damnantur *B* 18 sic *P* siç *H* 19 non] ñ *er.* *D* possit *MEN*α tamen *om.* *X* *obediens (ñ *er.*) *D* 21 an] ac *N* est] esset *N* 22 coniugatae sobriae *AD* dubitet et *C* dubitat γ ferre] forte *C* 24 ebrietas *MENX* 25 contumacia (ac *supra er. 2 litt. m. 2*) *B* contumacitas (tas *in ras.; m. 2 ad* tas *add.* i) γ sunt *om.* *N* mala sunt *MENX*α autem est *D* est *om.* $P\gamma^1F$, *s. l.* *A*

habere omnia bona uel minora quam magnum bonum cum magno malo, quia et in corporis bonis melius est habere Zachaei staturam cum sanitate quam Goliae cum febre.

30. Recte plane quaeritur, non utrum omnimodis inoboediens uirgo coniugatae oboedienti, sed minus oboediens oboedientiori conparanda sit, quia et illa nuptialis castitas est et ideo bonum est, sed minor quam uirginalis. tanto ergo minor in bono oboedientiae, quanto maior in bono castitatis, si altera alteri conparetur, quae praeponenda sit iudicat qui primo ipsam castitatem et oboedientiam conparans uidet omnium uirtutum quodam modo matrem esse oboedientiam. ac per hoc ideo potest esse oboedientia sine uirginitate, quia uirginitas ex consilio est, non ex praecepto. oboedientiam uero illam dico, qua praeceptis obtemperatur. ideoque oboedientia praeceptorum sine uirginitate quidem potest, sed sine castitate esse non potest. ad castitatem namque pertinet non fornicari, non moechari, nullo inlicito concubitu maculari: quae qui non obseruant, contra praecepta dei faciunt et ob hoc extorres sunt a uirtute oboedientiae. uirginitas autem propterea potest esse sine oboedientia, quia potest femina consilio uirginitatis accepto et custodita uirginitate praecepta contemnere: sicut multas sacras uirgines nouimus uerbosas, curiosas, ebriosas, litigiosas, auaras, superbas: quae omnia contra praecepta sunt et sicut ipsam Euam inoboedientiae crimine occidunt. quapropter non solum oboediens inoboedienti, sed oboedientior coniugata minus oboedienti uirgini praeponenda est.

2 corporis $C^1\gamma^1$ corporibus $C^2\gamma^2KFMENX\alpha$ corporalibus D corpores B^1 bonis (s *in ras.*) C 3 zachei (h *s. l.*) C, $\gamma HABMEN\alpha$ zacchei PK sanitatem K febrę X 5 oboedientiori] obedienti K 6 sint α 7 minus *pr.* K 8 maior] minor N altera] alter KBN 9 altero (o *in ras. m. 2*) C, B iudicet D 11 hac K 14 quę B obtemperat CB optemperatur K 17 moecari C mechari AEX 18 praeceptum NEX 20 et consilio α 21 continere N^1 22 sacras *om.* D 23 litigosas H^1M^1 praeceptum EX 24 et *om.* $KN\alpha$ Euam] etiam N crimina A^2H^2DMNX occiderunt $MENX\alpha$

31. Ex hac oboedientia pater ille, qui sine uxore non fuit, esse sine unico filio et a se occiso paratus fuit. unicum enim non inmerito dixerim, de quo audiuit a domino: in Isaac uocabitur tibi semen. quanto ergo citius, ut etiam sine uxore esset, si hoc iuberetur, audiret! unde non frustra saepe miramur nonnullos utriusque sexus ab omni concubitu continentes neglegenter oboedire praeceptis, cum tam ardenter adripuerint non uti concessis. unde quis dubitat et excellentiae sanctorum illorum patrum atque matrum filios generantium non recte conparari mares et feminas nostri temporis, quamuis ab omni concubitu inmunes in uirtute oboedientiae minores, etiamsi illis hominibus et in habitu animi defuisset, quod in istorum opere manifestum est? sequantur ergo agnum pueri cantantes canticum nouum, sicut in Apocalypsi scriptum est, qui cum mulieribus se non contaminauerunt, non ob aliud nisi quia uirgines permanserunt. nec ideo se arbitrentur meliores esse primis patribus sanctis, qui nuptiis, ut ita dicam, nuptialiter usi sunt. earum quippe usus ita se habet, ut, si quid in eis per carnis cōmixtionem, quod excedat generandi necessitatem, quamuis uenialiter factum fuerit, contaminatio sit. nam quid expiat uenia, si omnino non contaminat illa progressio? a qua contaminatione mirum si inmunes essent pueri sequentes agnum, nisi uirgines permanerent.

XXVIIII. 32. Bonum igitur nuptiarum per omnes gentes atque

2 cf. Retr. II 22, 2 3 Gen. 21, 12 15 cf. Apoc. 14, 4

1 hac autem α 2 sine (ne *s. l.*) *C* occiso] oti*so γ 3 a] in (*s. l.* ł a) *M* isa*ac *C* ysaac *EX* 5 essent *N* 6 nonnullo γ^1 7 neglienter *NX* tamen *N om. B* 8 ęt *A* 10 et] ſęd (*s. l.* uel) *A* 12 et] etiam *N* 13 ergo] autem *A om. D* 14 apokalypsi *M* apocalipsi *γBDNX*α 15 non se *D* non contaminauerunt se *N* conquinauerunt *A* inquinauerunt *D* 16 nisi *om. C* 17 meliores (es *s. l.*) *H* 18 eorum *B* 19 commixtione *K* 20 excedit *E* 21 sit *om.* γ 22 *post* progressio *sequ. 227, 1* quod autem—sanctitate; *tum u. 22* a qua—fide castitatis quod autem *in p. 227, 1 sqq. AD*

omnes homines in causa generandi est et in fide castitatis; quod autem ad populum dei pertinet, etiam in sanctitate sacramenti, per quam nefas est etiam repudio discedentem alteri nubere, dum uir eius uiuit, nec saltem ipsa causa pariendi: quae cum sola sit qua nuptiae fiunt, nec ea re non subsequente propter quam fiunt soluitur uinculum nuptiale nisi coniugis morte. quemadmodum si fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam, etiamsi plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatis sacramentum ordinationis; et si aliqua culpa quisquam ab officio remoueatur, sacramento domini semel inposito non carebit, quamuis ad iudicium permanente. generationis itaque causa fieri nuptias apostolus ita testis est. uolo, inquit, iuniores nubere. et quasi ei diceretur: ut quid? continuo subiecit: filios procreare, matres familias esse. ad fidem autem castitatis illud pertinet: uxor non habet potestatem corporis sui, sed uir; similiter et uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. ad sacramenti sanctitatem illud: uxorem a uiro non discedere; quodsi discesserit, manere innuptam aut uiro suo reconciliari, et uir uxorem non dimittat. haec omnia bona sunt, propter quae nuptiae bonum sunt: proles, fides, sacramentum. nec prolem autem carnalem iam hoc tempore quaerere ac per hoc ab omni tali opere inmunitatem quandam perpetuam retinere atque uni uiro Christo

12 I Tim. 5, 14 15 I Cor. 7, 4 18 I Cor. 7, 10. 11

1 generanda *X* in causa fide *X* 2 autem *om. H* 3 discedente *CPHRFD*γ discedente (*s. l.* ł intercedente) *A* discendente B^1 discindente B^2 4 saltem] alterim (*s.* i *m. 2 add.* v) *C* ąlţerą *B* saltim $KH\gamma^1$ *om. N* ipsam $PD\gamma^1$ ipsąm *A* causă $D\gamma^1$ 5 sit propter quă (propter *s. l.*) *A* quă *D* ea re] carę (*supra* ę *add.* itate) *H* subsequenter *KMXEα* 6 ñ soluitur (ñ *s. l.*) *A* mortem *C* 8 tamen *om.* γ 11 ad *om. AD* iudicio (o *in ras.*) *A, D* permanentē *EXα* 14 continua *EX* 15 autem *om. K* 16 similiter autem *X* 17 et *om. H* 19 discesscesserit *A* innuptam manere (manere *s. l.*) *H* innupta *K* 20 uxorem suam *A* non] ne *PKHFR*γ 21 haec (h *ex* n) *H* nec *N* bonum] bonae *ARBDbd* 24 quandam] quandoque (que *s. l.*) *H*

spiritaliter subdi melius est utique et sanctius; si tamen ea uacatione sic utantur homines, quomodo scriptum est, ut cogitent quae sunt domini, quomodo placeant deo, id est, ut perpetuo cogitet continentia, ne quid minus habeat oboedientia: quam uirtutem tamquam radicalem atque, ut dici solet, matricem et plane generalem sancti antiqui patres in opere exercuerunt, illam uero continentiam in animi habitu tenuerunt, qui profecto per oboedientiam, quia iusti et sancti erant et ad omne opus bonum semper parati, etiamsi ab omni concubitu abstinere iuberentur, efficerent. quanto enim facilius possent uel iussione uel exhortatione dei non concumbere, qui prolem, cui uni propagandae concumbendo seruiebant, oboediendo poterant inmolare!

XXV. 33. Quae cum ita sint, haereticis quidem, siue Manichaeis siue quicumque alii patribus ueteris testamenti de pluribus calumniantur uxoribus, hoc esse argumentum deputantes, quo eorum conuincant incontinentiam, satis superque responsum est: si tamen capiunt non esse peccatum, quod neque contra naturam committitur, quia non lasciuiendi, sed gignendi causa illis feminis utebantur; neque contra morem, quia illis temporibus ea factitabantur; neque contra praeceptum, quia nulla lege prohibebantur. illos uero, qui inlicite feminis usi sunt, uel arguit in scripturis illis diuina sententia uel nobis lectio iudicandos atque uitandos, non adprobandos imitandosue proponit.

3 cf. I Cor. 7, 32

2 uocatione *PKγHAFR¹DMENXα* homines sic utantur *MENXα* 3 deo] domino *PγHAFBDMENXα* 5 ut *om. α* 6 ita dici *P* ita dici *γA* generalem *om. E* sancti antiqui] sanctitatiqui *PF*$_{\gamma}^{1}$ sancti•••• qui (*s. l.* anti) *A* sancti••••• *H* sanctitati *D* sancti et antiqui (et, n *s. l.*) *R* 7 continentia *K* animi] ą‖ (*in fine u.*) *γ* 8 quia] quia *B* qua *PKγHAFRDMNEXabd* 10 enim] ergo *N* 11 possent *A* exortatione (*pr.* t *s. l.*) *A*, *KHE* exoratione *D* dei *om. C* 12 seruiebat *E* 13 poterat *D* 14 sunt *C*¹ hereticis *CPKDM* siue *om. H* manicheis *codd.* 15 ueteris] uestris *C*¹ 16 argumentum (um *in ras.*) *H* putantes *H* 21 ea *om. E* 22 inlicitae *P* inliciti *K* inlicitis *MENXα* 23 illa *KENXα* 24 adque *C*

XXVI. 34. Nostros autem qui coniuges habent, quantum possumus, admonemus, ne secundum suam infirmitatem de illis sanctis patribus audeant iudicare, conparantes, ut ait apostolus, semet ipsos sibimet ipsis et ideo non intellegentes, quantas uires habeat animus iustitiae contra libidines seruiens, ne carnalibus huiusce modi motibus adquiescat eosque in concubitum ultra generandi necessitatem prolabi aut progredi sinat, quantum ordo naturae, quantum morum consuetudo, quantum legum scita praescribunt. hoc quippe ideo de illis patribus homines suspicantur, quia ipsi per incontinentiam uel nuptias elegerunt uel coniugibus intemperanter utuntur. at uero continentes uel mares, qui defunctis uxoribus, uel feminae, quae defunctis uiris, uel utrique, qui pari consensu continentiam deo uouerunt, sciant sibi quidem mercedis amplius deberi, quam coniugalis castitas poscit; sed sanctorum patrum nuptias, qui prophetice coniungebantur, qui neque in concubitu nisi prolem neque in ipsa prole nisi quod in carne uenturo Christo proficeret requirebant, non solum prae suo proposito non contemnant, uerum etiam suo proposito sine dubitatione praeponant.

35. Pueros quoque ac uirgines integritatem ipsam deo dicantes multo maxime commonemus, ut tanta norint humilitate tuendum esse, quod in terra interim uiuunt, quanto magis caeli est quod uouerunt. nempe scriptum est: quanto

4 cf. II Cor. 10, 12 24 Eccli 3, 18

1 nostros] nos nostros *D* habent *om. E* 2 ammonemus *PγHRK DMXEα* 3 comparentes H^1R^1 6 seruientes C^1 seruientis BC^2 neç *C* *litteris* cemodi incipit *codex 16860 = T* acquiescant *B* 7 concubitu *PHAFRD* 8 ñ sinat *T* sinant *B* *sinat *H* 9 seita (*s.* e *add. m. 2* c) *R* ideo quippe *N* 10 ipse *K* incontentiam A^1 12 ad C^1K incontinentes *α* 13 quae] qui *K* consensu* *C* 14 uouerunt (u *init. ex* n) *E* 16 prophetic*e *A* propheticae *γ* prophetiae *H* coniugebantur *P* 17 ipsa in *A* 18 reficeret *E* solo *K* pro $C^2KMENXT$ praeposito *γ* 19 non *om. PA* 21 quosque *B* 22 commanemus B^1 tanto *KMENX* 23 uiunt *P* nouer̃ (*in ras.*) *A*

magnus es, tanto humila te in omnibus. nostrum ergo est de magnitudine eorum aliquid dicere, illorum de magna humilitate cogitare. exceptis igitur quibusdam illis coniugatis patribus et matribus sanctis, quibus ideo isti meliores non sunt, quamuis coniugati non sint, quia si coniugati essent, pares non essent, ceteros omnino huius temporis coniugatos, uel post expertum concubitum continentes, a se superari non dubitent, non quantum ab Anna Susanna, sed quantum ambae a Maria superantur. quod ad ipsam pertinet sanctam carnis integritatem, loquor; nam quae alia sint Mariae merita, quis ignorat? mores itaque congruos huic tanto proposito adiungant, ut de praepollenti praemio certam securitatem gerant, scientes sane sibi atque omnibus fidelibus dilectis et electis Christi membris multis ab oriente et occidente uenientibus, etsi inter se distante pro meritis gloriae luce fulgentibus, hoc tamen magnum in commune praestari, ut cum Abraham et Isaac et Iacob recumbant in regno dei, qui non propter hoc saeculum, sed propter Christum coniuges, propter Christum patres fuerunt.

17 cf. Matth. 8, 11

1 tanto *om. MENXα* *post* tanto *er.* te *in* γ humila *CP* humiliţa *R* humilia *KγHAFBDMENXTabd* 2 est ergo *MNXα* aliquid *om. MENXα* 3 illis *om. T* 8 susanna *om. P*¹ 9 ambae *om. MENXα* a] a beata *MENXα* aţţę *K* qui (*s.* i *add.* ae) *H* pertinent (n *fin. s. l.*) *H* 10 nam quae] namque *C*¹ nam quod A^2R^2 non quae D^1 ₒlia *F* aliaę *A* alię *D* sunt *B* 12 adiungant (n *fin. s. l.*) *A* ut de] unde *FD* 13 sane *om. X* adque *C*¹ dilectis *om. B* 14 electis] cęlestis *X* 15 ɛtsi] et *N* 16 tamen] tam *ENX* magno (o *in ras.*) *C* prestari *C* 17 abraam *C*¹ isac *C* ysaac *D* 19 Explicit de bono coniugali. Incipit de bono uiduitatis *fol. 195*ᵇ *C* Explicit liber sci Augustini de bono coniugali *fol. 22*ᵃ *P* Explicit de bono coniugali. Incipit de sca uirginitate *fol. 77*ᵃ *K* Explicit liber sci Augustini de bono coniugali *fol. 22*ᵃ γ Explicit liber sci augustini de bono coniugali. Inc eiusdem de sca uirginitate *fol. 22*ᵃ *H; a codice A subscriptio abest fol. 14*ᵇ*; item a codice F fol. 95*ᵇ Explicit liber sci Augustini de bono coniugali *fol. 54 R* Nec distuli atque id dei munus est quā magnū

et quanta humilitate custodiendum est uno sicut potui ** uolumine ostendi. Explicit Augustini de bono coniugali. Incipit eiusdem de sca uirginitate *fol. 30b D* Explicit de bono coniugali *fol. 84b B* Explicit liber de bono coniugali. Incipit liber de sancta uirginitate *fol. 78a M* Explicit liber de bono coniugali *fol. 45a E subscriptio abest a codd. N fol. 70b , T fol. 4 a, α fol. 106a* Explicit liber de bono coniugali. Explicit liber de bono coniugali *fol. 70a X*

VI.

S. Aureli Augustini

de sancta uirginitate.

C = codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 13367 s. VI.
P = codex Palatinus numero 210 signatus s. VII.
K = codex Coloniensis numero 76 signatus s. VIII.
I = codex Laudunensis n. 136 s. VIIII.
Z = codex Laudunensis n. 135 s. VIIII exeunt.
γ = codex Cluniacensis 30 (nou. acqu. 1448) s. VIIII.
H = codex Coloniensis n. 78 s. VIIII—X.
S = codex Parisinus n. 1969 s. VIIII.
A = codex Vindobonensis 1021 s. X.
D = codex olim Bigotianus nunc Paris. n. 2150 s. X.
R = codex Parisinus (Mazarineus) n. 1643 s. X—XI.
B = codex Bernensis n. 162 s. XI.
G = codex Bambergensis III 18 s. XI.
X = codex Vindobonensis 849 s. XII.
T = codex Parisinus n. 16860 s. XI.
M = codex Monacensis 14491 s. XI.
E = codex Monacensis 15809 s. XII.
N = codex Monacensis 17057 s. XII.
Y = codices Cassinenses 170 et 165 s. XI et XI—XII.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1686.

VI.

DE SANCTA VIRGINITATE.

I. 1. Librum de Bono Coniugali nuper edidimus, in quo etiam Christi uirgines commonuimus atque monuimus, ne propter excellentiam muneris amplioris, quod diuinitus acceperunt, contemnant in sui conparatione patres et matres populi dei hominesque illos, quos tamquam oliuam commendat apostolus, ne superbiat insertus oleaster, qui uenturo Christo etiam filiorum propagatione seruiebant, ideo meriti inferioris esse arbitrentur, quia iure diuino continentia conubio et nuptiis pia uirginitas anteponitur. in illis quippe parabantur et parturiebantur futura, quae nunc impleri mirabiliter et efficaciter cernimus, quorum etiam uita coniugalis prophetica fuit: unde

7 cf. Rom. 11, 17. 18

2 Aureli Augustini de bono uirginitatis liber incipit *fol. 125*^{b} *C* Beati Augustini de sca uirginitate *fol. 22*^{a} *P* Incipit de sca uirginitate *fol. 77*^{a} *K* Incipit eiusdem de bono uirginali *fol. 41*^{b} *Z, fol. 74*^{a} *I* Incipit liber sci Augustini de sca uirginitate *fol. 22*^{a} *γ, 121*^{b} *S* Incipit eiusdem de sca uirginitate *fol. 22*^{a} *H, fol. 30*^{b} *G; a codice A inscr. abest* Sci Augustini de sca uirginitate *fol. 55*^{a} *D* Incipit liber beati Augustini epi de sca uirginitate *fol. 40*^{a} *R* Incipit liber de sca uirginitate *fol. 78*^{a} *B, fol. 78*^{a} *M, fol. 45*^{a} *E* Incipit Aurelii liber de sca uirginitate *fol. 37*^{b} *T* De seruanda uirginitate *fol. 70*^{b} *N* Liber sci Augustini de sca uirginitate *fol. 71*^{a} *X* 3 edimus *EX* 4 commonuimus *CIZB:* admonuimus *PHADRGNγ* ammonuimus *KSMEX* monemus $Z^{2}SH^{2}$ $A^{2}MENG$ amnonemus *X* 5 ampliores *K* 6 contempnant *KGTX* contempnat *R* populo *K* 7 quas *G om. R* tanquam *T* numquam *G* oliua. *B* commendet *R* 8 ut uenturo *R* 9 seruibant P_{γ} meritis P_{γ} meritiș *A* meriti. *H* inferiores KBC^{2} 10 continentiă *R* conubii *R* conubiũ *K* nubtiis (*semper* b) *CP* 12 inpleri *PH* 13 prophetia *HMENX*

non consuetudine humanorum uotorum atque gaudiorum, sed ualde profundo consilio dei in quibusdam eorum fecunditas honorari, in quibusdam etiam fecundari sterilitas meruit. hoc uero tempore quibus dictum est: si se non continent, nubant, non adhibenda est exhortatio, sed consolatio, quibus autem dictum est: qui potest capere capiat, exhortandi sunt, ne terreantur, et terrendi, ne extollantur. non solum ergo praedicanda est uirginitas, ut ametur, uerum etiam monenda, ne infletur.

II. 2. Hoc isto sermone suscepimus; adiuuet Christus, uirginis filius et uirginum sponsus, uirginali utero corporaliter natus, uirginali conubio spiritaliter coniugatus. cum igitur ipsa uniuersa ecclesia uirgo sit desponsata uni uiro Christo, sicut dicit apostolus, quanto digna sunt honore membra eius, quae hoc custodiunt etiam in ipsa carne, quod tota custodit in fide, quae imitatur matrem uiri sui et domini sui! nam ecclesia quoque et mater et uirgo est; cuius enim integritati consulimus, si uirgo non est? cuius prolem adloquimur, si mater non est? Maria corporaliter caput huius corporis peperit, ecclesia spiritaliter membra illius capitis parit. in utraque uirginitas fecunditatem non inpedit, in utraque fecunditas uirginitatem non adimit. proinde cum ecclesia uniuersa sit sancta et corpore et spiritu, nec tamen uniuersa sit corpore uirgo, sed spiritu, quanto sanctior est in his membris, ubi uirgo est et corpore et spiritu!

4 I Cor. 7, 9 6 Matth. 19, 12 12 cf. II Cor. 11, 2

3 honori X^1 quibus *CBE* foecundari *RT* fecundari *G* sterelitas C^1A sterelit H^1 4 in tempore *R om. EX* quo *G* 5 exortatio *HSR* exhortacio *T* consolacio *S* 6 autem] enim *ENX* exortandi *IHSABT* 10 suscipimus $P\gamma^2HADGT$ 11 et *om. S* uirginis *X* 12 spiritualiter *TN* ipsa igitur *bd* 13 eclesia *C* ecclesię *N* sit uirgo *E* disponsata γ^1SA^1 14 digna (a *ex* o) *A* eius membra *N* 16 imitantur *S* sui *om. SMNX* 17 integritate $K^1BC^2X^1$ integritatē *N* 18 consilimus H^1 cuius] aut cuius $\gamma SADRGTbd$ 19 uius *S* 20 eclesia (*semper* c) *C* menbra *G* 21 foecunditatem *R* 22 sancta sit *X* 23 sancta—spiritu *in ras. P* 24 quato *X* 25 spiritu et corpore *X*

III. 3. Scriptum est in euangelio, quod mater et fratres Christi, hoc est consanguinei carnis eius, cum illi nuntiati fuissent et foris expectarent, quia non possent eum adire prae turba, ille respondit: quae est mater mea aut qui sunt fratres mei? extendens manum super discipulos suos ait: hi sunt fratres mei; et quicumque fecerit uoluntatem patris mei, ipse mihi frater et mater et soror est, quid aliud nos docens nisi carnali cognationi genus nostrum spiritale praeponere nec inde beatos esse homines, si iustis et sanctis carnis propinquitate iunguntur, sed si eorum doctrinae ac moribus oboediendo atque imitando cohaerescunt? beatior ergo Maria percipiendo fidem Christi quam concipiendo carnem Christi. nam et dicenti cuidam: beatus uenter qui te portauit, ipse respondit: immo beati qui audiunt uerbum dei et custodiunt. denique fatribus eius, id est secundum carnem cognatis, qui non in eum crediderunt, quid profuit illa cognatio? sic et materna propinquitas nihil Mariae profuisset, nisi felicius Christum corde quam carne gestasset.

IIII. 4. Ipsa quoque uirginitas eius ideo gratior et acceptior, quia non eam conceptus Christus uiro uiolaturo quam conser-

4 Matth. 12, 48—50 14 Luc. 11, 27. 28

1 scribtum (*semper* b) *CP* est *om. E* 2 sanguinei *E* 3 fuissent] essent *X* et] quod *G om. MENX* fores *K* exspectarent γ expectare *MENX* ad eum *PK*γ*H*^{1}*SRMEX* ire *N* 4 aut] et *R* 5 mei *om. E* 6 ęt ait *K* hii *DT* hi* *A* fratres mei et mater mea *KMENX* et *om. KEX* 7 mihi *er. et in mg. add.* meus *I* michi *X* frater et soror et mater *R* 8 quid uero *MENX* quid igitur *R* docens] per hoc docuit *MENX* nisi *s. l. B* cogitatione *R* cogitationi *K* cogitatio *D*^{1} 9 spiritaliter *P*γ*HARGD*^{1} inde] enim *G*^{1} ideo *KMENX, er. in A* 10 iuguntur *H* 11 si *om. AG* doctrina *S* 12 coherescunt *KIAMX* ergo *om. AG* fidem percipiendo *N* 13 dicendi *P*^{1} 14 uenter *om. T* ipse] ille *G* 15 audiunt (au *s. l.*) *B* custodiunt illud *EN* custodiant *D*^{1} denique] de qua *K* 16 eius *om. X* 19 gestaset *B* 20 uirginitas quoque *N* eius *om. N* 21 qui *C*^{1} qua *S* concoeptus *B* xpo *R* uiolaturo uiro *X* uiolatur* *S* quam] qua *P*γ quia *R*

uaret ipse praeripuit, sed priusquam conciperetur iam deo dicatam de qua nasceretur elegit. hoc indicant uerba, quae sibi fetum adnuntianti angelo Maria reddidit. quomodo, inquit, fiet istud, quoniam uirum non cognosco? quod profecto non diceret, nisi deo uirginem se ante uouisset. sed quia hoc Israhelitarum mores adhuc recusabant, desponsata est uiro iusto, non uiolenter ablaturo, sed potius contra uiolentos custodituro quod illa iam uouerat. quamquam etiamsi hoc solum dixisset: quomodo fiet istud? nec addidisset: quoniam uirum non cognosco, non quaesisset utique, promissum sibi filium quomodo femina paritura esset, si concubitura nupsisset. poterat et iuberi uirgo permanere, in qua dei filius formam serui congruenti miraculo acciperet; sed exemplo sanctis futura uirginibus, ne putaretur sola uirgo esse debuisse, quae prolem etiam sine concubitu concipere meruisset, uirginitatem deo dicauit, cum adhuc quid esset conceptura nesciret, ut in terreno mortalique corpore caelestis uitae imitatio uoto fieret, non praecepto, amore eligendi, non necessitate seruiendi. ita Christus nascendo de uirgine, quae, antequam sciret quis de illa fuerat nasciturus, uirgo statuerat permanere, uirginitatem sanctam adprobare maluit quam imperare. ac sic etiam in ipsa femina, in qua formam serui accepit, uirginitatem esse liberam uoluit.

3 Luc. 1, 34

1 ipso *R* ipsa *G* conciperet *MNX* conc*pit (*s.* i *add.* e) *E* 2 dicata *R* hęc *N* 3 sibi *om. R* foetum γT annunciante *R* creddidit C^2BIZ 4 inquid *K* istut *K* istuc PA^1 cognusco *K* 5 deo *om. MENX* nouisset *IZEX* 6 israhelitarum hoc *X* adhaec A^1 disponsata KA^1 8 uiolentas C^1 uiolentias BC^2 hoc quod *R* nouerat $IZBES^1$ 9 stud *K* istuc *P* 10 cognusco *K* 11 saritura *R* 12 nupsisset] fuisset *KENX* poterat enim *R* et *om. AG* iuberi] nuberet *T* permaneri *K* quã *K* 13 forma *K* serui] ibi *IZ* 14 esse *om. MENX* 15 deuisse *S om. X* concubito *R* 16 uirginitatem—nesciret *om. S* uirginitatem enim *R* esset *om.* E^1 17 in terreno] interno *E* 18 uota *S* elegendi *K* erigendi *R* 21 uirginitatem—imperare *om. R* impetrare *X* 22 hac *K* si GA^1 quo A^1 forma *X* 23 accepi *B* accipit D^1 liberam esse *KMENX*

V. 5. Non est ergo, cur dei uirgines contristentur, quod etiam ipsae uirginitate seruata matres carnis esse non possunt; illum enim solum decenter uirginitas parere posset, qui in sua natiuitate parem habere non posset. uerumtamen ille unius sanctae uirginis partus omnium sanctarum uirginum est decus, et ipsae cum Maria matres Christi sunt, si patris eius faciunt uoluntatem. hinc enim et Maria laudabilius atque beatius Christi mater est secundum supra memoratam eius sententiam: quicumque facit uoluntatem patris mei qui in caelis est, ipse mihi frater et soror et mater est. has sibi omnes propinquitates in populo, quem redemit, spiritaliter exhibet: fratres et sorores habet sanctos uiros et sanctas feminas, quoniam sunt illi in caelesti hereditate coheredes. mater eius est tota ecclesia, quia membra eius, id est fideles eius per dei gratiam ipsa utique parit. item mater eius est omnis anima pia faciens uoluntatem patris eius fecundissima caritate in his quos parturit, donec in eis ipse formetur. Maria ergo faciens uoluntatem dei corporaliter Christi tantummodo mater est, spiritaliter autem et soror et mater.

VI. 6. Ac per hoc illa una femina non solum spiritu, uerum etiam corpore et mater et uirgo. et mater quidem spiritu

9 Matth. 12, 50 17 cf. Gal. 4, 19

1 ergo est *N* quur γ 2 ipse *CKγSDBRENX* possint *R* 3 enim] etiam *S* uirginitas decenter *PKγHSADRGTMENXbd* decenter] dicentes *B* possit *C²KIZBMENX* posse•t *S* potuit *γR* 4 par ẽ *R* possit *C²BIZN* uerumptamen *T* illae *CIZ om. R* 5 sanctae *om. X* 6 ipse *KRX* sunt xpi *R* 7 et *om. N* 8 beacius *G* beatus *H¹* cõmemoratam *E* memorata *R* 10 *pr.* et *om. SG* 11 his γ propinquitatẽ *B* redimit *K* 12 exibet *IZSRE* et | et *T* uiros sanctos *MENX* 13 sanctos feminas *B* ereditate *SR* 14 eius *om. MENX* tota ecclesia est *AG* quia] quae *I'γADGT* 15 gratia *H¹* uti *P¹* 16 est eius *T* est *om. AG* piã *MEX* pie *N* eius patris *S* eius] mei *A* 17 quę *E* donec *ex* dona *m. 2 H* ipse in eis *X* eis ipse] ipsis *N* ipse *om. E* 18 ergo *om. MNX* fatiens *K* 19 *pr.* et *om. R* 22 mater est et uirgo *bd*

non capitis nostri, quod est ipse saluator, ex quo magis illa spiritaliter nata est, quia omnes qui in eum crediderint, in quibus et ipsa est, recte filii sponsi appellantur, sed plane mater membrorum eius, quod nos sumus, quia cooperata est caritate, ut fideles in ecclesia nascerentur, quae illius capitis membra sunt, corpore uero ipsius capitis mater. oportebat enim caput nostrum propter insigne miraculum secundum carnem nasci de uirgine, quo significaret membra sua de uirgine ecclesia secundum spiritum nascitura. sola ergo Maria et spiritu et corpore mater et uirgo, et mater Christi et uirgo Christi; ecclesia uero in sanctis regnum dei possessuris spiritu quidem tota mater Christi est, tota uirgo Christi, corpore autem non tota, sed in quibusdam uirgo Christi, in quibusdam mater, sed non Christi. et coniugatae quippe fideles feminae et deo uirgines dicatae sanctis moribus et caritate de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, quia uoluntatem patris faciunt, Christi spiritaliter matres sunt; quae autem coniugali uita corporaliter pariunt, non Christum, sed Adam pariunt et ideo currunt, ut sacramentis inbuti Christi membra fiant partus earum, quoniam quid pepererint norunt.

VII. 7. Hoc dixi, ne forte audeat fecunditas coniugalis cum uirginali integritate contendere atque ipsam Mariam proponere ac uirginibus dei dicere: illa in corpore duas res habuit honorandas, uirginitatem et fecunditatem, quia et integra per-

3 cf. Matth. 9, 15 16 cf. I Tim. 1, 5

1 ipse est *G* est *om. H*¹ 2 spiritualiter *N* crediderunt *P*γ*HAD BGRMENX* 3 rectę *R* 4 membrorum *om. K* quo opta *R* 6 corpora *K* capitis capitis *T* 7 insigna *P*¹ 10 corpore et spiritu *MENX* et mater *H* et *fin. om. R* 11 uero] autem *R* 14 coniugate *KB* 15 uirgines deo *PK*γ*HSADRGTMENXbd* dicate *K* 17 qui *S* xpi faciunt *MENX* 19 xpo *KMENX* sacramenti *R* 20 imbute *M*²*EX* imbutę *N* 21 quod *RN* peperint *P*¹*IKD*¹*G*¹*RE* pererint *Z*¹ peperer *N* 22 dixi *C* 23 integritatem *A* ꝑponere *C*²*H* 24 ac] a *R* dei *om. N* illa (a *s.* e *add.*) *A* 25 foecunditatem *R* quae *K*

mansit et peperit; hanc felicitatem quoniam totam utraque habere non potuimus, partitae sumus, ut uos sitis uirgines, nos simus matres; uobis quod defit in prole, consoletur seruata uirginitas, nobis prolis lucro amissa compensetur integritas. haec uox fidelium coniugatarum ad sacras uirgines utcumque ferenda esset, si christianos corpore parerent, ut hoc solo esset Mariae fecunditas carnis excepta uirginitate praestantior, quod illa ipsum caput horum membrorum, hae autem membra illius capitis procrearent; nunc uero etiamsi tales hac uoce contendant, quae ad hoc tantum uiris iunguntur atque miscentur, ut filios habeant, nihilque aliud de filiis cogitant, nisi ut eos Christo lucrentur, atque id mox ut potuerint faciunt, non tamen christiani ex earum carne nascuntur, sed postea fiunt ecclesia pariente per hoc, quod membrorum Christi spiritaliter mater est, cuius etiam spiritaliter uirgo est. cui sancto partui cooperantur et matres, quae non christianos corpore pepererunt, ut fiant quod se corpore parere non potuisse nouerunt; per hoc tamen cooperantur, ubi et ipsae uirgines matresque Christi sunt, in fide scilicet, quae per dilectionem operatur.

VIII. 8. Nulla ergo carnis fecunditas sanctae uirginitati etiam carnis conparari potest. neque enim et ipsa, quia uir-

19 cf. Gal. 5, 6

1 totū *A*¹ utraque *C*¹*R*γ¹: utraeque *C*²*PKIZHSDBTMENbd* utr$_{\bullet}$aeque *A* utreque *X* 2 uirgines ut uos sitis *MENX* sitis] scitis *R* 3 scimus *R* desit *GMRENX*γ²*b* defuit *S*² c̄sulitur *S* seruata] et lata *Z* e$_{\bullet}$lata *I* et lata *ex* solata (*an* saluata?) *C* 4 pp̄lis *T* amissa$_{\bullet}$ *A* 5 uox] uos *T* 6 solum *GX* 7 carnis xpi *R* 8 membrorum *T* hae$_{\bullet}$ *P* hac et *A* hęc *BM* haec *K* hec *HE* heę *GN* mebra *T* 9 procreant *KMENX* etiamsi] si γ talis *K* 10 ad hoc] ab hoc *C*¹ hoboc *S* ob hoc *PK*γ*HADRGTMENXbd* tantum] tamen *MENX* 11 nihilquę *K* filis *X* 12 eos nos *E* id *om. R* ut *om. PTA*¹*H*¹ 13 non—fiunt *om. I* eorum *SA*¹ sed *ex* si *m. 2 H* 14 quo *C*¹ 15 cui] cuius *IZ* 17 peperunt *RX* fiat *T* 18 quo operantur *R* ipse *KR* 21 foecunditas *R* uirginitate *A*¹

ginitas est, sed quia deo dicata est, honoratur, quae licet in carne seruetur, spiritus tamen religione ac deuotione seruatur. ac per hoc spiritalis est etiam uirginitas corporis, quam uouet et seruat continentia pietatis. sicut enim nemo inpudice utitur corpore nisi spiritu prius concepta nequitia, ita nemo pudicitiam seruat in corpore nisi spiritu prius insita castitate. porro autem si pudicitia coniugalis, quamuis custodiatur in carne, animo tamen, non carni tribuitur, quo praeside atque rectore nulli praeter proprium coniugium caro ipsa miscetur, quanto magis quantoque honoratius in animi bonis illa continentia numeranda est, qua integritas carnis ipsi creatori animae et carnis uouetur, consecratur, seruatur!

VIIII. 9. Nec illarum ergo fecunditas carnis, quae hoc tempore nihil aliud in coniugio quam prolem requirunt, quam mancipent Christo, pro amissa uirginitate compensari posse credenda est. prioribus quippe temporibus uenturo secundum carnem Christo ipsum genus carnis in ampla quadam et prophetica gente necessarium fuit; nunc autem cum ex omni hominum genere atque omnibus gentibus ad populum dei et ciuitatem regni caelorum membra Christi colligi possint, sacram uirginitatem qui potest capere, capiat et ea tantum, quae se non continet, nubat. quid enim? si aliqua mulier diues multam pecuniam huic bono operi inpendat, ut emat ex diuersis

21 cf. Matth. 19, 12 22 cf. I Cor. 7, 9

1 set *X* est *om. MEX* 2 relegione *K* hac *K* et *R* 3 hac *K* spiritalis *ex* spiritaliter *P* est—quam uo *om. Z* vouet (v *s. l.*) *K* uocet *I* 4 seruet *IZ* continentiă *K* pietas *R* piaetatis *IZ* 5 prius spiritus *R* spiritus *GMEXN* ita etiam *R* pudiciam *BR* puditiam G^1 6 in spiritu *I* spiritui *MEXN* castite *H* 7 autem *om. MENX* pudicia *B* 8 in animo *CIZB* tamen] autem *IZ* non] in *K* carne *K* atque (at *add. m. al.*) *P* 10 honorantius *B* 11 quam *PREX* qua. *Aγ* quia *B* per quam *H* ipse *B* 12 carni C^1 et seruatur *G* 13 foecunditas *T* 14 mancipat B^1 mancip.ent *H* manticipant G^1 15 amisso *X* uirginitatĕ *I* conpensari *Aγ* 17 quedam H^1 20 possunt *GMN* pussunt *EX* sacra *R* uirginitate *K* 21 quę *G* tantum *om. I* qui *R* 23 paecuniam *C*

gentibus seruos, quos faciat christianos, nonne uberius atque numerosius quam uteri quantalibet feracitate Christi membra gignenda curabit? nec ideo tamen pecuniam suam conparare muneri sacrae uirginitatis audebit. at si propter faciendos qui nati fuerint christianos fecunditas carnis pro amissa uirginitate merito compensabitur, fructuosius erit hoc negotium, si magno pecuniario pretio uirginitas amittatur, quo pueri faciendi christiani multo plures emantur, quam unius utero quamlibet fertili nascerentur.

X. Quod si stultissime dicitur, habeant fideles nuptae bonum suum, de quo in alio uolumine, quantum uisum est, disseruimus, et honorent amplius, sicut rectissime consuerunt, in sacris uirginibus melius earum, de quo isto sermone disserimus.

10. Nam ne illo quidem debent continentium meritis se conferre coniugia, quod ex eis uirgines procreantur; hoc enim non coniugii bonum est, sed naturae, quae sic diuinitus instituta est, ut ex quolibet humano utriusque sexus concubitu, siue ordinato et honesto siue turpi et inlicito, nulla femina nisi uirgo nascatur. nulla tamen sacra uirgo nascitur; ita fit, ut uirgo nascatur etiam de stupro, sacra autem uirgo nec de coniugio.

XI. 11. Nec nos hoc in uirginibus praedicamus, quod uirgines sunt, sed quod deo dicatae pia continentia uirgines. nam — quod non temere dixerim — felicior mihi uidetur

1 christianus *K* uberibus *PH* adque C^1 2 quam | quantalibet *T* 3 curauit *KGAMENX* conparari *PA*^{1}*DGH*$^1\gamma$ 4 muneris *S* muneri *ex* numeri *H* audebit uirginitas *R* uirginitati *T* at] aut *R* si tamen *X* 5 fuerit *E* 6 conpensabitur γ fructuosius (i *s. l.*) *C* negotium hoc *G* 7 paecuniario *C* pecunia *B* 10 si] su *H om. KMENX* nuptię *KMENX* 12 consueuerunt *bd* 14 disseruimus *CP*γ*Rb* disseri*mus *A* 15 in illo *KHME* illorum *X* continentium (u *ex* a) *G* 16 quod eis C^1B quo de eis *IZ* 17 diuitus *RX* 18 ueriusque G^1 sexu *E* 19 siue] sine *H* inlicicito *C* 20 faemina *P* tamen] tunc *X* nascetur *H* nascitur Z^1 21 stupro *T* 23 in] de *G* predicamus *K* 24 dicate *B* 25 non *om. X*

nupta mulier quam uirgo nuptura; habet enim iam illa quod ista adhuc cupit, praesertim si nondum uel sponsa cuiusquam sit. illa uni studet placere, cui data est, haec multis, incerta cui danda est; hoc uno pudicitiam cogitationis defendit a turba, quod non adulterum, sed maritum quaerit in turba. illa igitur uirgo coniugatae merito praeponitur, quae nec multitudini se amandam proponit, cum amorem unius ex multitudine inquirit, nec se uni iam conponit inuento, cogitans quae sunt mundi, quomodo placeat uiro, sed speciosum forma prae filiis hominum sic amauit, ut, quia eum sicut Maria concipere carne non posset, ei corde concepto etiam carnem integram custodiret.

XII. Hoc genus uirginum nulla corporalis fecunditas protulit; non est haec proles carnis et sanguinis. si harum quaeritur mater, ecclesia est. non parit uirgines sacras nisi uirgo sacra, illa quae desponsata est uni uiro casta exhiberi Christo. ex illa non tota corpore, sed tota uirgine spiritu nascuntur sanctae uirgines et corpore et spiritu.

12. Habeant coniugia bonum suum, non quia filios procreant, sed quia honeste, quia licite, quia pudice, quia socialiter pro-

9 cf. I Cor. 7, 34 10 cf. Ps. 44, 3 16 cf. II Cor. 11, 2

1 nuptura uirgo *G* enim *om. R* 2 sponsam C^1 4 danda] data *X* unum *K* pudicitiae *K* cogitationibus *B* 5 adulterium *HEX* in turba *om. X* 7 multitudinis *K* multitudinis$_a$ *S* magnitudini *E* se *om. S* amandum *IZ* amanda *B* praeponit *BN* amore *B* 8 multitudinem *PK* multitudine$_a$ $C\gamma$ iam uni *KMENX* uniųs *B* ponit *MEXN* 9 quae sunt *om. R*γ placead *K* speciosam *A* speciosa *K* speciosus *R* 10 formam $P\gamma AR$ prae—hominum *om. X* amabit $P\gamma HARD$ 11 sicum γ carne$_a$ γ possit *R* ei] et *CIZ om. B* in corde *MENX* 12 custodire *S* 13 corporis (*s. ris add.* ralis) *M* 14 non] quia non *MENX* haec *om. PK*γ*H ADGTMENX* carnis *om. E* arum *S* 15 est *om. E* 16 illa] uirgo illa $PK\gamma HADRGTMENX$ disponsata *K* uiro uirginem (uirginem *add. m. 2*) *A* castā *A om. MENX* exhibere *KA* exiberi *S* 17 toto *KBG* toto *B* uirgini *K* 19 suum bonum *MNX* 20 honestąe γ procreant] pereant *X*

creant et procreatos pariter, salubriter, instanter educant, quia tori fidem inuicem seruant, quia sacramentum conubii non uiolant.

XIII. Haec tamen omnia humani officii sunt munera; uirginalis autem integritas et per piam continentiam ab omni concubitu inmunitas angelica portio est et in carne corruptibili incorruptionis perpetuae meditatio. cedat huic omnis fecunditas carnis, omnis pudicitia coniugalis: illa non est in potestate, illa non est in aeternitate: fecunditatem carnalem non habet liberum arbitrium, pudicitiam coniugalem non habet caelum. profecto habebunt magnum aliquid praeter ceteros in illa communi inmortalitate, qui habent aliquid iam non carnis in carne.

13. Vnde mirabiliter desipiunt, qui putant huius continentiae bonum non esse necessarium propter regnum caelorum, sed propter praesens saeculum, quod scilicet coniugia terrenis curis pluribus atque artioribus distenduntur, qua molestia uirgines et continentes carent: quasi ob hoc tantum melius sit non coniugari, ut huius temporis relaxentur angustiae, non quod in futurum saeculum aliquid prosit. hanc uanam sententiam ne cordis propria uanitate protulisse uideantur, adhibent ex apostolo testimonium, ubi ait: de uirginibus autem praeceptum domini non habeo, consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a deo,

22 I Cor. 7, 25. 26

1 salubriter—instanter edu *om. Z* stanter P^1 2 inuicem fidem *G* in•uicem *K* serui•ant *X* 4 hec *X* nec *H* homini $R\gamma$ 6 immunis *IZB* inmunis *G* immunita *R* incorruptibilis incorruptiones (*s.* e *add.* i) *T* 7 caedat *CZBAR* •omnis *H* 8 puditicia *K* 10 pudicitia *E* 11 profectum *MEX* aliquod *CH* 12 habet *T* 14 decipiunt *CIZB* 17 arcioribus *RT* quam *X* 18 uirginis *K* quiasi *IZ* ob] ab *IH* tantum] totum *KMENX* 19 temporis huius *MENX* temporis *ex* temporibus *B* 20 futuro saeculo $R\gamma^2$ 21 nec *T* proprii *PKγASRGTMENXd* uanitate• *A* protullisse *K* 22 •postulo *K* testimonio *K* hubi *S* 23 domini *om. E*

ut fidelis essem. existimo itaque hoc bonum esse propter praesentem necessitatem, quia bonum est homini sic esse. ecce, inquiunt, ubi manifestat apostolus hoc propter praesentem necessitatem bonum esse, non propter futuram aeternitatem. quasi praesentis necessitatis rationem haberet apostolus, nisi prouidens et consulens in futurum, cum omnis eius dispensatio nonnisi ad uitam aeternam uocet.

XIIII. 14. Praesens ergo est uitanda necessitas, sed tamen quae aliquid bonorum inpedit futurorum: qua necessitate uita cogitur coniugalis cogitare quae mundi sunt, quomodo placeat uir uxori uel uxor uiro, non quod ea separent a regno dei, sicut sunt peccata, quae ideo praecepto, non consilio cohibentur, quia domino praecipienti non oboedire damnabile est; sed illud, quod in ipso dei regno amplius haberi posset, si amplius cogitaretur quomodo placendum esset deo, minus erit utique, cum hoc ipsum minus coniugii necessitate cogitatur. ideo, de uirginibus, inquit, praeceptum domini non habeo; praecepto enim quisquis non obtemperat, reus est et debitor poenae. proinde quia uxorem ducere uel nubere peccatum non est, si autem peccatum esset, praecepto uetaretur, propterea praeceptum domini de uirginibus nullum est. sed quoniam deuitatis remissisue peccatis adeunda est uita aeterna, in qua est quaedam egregia gloria non

18 I Cor. 7, 25. 26

1 ut sim *N* essem *om. N* 2 necessitatem *om. H*[1]*X* 3 hominis *K* homini* *H* manifestata *B* manifestant *A* 4 necessitate *B* 5 futura *R* quasi *om. X* rationem necessitatis *P*[γ]*R* 6 si *P*[1] in *om. E* 7 eius *om. E* 9 est ergo *G* 10 impedat *R* que *T* uitae *C*[2]*Z* uite *I* 11 cogitatur *C*[2]*IZ*[γ]*R* cogatur *B* coniugalis cogitare *om. CIZB* placeat uir *ex* placeatur *H* 12 uel] et *EX* separet *T* 13 praecepta *B* prohibentur *KAGMENX* 14 praecipiente *C*[2]*IZB* hobedire *S* dampnabile *GT* 15 habere *KIZB SMEN* ri posset *om. X* 16 cogitaret *MENX* esse *ER* dno *T* 17 munus *C* congii *H*[1] 18 inquid *KHX* 19 habea *K* 20 poene *K* uxorê** (st *er.*) *H* 21 esse *X* 22 domini *om. X* 24 non *om. KMENX*

omnibus in aeternum uicturis, sed quibusdam ibi tribuenda, cui consequendae parum est liberatum esse a peccatis, nisi aliquid ipsi liberatori uoueatur, quod non sit criminis non uouisse, sed uouisse ac reddidisse sit laudis, consilium, inquit, do, tamquam misericordiam consecutus a deo, ut fidelis essem; neque enim inuidere debeo fidele consilium, qui non meis meritis, sed dei misericordia sum fidelis; existimo itaque hoc bonum esse propter praesentem necessitatem. hoc, inquit, unde praeceptum domini non habeo, sed consilium do, hoc est 'de uirginibus existimo bonum esse' propter praesentem necessitatem. noui enim quid praesentis temporis, cui coniugia seruiunt, necessitas cogat, ut ea quae dei sunt minus cogitentur, quam sufficit adipiscendae illi gloriae, quae non erit omnium quamuis in aeterna uita ac salute manentium; stella enim ab stella differt in gloria. sic et resurrectio mortuorum. bonum est ergo homini sic esse.

XV. 15. Deinde adiungit idem apostolus et dicit: adligatus es uxori? ne quaesieris solutionem; solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem. horum duorum quod prius posuit ad praeceptum pertinet, contra quod non licet facere. non enim licet dimittere uxorem nisi ex causa

15 I Cor. 15, 41. 42 17 I Cor. 7, 26 18 I Cor. 7, 27

1 omnibus *om.* *KMENX* uictoris *GX* 2 consequenda *X* 3 ipse C^2ZB ipso *I* uoceantur A^1 non uouisse] nouisse RH^1 4 uouisse] nouisse *R* hac *K* reddisse $X^1\gamma^1$ redidisse *R* sit *om.* *G* consilium autem *MENX* 5 inquid *CK* a deo *om.* *M* 6 ut sim *MENX* essem *om.* *MEX* essem—fidelis *om.* *N* neque] non *MEX* 7 meritis meis *E* dei *om.* *CB* misericordiarū *IZB* sum—esse *om.* *B* sum—propter *om.* *IZ* sum] ço̱n̄ (*s. l.* sum) *H* 8 fidelis—propter *om.* *C* 9 unde *om.* *MENX* 10 est *om.* *X* 12 quid] quia *MENX* temporibus *R* praesentis *X* 13 cogitarentur *Z* 14 illi adipiscendae illi *MEX* illi adipiscendae *N* 15 hac *K* stellę *B* a *KMENX* 16 differ *B* gloriam *CIZB* claritate *bd* 17 hominis *K* 18 idem—dicit *om.* *Z* et *om.* *EX* dicens *X* allitases *D* 19 es• *K* neque sicris (*sic saepius*) *X* si solutus *B* 21 cōposuit *MENX* pertinent *R* pertine•t γ

fornicationis, sicut in euangelio ipse dominus dicit. illud autem, quod addidit: solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem, consilii sententia est, non praecepti; licet itaque facere, sed melius est non facere. denique continuo subiecit: et si acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit uirgo, non peccat. illud autem prius cum dixisset: adligatus es uxori? ne quaesieris solutionem, numquid addidit: et si solueris, non peccasti? iam enim supra dixerat: his autem qui sunt in coniugio praecipio non ego sed dominus, uxorem a uiro non discedere: quodsi discesserit, manere innuptam aut uiro suo reconciliari; fieri enim potest, ut non sua culpa, sed mariti discedat. deinde ait: et uir uxorem ne dimittat, quod nihilominus ex praecepto domini posuit, nec ibi addidit: et si dimiserit, non peccat. praeceptum est enim hoc, cui non oboedire peccatum est, non consilium, quo si uti nolueris, minus boni adipisceris, non mali aliquid perpetrabis. propterea cum dixisset: solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem, quia non praecipiebat, ne malum fieret, sed consulebat, ut melius fieret, continuo subiunxit: et si acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit uirgo, non peccat.

XVI. 16. Addidit tamen: tribulationem autem carnis habebunt huius modi, ego autem uobis parco, hoc

1 cf. Matth. 19, 9 5 I Cor. 7, 28 9 I Cor. 7, 10. 11 18—24 I Cor. 7, 27. 28

1 ipse *om. S* 3 praecoepti *R* 4 facere *om. X* est *om. K* denique] de qua *KMENX* 5 *alt.* si *om. A*^{1} 7 ne] non *G* 8 et *om. N* si solueris] si soluerit C^2IZB si nupseris *KMEX* si uolueris *G* si solueris (*s. l.* uł sic quesieris) *A* si quesieris solutionem *N* peccasti sič addidit et si nupseris non peccasti *N* 9 quae *R* 10 dominus *ex* enim *m. 2 G* cedere D^1 11 suo *om. N* 12 ut *om. K* 13 ait] quot C^2 quod *IZ* uir.. γ uxorem suam *KMENX* non *MENX* nec *T* 14 nihilhominus *KHS* nihil.ominus *Z* si nihilominus *X* ex praecepto] excepto *B* 16 quo] quę C^2IZ que *B* quod $P\gamma H^1AR$ 19 praesciebat AG^1 praeciebat *R* sed—fieret *om. EX* 20 fieret] faceret γ subiungit *GT* subiuxit E^1X 23 carnalis *R* 24 eiusmodi *S*

modo exhortans ad uirginitatem continentiamque perpetuam, ut aliquantulum a nuptiis etiam deterreret, modeste sane, non tamquam a re mala et inlicita, sed tamquam ab onerosa ac molesta. aliud est enim admittere carnis turpitudinem, aliud habere carnis tribulationem: illud est criminis facere, hoc laboris est pati, quem plerumque homines etiam pro officiis honestissimis non recusant. sed pro habendo coniugio iam hoc tempore, quo non per carnis propaginem uenturo Christo ipsius prolis propagatione seruitur, istam tribulationem carnis, quam nupturis praedicit apostolus, suscipere tolerandam perstultum esset, nisi metueretur incontinentibus, ne temptante satana in peccata damnabilia laberentur. quod autem se dicit eis parcere, quos ait tribulationem carnis habituros, nihil mihi interim sanius occurrit, quam eum noluisse aperire et explicare uerbis eandem ipsam carnis tribulationem, quam praenuntiauit eis qui eligunt nuptias in suspicionibus zeli coniugalis, in procreandis filiis atque nutriendis, in timoribus et maeroribus orbitatis. quotus enim quisque, cum se conubii uinculis adligauerit, non istis trahatur atque agitetur affectibus? quos neque nos exaggerare debemus, ne ipsis non parcamus, quibus parcendum extimauit apostolus.

1 exortans *SRG* 2 aliquantulis *B* a] ad *R* etiam sic (c *s. l.*) *P*, *HRDEX* etiamsi *G* deterretur *E* 3 a—tamquam *om. K* mula *P* honerosa *CKIZSRT* hac *K* et *E* 4 enim est *E* amittere *CK* āmittere *SR* 5 illud] aliud *KMX* criminis est *G* est enim *R* haec *T* 6 que (∼ *er.*) *N* 7 pro habendo] prohibendo *X* probando *E* coniugia *E* 8 quod *R* non *om. NX* 9 ipsius A^1G^1 propagationeγ propugnatione *IZ* propaginē *E* propagatio (*s. fin.* o *add.* e) *G* seruituris tam *IZ* istam] uti istam *R* 10 tollerandam *R* toleranda *T* 11 esse *X* incontentibus *K* temptante (p *s. l.*) *CP* temtante *H* tentante *IZB* 12 satanę *X* dicit eis se *MENX* dicit se eis *G* 14 uoluisse *A* operire (*s.* o *add.* a) *H* aperie *E* et *om. E* 15 ipsam *om. MENX* tribulationem carnis *NX* 16 eis] dicens *IZ* es *X* suspitionibus $K\gamma$ cęli (*s.* e *add.* z) *N* 18 et] atque *KMENX* meroribus *KIZARGMENX* orbitatis] arbitratis *CIZB* quotiens *X* 19 allegauerit *K* alligauerat *X* agitatur *X* agitentur *G* affect. agitetur *E* 20 exagitare *RE* exaggere *X* nec *X* 21 partendum *IZ* extimauit (*s.* x *add.* s) *C* existimauit *PKIZ*γ*HSADRBGTMENXbd*

XVII. 17. Tantum per hoc, quod breuiter posui, cautum fieri lectorem oportuit aduersus eos, qui in hoc, quod scriptum est: tribulationem autem carnis habebunt huius modi, ego autem uobis parco, nuptiis calumniantur. quod eas ex obliquo sententia ista damnauerit; uelut ipsam damnationem noluerit dicere, cum ait: ego autem uobis parco, ut uidelicet, cum istis parcit, animae suae non pepercerit, si mentiendo dixit: et si acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit uirgo, non peccat. quod qui de sancta scriptura credunt uel credi uolunt, tamquam uiam sibi muniunt ad mentiendi licentiam uel ad defensionem suae peruersae opinionis, ubicumque aliud sentiunt quam sana doctrina postulat. si quid enim manifestum de diuinis libris prolatum fuerit, quo eorum confutentur errores, hoc ad manum habent uelut scutum, quo se aduersus ueritatem quasi tuentes nudent a diabolo uulnerandos, ut dicant hoc auctorem libri non uerum dixisse, alias ut infirmis parceret, alias ut contemptores terreret, sicut occurrerit causa, qua eorum peruersa sententia defendatur. atque ita dum ea, quae opinantur, defendere quam corrigere malunt, scripturarum sanctarum auctoritatem frangere conantur, qua una omnes ceruices superbae duraeque franguntur.

XVIII. 18. Vnde sectatores et sectatrices perpetuae conti-

3 I Cor. 7, 28 8 I Cor. 7, 28

1 posuit *B* 3 autem *om. MENX* eiusmodi *S* 4 uobis *om. R* conuptiis *K* calumpniantur *RT* 5 oblico *T* dampnauerit *RT* uelud *H* 7 parcit] pascit *IZ* pepercit *KGA*^{1} 8 mentiens *R* mencienciendo *T* 12 aliud *om. N* 13 di *K* libris libris *T* 14 probatum *K*^{1}*MENX* confundentur *X* hoc ad manum *om. Z* manum] damnum *CB* dāpnum (p *s. l.*) *I* 15 ueritatem] caritatem *S* 16 nudent] uident *R* a *om. PK*γ*HADRGTMENX* diabulo *K* auctorem] autem *CIZ* 17 uera *KMENX* dixissent *B* infirmus *G* parceret] placeret *R* contemtores *P* 18 teneret *AG* sicut] siquit (uit *s. l.*) *S* q; horum *S* 19 dum ea] ut eā *E* 20 corripere *S* scripturam sanctam *C*^{1} scripturae sanctae *C*^{2}*IZB* autoritatem *B* auctoritate *R*γ 21 quia *GEX* superbiae *G* 22 frangantur *T*

nentiae et sacrae uirginitatis admoneo, ut bonum suum ita praeferant nuptiis, ne malum iudicent nuptias, neque fallaciter, sed plane ueraciter ab apostolo dictum nouerint: qui dat nuptum, bene facit; et qui non dat nuptum, melius facit. et si acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit uirgo non peccat. et paulo post: beatior autem erit, si sic permanserit, secundum meam sententiam. et ne humana sententia putaretur, adiungit: puto autem, et ego spiritum dei habeo. haec domi-nica, haec apostolica, haec uera, haec sana doctrina est, sic eligere dona maiora, ne minora damnentur. melior est in scriptura dei ueritas dei quam in cuiusquam mente aut carne uirginitas hominis. quod castum est sic ametur, ut quod uerum est non negetur. nam quid mali non possunt etiam de sua carne cogitare, qui credunt apostolicam lin-guam eo ipso loco, ubi uirginitatem corporis commendabat, a corruptione mendacii uirginem non fuisse? primitus ergo ac maxime qui bonum uirginitatis eligunt, scripturas sanctas firmissime teneant nihil esse mentitas ac per hoc etiam illud uerum esse, quod dictum est: et si acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit uirgo, non peccat. nec putent minui tam magnum integritatis bonum, si nuptiae non erunt malum. immo uero hinc sibi potius maioris gloriae

3 I Cor. 7, 38 5 I Cor. 7, 28 6 I Cor. 7, 40 20 I Cor. 7, 28

1 sacra C^1 ammoneo *PKH*^{1}*A*^{1}*γSREM* 2 nequae *K* 3 apo-stulo *K* 4 nuptum *om. N* 5 uxorem *om. KMEN* 8 putetur *PKγHADRGTMENX* 9 autem quod *ISA*^{2}*D*^{2} autem ut *X* dei *om. G* 10 haec uera] uerba *G* uerba uera *T* sana] sancta *G* est] haec *CIZB* 11 si *B* melior] maior *X* 12 in *pr. om. PγARGT* cuius quor *IZ*^{1} aut] et *S* 13 in carne *R* uirginitatis *B* 14 quod *R* non *om. EX* 15 cogitaret *B* 16 in eo *bd* commendata *S* 17 a *om. S* emendatii *B* primiciis *G* hac *K* 18 maxime teneant *R* 19 teneant *om. R* etiam (e *add. m. 2*) *P* 20 uerum] uenturum *I* si *om. X* uxorem *om. N* 21 nec] ne *T* 22 minus (s *retract.*) *C. IZ* minui tam] in uita *K* integritas *A*^{1} 23 potius quilibet *MEN*^{1}*X*

palmam praeparatam esse confidat, quae non damnari, si nuberet, timuit, sed honoratius coronari, quia non nuberet, concupiuit. qui ergo sine coniugio permanere uoluerint, non tamquam foueam peccati nuptias fugiant, sed tamquam collem minoris boni transcendant, ut in maioris continentiae monte requiescant. ea quippe lege collis iste inhabitatur, ut non cum uoluerit quis emigret; mulier enim adligata est, quamdiu uir eius uiuit. uerumtamen ad continentiam uidualem ab ipso tamquam gradu conscenditur; propter uirginalem uero uel declinandus est non consentiendo petitoribus uel transiliendus praeueniendo petitores.

XVIIII. 19. Ne quis autem putaret duorum operum, boni atque melioris, aequalia fore praemia, propterea contra eos disserendum fuit, qui quod ait apostolus: existimo autem hoc bonum esse propter praesentem necessitatem. ita interpretati sunt, ut non propter regnum caelorum, sed propter saeculum praesens uirginitatem utilem dicerent; tamquam in illa uita aeterna nihil ceteris amplius habituri essent, qui hoc melius elegissent. in qua disputatione cum ad illud ueniremus, quod idem apostolus ait: tribulationem autem carnis habebunt huius modi, ego autem uobis parco, in alios litigatores incurrimus, qui non aequales perpetuae continentiae nuptias facerent, sed eas omnino damnarent. nam cum error uterque sit, uel aequare sanctae uirginitati nuptias uel damnare, nimis inuicem fugiendo duo isti

7 I Cor. 7, 39 14 I Cor. 7, 26 20 I Cor. 7, 28

1 palinam *H* quae] quia *MENX* 2 nubere *B* nuberet (t *in ras.*) *N* timuit *om. R* quia ut *KMENX* qui* *H* non *om. E* nubere *PγATHS* 3 concupiunt *R* aergo *B* e*go *H* permare *K*[1] uoluerit *P*[1] 4 fouea *C* ip nuptias *N* figant *G* callem *R* colla *γ* 5 ut—requiescant *om. X* montis *E* 6 loge *E* non habitatur *T* 8 ad] a *E* 9 ascenditur *T* uirginitatem *PγHART* 10 petitoribus—praeueniendo *om. S* 12 qui *I* qui* *Z* putarent *CB* 14 qui] qui* *K* *om. N* 17 diceret *T* 18 illa] illata *EX* 19 eligissent *CKRB* 20 ueneremus *K* uenerimus *R* tribulatione *B* 24 uirginitatis *R* 25 dampnare *ZX* fugiendi *Sb* isti *P*[1] iste *K*

errores aduersa fronte confligunt, quia ueritatis medium tenere noluerunt: quo et certa ratione et sanctarum scripturarum auctoritate nec peccatum esse nuptias inuenimus nec eas bono uel uirginalis continentiae uel etiam uidualis aequamus.

XX. Alii quippe adpetendo uirginitatem nuptias tamquam adulterium detestandum esse putauerunt; alii uero defendendo conubium excellentiam perpetuae continentiae nihil mereri amplius quam coniugalem pudicitiam uoluerunt. quasi uel Susannae bonum Mariae sit humiliatio uel Mariae maius bonum Susannae debeat esse damnatio.

20. Absit ergo, ut ita dixerit apostolus nuptis siue nupturis: ego autem uobis parco, tamquam noluerit dicere, quae poena coniugatis in futuro saeculo debeatur; absit, ut a Danihele de temporali iudicio liberatam Paulus mittat in gehennam; absit, ut maritalis torus ei poena sit ante tribunal Christi, cui fidem seruando elegit sub falsa accusatione adulterii uel periclitari uel mori. quid egit uox illa: melius est mihi incidere in manus uestras quam peccare in conspectu dei, si deus eam fuerat, non quia pudicitiam nuptialem seruabat, liberaturus, sed quia nupserat damnaturus?

12 I Cor. 7, 28 17 Sus. 23

1 quia uerita *om. Z* 2 quo et] quot *B* certa] sca *MENX* et cetera et certa *S* scripturarum—peccatum *om. Z* 3 ne *R* eis *EX* bono *om. I* 4 ⁂uiduainus *I* aequauimus *R* 6 detestandas *STbd* uero] autem *X* 7 excellentiae *γR om. X* maereri *γ* 8 noluerunt *H* 9 bonum—Susannae *om. I* sit mariae *N* humiliatior *K* magis *A om. G* 11 nubti⁂s *PD* nuptiis *GA*^{1} nuptias *γR* siue nupturis *om. PγKHADGTMENX* 12 parco uobis *E* uoluerit *R* quo *R* 13 poenā *R* coniugatis (t *s. er.* l) *S* a Danihele] ad danielē *R* ad nihele *H* ḍạṇịḥẹḷẹ (*s. l.* susanna) *M* susanna *EX* 14 temporalię *X* tempori (*t* turpi *m. 2*) *G* liberatam susannā *N* Paulus] populus (pop *in ras.*) *AG*^{1} pauius *X* (pop *in ras.*) *AG*^{1} apostolus *s. l. m. 2 G* 16 fidem *om. EX* seruiendo *M*^{1} 17 qui *G*^{1} egit] elegit *GIZ*^{2} ait *MENX* uox] uxor *KMENX* mihi est *PHAT* 18 incedere *P*^{2}*H*^{1}*X* in conspectu dei mei peccare *MENX* 19 eam] cū ea *R* enim *G* ea *X* fuerat *om. N* pudicitia *X* 20 liueraturus *K* liberaturus est *B* erat damnaturus *N*

et nunc quotiens castitas coniugalis aduersus calumniatores criminatoresque nuptiarum scripturae sanctae ueritate munitur, totiens cum sancto spiritu contra falsos testes Susanna defenditur, totiens a falso crimine liberatur et multo maiore negotio. tunc enim uni coniugatae, nunc omnibus; tunc de occulto et falso adulterio, nunc de uero et manifesto conubio crimen intenditur; tunc una mulier ex eo quod iniqui seniores dicebant, nunc omnes mariti et uxores ex eo, quod apostolus dicere noluit, accusantur. damnationem quippe uestram, inquiunt, tacuit, cum ait: ego autem uobis parco. quis hoc? nempe ille, qui superius dixerat: et si acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit uirgo, non peccat. cur igitur in eo, quod modeste tacuit, coniugiorum suspicamini crimen et in eo, quod aperte dixit, coniugiorum non agnoscitis defensionem? an eos damnat tacitus, quos locutus absoluit? nonne iam mitius accusatur Susanna non de coniugio, sed de ipso adulterio quam doctrina apostolica de mendacio? quid in tanto periculo faceremus, nisi tam certum apertumque esset pudicas nuptias non debere damnari. quam certum apertumque est sanctam scripturam non posse mentiri?

XXI. 21. Hic dicet aliquis: quid hoc pertinet ad sacram uirginitatem uel perpetuam continentiam, cuius praedicatio isto sermone suscepta est? cui respondeo primo, quod superius commemoraui, ex hoc gloriam maioris illius boni esse

10 I Cor. 7, 28 11 I Cor. 7, 28

1 quoties *IZγSADG¹Mbd* caritas *IB*, (*t* castitas *s. l.*) *Z* 2 ueritate] auctoritate *MENX* 3 toties *HADbd* cum] ab *P* a *KγHSA DRBGTMENXbd* spiritu sancto *Dbd* susanne *B* susannam *T* defendetur *R* 4 toties *γHADGMbd* criminatore *G* maiorae *E* negotia *E¹X* 5 enim *er. S om. N* uni *om. AG¹* de *s. l. K* occultae *K* 9 uoluit *S* 10 tacuit] tantum *B* ego] ergo *K* 11 et *om. S* 13 quur *γ* 15 agnuscitis *K* defensione *P¹* quod *R* 16 micius *G* nitius *R* 19 esse *R om. CIZBS* 22 dicit *PγKARDT GMNXE* dꝛ *H* scam *S* 23 uirgitatem *P* 24 primum *PKγHAD RGTMENX* 25 bono *R*

maiorem, quod eius adipiscendae causa bonum coniugale transcenditur, non peccatum coniugii deuitatur. alioquin perpetuae continentiae non praecipue laudari, sed tantum non uituperari sufficeret, si propterea teneretur, quoniam nubere crimen esset. deinde quia non humana sententia, sed diuina scripturae auctoritate ad tam excellens donum homines exhortandi sunt, non mediocriter neque praetereunter agendum est, ne cuiquam ipsa diuina scriptura in aliquo mentita uideatur. dehortantur enim potius quam exhortantur uirgines sacras, qui eas sic permanere nuptiarum damnatione conpellunt. unde enim confidant uerum esse, quod scriptum est: et qui non dat nuptum melius facit, si falsum putant esse, quod iuxta superius nihilominus scriptum est: et qui dat uirginem suam, bene facit? si autem loquenti scripturae de nuptiarum bono indubitanter crediderint, eadem caelestis eloquii ueracissima auctoritate firmatae ad melius suum feruenti ac fidenti alacritate transcurrent. unde iam satis pro suscepto negotio diximus et, quantum potuimus, demonstrauimus nec illud, quod ait apostolus: existimo autem hoc bonum esse propter praesentem necessitatem, sic esse accipiendum, tamquam in hoc saeculo meliores sint sacrae uirgines fidelibus coniugatis, in regno autem caelorum atque in futuro saeculo pares sint, nec illud, ubi ait de nubentibus: tribu-

11 I Cor. 7, 38 19 I Cor. 7, 26 23 I Cor. 7, 28

1 maiores *R* adipiscendo *R* adipiscende *K* bonum est *E* 2 coniugale uitatur *R* 3 non *om. X* praecipuae *CKγA* praecipie *R om. X* totum *KMENX* non *om. NX* 4 tenetur A^1 tenereṇtur *X* quia *G* 5 diuina CP^1B: diuinae *KγIZHSADRGTMENXbd* 7 exortandi *IZSR* 8 scriptura diuina *G* in aliquo *om. T* **uideatur (di *er.*) *P* 9 deortantur *H* dehortatur *R* de hoç tan̄ *S* exortantur *KRB* exh ortantur *S* 10 quae *S* quod *N* 11 confidam *CIZSB* confidunt *T* non *om.* K^1 12 nuptum *om. X* 14 loquentis *B* loquente *K* 15 nuptarum *T* eloqui *A* ęloquii *G* 16 firmati ME^2NX hac *K* 17 fidendi *CB* fidenti florenti *K* alacritate tra *om. Z* transcurrunt *KT* transcurrant *MENX* 18 imus—demonstrauimus *om. Z* et *om. T* 20 accipiendum putent *MENX* 21 sacrae *om. H*

lationem autem carnis habebunt huius modi, ego autem uobis parco ita intellegendum, tamquam nuptiarum peccatum et damnationem maluerit tacere quam dicere. harum quippe duarum sententiarum singulas duo errores sibimet contrarii non eas intellegendo tenuerunt. illam enim de praesenti necessitate illi pro se interpretantur, qui nubentes non nubentibus aequare contendunt, hanc uero, ubi dictum est: ego autem uobis parco, illi, qui nubentes damnare praesumunt. nos autem secundum scripturarum sanctarum fidem sanamque doctrinam nec peccatum esse dicimus nuptias et earum tamen bonum non solum infra uirginalem, uerum etiam infra uidualem continentiam constituimus praesentemque necessitatem coniugatorum non quidem ad uitam aeternam, uerumtamen ad excellentem gloriam et honorem, qui perpetuae continentiae reseruatur, inpedire eorum meritum dicimus neque hoc tempore nisi eis, qui se non continent, nuptias expedire tribulationemque carnis ex affectu carnali uenientem, sine quo nuptiae incontinentium esse non possunt, nec tacere uoluisse apostolum uera praemonentem nec plenius explicare hominum infirmitati parcentem.

XXII. Nunc iam scripturarum diuinarum euidentissimis testimoniis, quae pro nostrae memoriae modulo recordari ualuerimus, clarius adpareat non propter praesentem huius saeculi uitam, sed propter futuram, quae in regno caelorum promittitur, perpetuam continentiam deligendam. quis autem

1 habebunt *om.* *E* 2 intellegendum putant *X* 3 maluerint *B* dicere] loqui *X* 4 singula *AG* in duos *MENX* 5 illa *E* praesente *K* 9 finem P^1 10 doctrina *K* dicimus esse *MENX* 11 tam *EX* intra *N* uirginale *CB* 12 praesemque H^1 13 ne quidem *AG* uerumetiam *K* 15 eorum impedire *X* eorum *om.* γ 16 tempore] tem•ere (p *er.*) *H* 17 tribulationem *SR* carnis carnali *T* ueniente *C* 19 uerum *B* proponentem $P\gamma HAT$ nec *om.* *E* 20 infirmitate *K* 22 recordare *R* 23 noluerimus *E* claruit P^1 appareta H^1 aperiemus H^2 25 promittur *H* delegendam *B* eligendam $R1^2$ diligendam *KHSADGTMENXb*

hoc non aduertat in eo, quod paulo post idem apostolus ait: qui sine uxore est, cogitat ea quae sunt domini, quomodo placeat domino; qui autem matrimonio iunctus est, cogitat ea quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. et diuisa est mulier innupta et uirgo: quae innupta est, sollicita est quae sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu; quae autem nupta est, sollicita est quae sunt mundi, quomodo placeat uiro? non utique ait: cogitat ea, quae securitatis sunt in hoc saeculo, ut sine grauioribus molestiis tempus transigat; neque ad hoc diuisam dicit innuptam et uirginem ab ea, quae nupta est, id est distinctam atque discretam, ut innupta in hac uita secura sit propter temporales molestias euitandas, quibus nupta non caret, sed, cogitat, inquit, quae sunt domini, quomodo placeat domino, et: sollicita est quae sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu. nisi forte usque adeo quisque insipienter contentiosus est, ut conetur adserere non propter regnum caelorum, sed propter praesens saeculum domino placere nos uelle aut propter uitam istam, non propter aeternam esse sanctas et corpore et spiritu. hoc credere quid est aliud nisi miserabiliorem esse omnibus hominibus? sic enim apostolus ait: si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. an uero qui frangit

2 I Cor. 7, 32—34 14 I Cor. 7, 32—34 22 I Cor. 15, 19

1 non *om.* $P\gamma HDGA^1$ 2 cogitet CP^1B quae sunt mundi domino *T* 4 coniunctus *R* 5 et diuisa est mulier coniuncta uiro cogitat quae mundi sunt quomodo placeat uiro suo et diuisa est mulier autem innupta *sqq. N* et innupta (et *s. l.*) *A*, *G* nupta *H* et *om. B* est *C* 6 uir H^1 est circa ea *G* quae sunt *om. EX* 9 nontique *X* ait] aut *R* ea *om. T* 10 securitati *H* 11 nec *N* diuisaē *R* 12 ab—discretam *om. X* nupta es *S* 15 quomodo—domini *om. CKIZBMENX* 17 quis *G* 18 asserere *CKIZDBRT MENX* auferre *G* adherere (h *s. l.; in mg.:* ł declamare) *H* 19 nos] nosse *CIZB* autem *X* 20 sanctos *MENX* 22 sicut *EX* 24 an] at *γR*

panem suum esurienti, si tantum propter hanc uitam facit, stultus est, et ille erit prudens, qui castigat corpus suum usque ad continentiam, qua nec coniugio misceatur, si ei nihil proderit in regno caelorum?

XXIII. 23. Postremo ipsum dominum audiamus euidentissimam hinc sententiam proferentem. nam cum de coniugibus non separandis nisi causa fornicationis diuine ac terribiliter loqueretur, dixerunt ei discipuli: si talis est causa cum uxore. non expedit nubere. quibus ille, non omnes, inquit, capiunt uerbum hoc. sunt enim spadones qui ita nati sunt; sunt autem alii qui ab hominibus facti sunt; et sunt spadones qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum. qui potest capere, capiat. quid ueracius, quid lucidius dici potuit? Christus dicit, ueritas dicit, uirtus et sapientia dei dicit eos, qui pio proposito ab uxore ducenda se continuerint, castrare se ipsos propter regnum caelorum, et contra humana uanitas inpia temeritate contendit eos, qui hoc faciunt, praesentem tantummodo necessitatem molestiarum coniugalium deuitare, in regno autem caelorum amplius quidquam ceteris non habere!

XXIIII. 24. De quibus autem spadonibus loquitur deus per Esaiam prophetam, quibus se dicit daturum in domo sua et in muro suo locum nominatum, meliorem multo quam filiorum

8 Matth. 19, 10—12 22 cf. Es. 56, 5

1 tantum] tamen *MEX* 2 prudens erit *MEX* prudens est *N* 3 usque *om. EX* qui *R* nihil ei *MNX* 5 postremū *R* audiuimus *γRG* uidentissimam *K* 6 hinc] hanc *IHSGbd* hinc—de con *om. Z* cum *om. G*^{1} coniugiis *B* coniugio *K* 7 diuinae *Cγ H* diuino *R* hac *K* terrebiliter *K* 8 si talis] satalis *R* 9 omnes quidem *N* inquid *K om. γR* 11 autem *om. R* nati sunt facti sunt *T* 12 quae *D*^{1} 14 ueratius *H* dulcidius *S* 15 uertus *R* 16 continuerit *N* non continuerit *X* 17 et] ∗e *C*^{2} e *N* e contra (e *add. m. rec. P* humana—temeritate *sequuntur post* faciunt *G* 18 contendet *X* hoc *om. B* 20 autem *om. S* quicquam *PKγHRTMEN* coeteris *T* 21 autem *om. K* 22 ęsaiam *G* esayam *D* isaiam *X* ysayâ *E* ysaiâ *N* ipsa iam *R* 23 muris suis *R*

atque filiarum, nisi de his, qui se ipsos castrant propter regnum caelorum? nam illis, quibus ipsum uirile membrum debilitatur, ut generare non possint, sicut sunt eunuchi diuitum et regum, sufficit utique, cum christiani fiunt et dei praecepta custodiunt, eo tamen proposito sunt, ut coniuges si potuissent haberent, ceteris in domo dei coniugatis fidelibus adaequari, qui prolem licite pudiceque susceptam in dei timore nutriunt, docentes filios suos, ut ponant in deo spem suam, non autem accipere meliorem locum quam est filiorum atque filiarum. neque enim uxores animi uirtute sed carnis necessitate non ducunt. contendat sane qui uoluerit de his prophetam spadonibus hoc praenuntiasse, qui corpore abscisi sunt, iste quoque error causae quam suscepimus suffragatur. neque enim spadones istos eis qui in domo eius non habent locum praetulit deus, sed eis utique qui in filiis generandis coniugalis uitae meritum seruant. nam cum dicit: dabo eis locum multo meliorem, ostendit et coniugatis dari, sed multo inferiorem. ut ergo concedamus in domo dei praedictos futuros eunuchos secundum carnem, qui in populo Israhel non fuerunt, quia et ipsos uidemus, cum iudaei non fiant, tamen fieri christianos, nec de illis dixisse prophetam, qui proposito continentiae coniugia non quaerentes se ipsos castrant propter regnum caelorum: itane tanta dementia quisquam est contrarius ueritati, ut in carne factos eunuchos meliorem quam coniugati locum in domo dei habere credat et pio proposito

16 Es. 56, 5

2 ipse *T* 3 euchi *T* 4 reg•um *IHSA* itaque *G om. N* 5 sunt *om. ENX* con•iuges *H* 6 possint *S* cum coniugatis *G* 7 licitae *CG* pudicęque *G* 8 nutriuit *X* domino *S* 9 qua *C* qui *B* 12 pronuntiasse *MENX* 13 errore γ causa γ 14 eius *RXN* non] nullum *PKγHSADRGTMENXbd* locum habent *MENX* 16 seruuant *X* 17 et *om.* γ*R* 18 praedicto *B* praeditos *T* 20 iudei *HM* di *R* 21 continenti *H* 22 castrauer *R* 23 itane] itaet *D* 24 est ueritati *G* 25 coniugati] coniugia *I* coniugatis *T* coniugatos *bd* credat] concedat *R*

continentes, corpus usque ad contemptas nuptias castigantes, se ipsos non in corpore, sed in ipsa concupiscentiae radice castrantes, caelestem et angelicam uitam in terrena mortalitate meditantes, coniugatorum meritis pares esse contendat et Christo laudanti eos, qui se ipsos castrauerunt, non propter hoc saeculum, sed propter regnum caelorum christianus contradicat, adfirmans hoc uitae praesenti esse utile, non futurae? quid aliud istis restat, nisi ut ipsum regnum caelorum ad hanc temporalem uitam, in qua nunc sumus, adserant pertinere? cur enim non et in hanc insaniam progrediatur caeca praesumptio? et quid hac adsertione furiosius? nam etsi regnum caelorum aliquando ecclesia etiam quae hoc tempore est appellatur, ad hoc utique sic appellatur, quia futurae uitae sempiternaeque colligitur. quamuis ergo promissionem habeat uitae praesentis et futurae, in omnibus tamen bonis operibus suis non respicit quae uidentur, sed quae non uidentur. quae enim uidentur, temporalia sunt: quae autem non uidentur, aeterna.

XXV. 25. Nec sane spiritus sanctus tacuit, quod contra istos inpudentissime ac dementissime peruicaces apertum atque inconcussum ualeret eorumque beluinum inpetum ab ouili suo inexpugnabili munitione repelleret. cum enim dixisset de spadonibus: dabo eis in domo mea et in muro meo

14 cf. 1 Tim. 4, 8 16 cf. II Cor. 4, 18 23 Es. 56, 5

1 corpus *om. MENX* contemtas *H* castificantes *N* 3 cęlestes *N* 4 contendant *PKγSRGND*[1] contenda*t *A* contenda* (*s.* * *add.* nt) *H* 5 laudante (e *s. l.*) *I* laudant *Z* 6 saeculo *B* christianos *S* contra *N* 7 praesenti uitae *S* praesenti esse uitae *R* esse *om.* γ utilem *CB* util*e *P* utilę *I* 8 isti γ*R* caelorum *om. EX* 9 nunc non *B* 10 pgrediatur *X* 12 etiam ecclesia *G* etiam *om. MENX* in hoc *B* 13 appelletur *ENX* ad—appellatur *om. CIBZ* si *A*[1] uitae *om. AG* 14 sempiterneque *P*[1]*A* 16 suis *om. T* 17 quae—temporalia *om. Z* 18 aeterna sunt *X* 19 ane—dementissime *om. Z* quae *R* 20 hac *K* ac dementissime *om. CIB* 21 inconcussum (in *s. l.*) *A* ab ouili suo]˙ab oculisuo (o *fin m. 2 mut. in* a) *I* ab ouibus suis *S* ab oliui suo *X* 22 suo] duo *R* inexpugnabile *B* reppelleret *K* replexeret *R* 23 murū *K* meū *K*

locum nominatum, meliorem multo quam filiorum atque filiarum, ne quis nimium carnalis existimaret aliquid in his uerbis temporale sperandum, continuo subiecit: nomen aeternum dabo eis, nec umquam deerit, tamquam diceret: quid tergiuersaris inpia caecitas?- quid tergiuersaris? quid serenitati ueritatis nebulas tuae peruersitatis offundis? quid in tanta scripturarum luce tenebras unde insidieris inquiris? quid temporalem tantummodo utilitatem promittis continentibus sanctis? nomen aeternum dabo eis. quid ab omni concubitu inmunes et eo quoque ipso, quo hinc sese abstinent, ea quae sunt domini cogitantes, quomodo placeant domino, ad terrenam commoditatem referre conaris? nomen aeternum dabo eis. quid regnum caelorum, propter quod se castrauerunt sancti spadones, in hac tantum uita intellegendum esse contendis? nomen aeternum dabo eis. et si forte hic ipsum aeternum pro diuturno conaris accipere, addo, accumulo, inculco: nec umquam deerit. quid quaeris amplius? quid dicis amplius? aeternum hoc nomen, quidquid illud est, spadonibus dei, quod utique gloriam quandam propriam excellentemque significat, non erit commune cum multis, quamuis in eodem regno et in eadem domo constitutis. nam ideo fortassis et nomen dictum est, quod eos, quibus datur, distinguit a ceteris.

1 multo meliorem *G* meliore *K* multū *R* 2 carnali *R* aliquis *R* 4 ne *R* 5 iā impia *R* inpia—tergiuersaris *om. N* quid tergiuersaris *om.* γ*HADGTM*, (*m. 2 exp.*) *P* 6 serenitate *SB* serenitandi *X* ueritati *S* peruersitas C^1 peruersitates Z^1 obfundis *AG* offendis BE^2 effundis SN^2 7 requiris *G* 8 temporalem mercedem *N* utilitatem *om. N* 9 quod *R* qui *S* quis *X* quid—*13* dabo eis *om AGT* 10 in munes *R* munes B^1 et *om. MENX* eo quoque] eoque *KMENX* eo quod in *S* qui *S* inhinc *R* sese] sic se *S* 11 ea] et *I* 13 eis] eis quid dabo eis *R* 14 se ipsos *PKγHSADRGTMENXbd* tantummodo *MENX* uita] disco *I* dico (*insert.*) *Z* intellegendum esse *om. R* 16 ipsum aeternum hic *T* diurno *G* 17 adcumulo *PHG* inculto *X* ne γ*R* 18 quicquid *GT* quid *KH* 19 illud] aliud *E* 20 excellentemque gloriam *T* excellentem *N* conmune *P* 21 eandem *B* 23 coeteris *R*

XXVI. 26. Quid sibi ergo uult, inquiunt, ille denarius, qui opere uineae terminato aequaliter omnibus redditur, siue his, qui ex prima hora, siue his, qui una hora operati sunt? quid utique? nisi aliquid significat, quod omnes communiter habebunt, sicuti est ipsa uita aeterna, ipsum regnum caelorum, ubi erunt omnes, quos deus praedestinauit, uocauit, iustificauit. glorificauit? oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere inmortalitatem. hic est ille denarius, merces omnium; stella tamen ab stella differt in gloria. sic et resurrectio mortuorum. haec sunt merita diuersa sanctorum. si enim caelum significaretur illo denario, nonne in caelo esse omnibus est commune sideribus? et tamen alia est gloria solis. alia gloria lunae, alia stellarum. si denarius ille pro sanitate corporis poneretur, nonne, cum recte ualemus omnibus membris, communis est sanitas et, si usque in mortem permaneat, pariter et aequaliter omnibus inest? et tamen posuit deus membra, singulum quodque eorum in corpore prout uoluit, ut nec totum sit oculus nec totum auditus nec totum odoratus et quidquid aliud habet suam proprietatem, quamuis aequaliter habeat cum omnibus sanitatem. ita quia

1 cf. Matth. 20, 9 7 I Cor. 15, 53 9 cf. I Cor. 15, 41. 42 13 I Cor. 15, 41 17 I Cor. 12, 18

1 uut *X* 3 quia *A* ex] a *GT* ora *K* siue—hora *om. S* his *om. N* una] nona *MEX* a nona *in mg. N* operati sunt *om. B*^{1} 4 aliud significat nisi *G* aliquid] illud *ex* aliud *A* 5 ipsa *om. N* 6 quo *H*^{1} praedistinauit *KHA* uocabit *A*^{1} uocaberit *G* iustificabit *PA*^{1}*D*^{1} iustificaberit *G* 7 glorificabit *PD*^{1}*γR* iustificaberit *G* induere induere *T* 8 hoc *om. G* mortalitatem *A*^{1} 9 hoc *R* 10 differt ab stella *EX* 12 est *S* 13 commune est *EX* est *er. S* es *C*^{1} alia] illa *H* 14 et alia *PHADRGγ* gloria *om. PKγHA DGTMENX* alia alia *C* et alia *R* 15 sanitatê *K* 16 membris] ures (e *mut. in* i) *B* et] et ipsa *bd* si usque] ipsiusque *S* in] ad *Kbd* 18 singulorum *X* quoque *CP*^{1}*BZ*^{1} 19 prout uoluit *om. X* sit—totum *om. R* oculos *E* 20 et] nec *PIZHTDRBG*, *s. l. 1* sic: nec quodlibet alius sed) *A* quicquid *IZHADTBG* quid *MENX* est aliud *bd* aliud est *S* alius *A* 21 ita quia] itaque *KMENX*

ipsa uita aeterna pariter erit omnibus sanctis, aequalis denarius omnibus adtributus est; quia uero in ipsa uita aeterna distincte fulgebunt lumina meritorum, multae mansiones sunt apud patrem. ac per hoc in denario quidem non impari non uiuet alius alio prolixius; in multis autem mansionibus honoratur alius alio clarius.

XXVII. 27. Pergite itaque sancti dei, pueri ac puellae, mares ac feminae, caelibes et innuptae, pergite perseueranter in finem; laudate dominum dulcius, quem cogitatis uberius; sperate felicius, cui seruitis instantius; amate ardentius, cui placetis adtentius; lumbis accinctis et lucernis ardentibus expectate dominum, quando ueniat a nuptiis. uos adferetis ad nuptias agni canticum nouum, quod cantabitis in citharis uestris. non utique tale, quale cantat uniuersa terra, cui dicitur: cantate domino canticum nouum, cantate domino uniuersa terra, sed tale, quale nemo poterit dicere nisi uos. sic enim uos uidit in Apocalypsi quidam prae ceteris dilectus ab agno, qui discumbere super pectus eius solitus erat et bibebat et eructuabat mirabilia super

3 cf. Ioh. 14, 2 11 cf. Luc. 12, 35 15 Ps. 95, 1 17 cf. Apoc. 14, 1 sqq.

2 in *om.* *X* distinctae *CP*^{1}*γR* distincta *KEM* 3 lumina fulgebunt *N* sunt mansiones *MEN* sunt *om.* *X* aput *P* 4 per hoc *om.* *S* inpari *PAB* inpar *R* non uiuet] uiuet (*s. l. m. 2 add.* numero) *N* uiuit *DTbd* 5 autem] enim *MENX* 7 sermo sci aug de uirginibus *EX* pergite de uirginibus *R* pueri dei *N* 8 mares] matres *CIZENX* ac] et *EN* celibes *P* nuptae *KSM*^{1} perseueranẽ (*sed* ~ *er.*) *X* 9 in finem in fidem *K* 10 amate ardentius *om.* *CIZB* 12 ueniet *KR* reuertatur *MENX* a] ad *R* affertis *PHADGTRγ* 13 cantibitis *X* cytharis *IZARMEX* citaris *S* 14 uestris hoc est in cordibus uestris *R* hoc est in cordibus dicatis laudem *T* utique—uni *om.* *Z* cui—terra *om.* *MENX* 15 canticum—domino *om.* *CZB* nouum—domino *om.* *I* 16 sed—enim *legi non potest* *Z* nemo] non *R* poterat *G* 17 uis *K* quidam in apocalipsi *G* apocalipsi *SHAEγ* apokalypsi *M* apocalysi *X* 18 ab *om.* *PγKADGTRMENX* 19 eructabat *PSHABT* miracula *R* super *om.* *R*

caelestia uerbum dei. ipse uos uidit duodecies duodena milia sanctorum citharoedorum inlibatae uirginitatis in corpore, inuiolatae ueritatis in corde; et quia sequimini agnum quocumque ierit, scripsit ille de uobis. quo ire putamus hunc agnum, quo nemo eum sequi uel audeat uel ualeat nisi uos? quo putamus eum ire? in quos saltus et prata? ubi credo sunt gramina gaudia; non gaudia saeculi huius uana, insaniae mendaces, nec gaudia qualia in ipso regno dei ceteris non uirginibus, sed a ceterorum omnium gaudiorum sorte distincta. gaudia uirginum Christi, de Christo, in Christo, cum Christo, post Christum, per Christum, propter Christum. gaudia propria uirginum Christi non sunt eadem non uirginum, quamuis Christi; nam sunt aliis alia, sed nullis talia. ite in haec, sequimini agnum, quia et agni caro utique uirgo. hoc enim in se retinuit auctus, quod matri non abstulit conceptus et natus. merito eum sequimini uirginitate cordis et carnis, quocumque ierit. quid est enim sequi nisi imitari? quia Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, sicut ait apostolus Petrus, ut sequamur uestigia eius. hunc in

17 cf. I Petr. 2, 21

1 dei uerbum *S* uerba *E* deum *PKγHARTMEX* dni *DGN* duodeciens P^1 2 citharedorum *CPKγZDBRTN* cytharedorum *IG* cytharedarum *MX* citharedarum *E* cytharistarum (h *s. l.*) *S* 4 scribit *A* de *om. B* 5 uel audeat uel audeat *P* 6 ire putamus eum *MENX* eum] enim *R* quo H^1A^1T credo ubi *G* 7 gramina *om. MENX* gaudia D^1 non gaudia *om. AG* huius saeculi *GTN* et insaniae *b* insania *R* 8 regnum *I* uirginibus erunt *ATbd* 9 a *om. BMNX* 10 gaudium *Sbd* uirginum xpo *S* xpi in quo putamus ire nisi de *R* xpi quocum in q eū putamus ire nisi de *T* in xpm *R* cum xpo *om. G* cum xpo in xpo cum xpo post xpm *R* 11 per xpm *om. R* propria] propter *S* 12 uirginum uirginum *N* 13 alie *S* talie S^1 itē *E* 14 hoc inseruit corporibus et cordibus uestris quod matri *sqq. T* 15 augtus *K* augustus *SX* augustinus *E* *om. IZ er. in C* quod] inserit in uita uetus quod *K* 16 sequimini eum *G* eum *om. R* in uirginuitate *X* et corporis et carnis *T* 17 quid] quis *K* quod *R* enim *om. G* eum *T* 18 est *om. G* et relinquens *Rγ* 19 beatus petrus apostolus *N* hunc] nunc *R*

eo quisque sequitur, in quo imitatur: non in quantum ille filius dei est unus, per quem facta sunt omnia, sed in quantum filius hominis, quia oportebat, in se praebuit imitanda. et multa in illo ad imitandum omnibus proponuntur, uirginitas autem carnis non omnibus; non enim habent quid faciant, ut uirgines sint, in quibus iam factum est, ut uirgines non sint.

XXVIII. 28. Sequantur itaque agnum ceteri fideles, qui uirginitatem corporis amiserunt, non quocumque ille ierit, sed quousque ipsi potuerint. possunt autem ubique, praeter cum in decore uirginitatis incedit. beati pauperes spiritu, imitamini eum, qui propter uos pauper factus est, cum diues esset. beati mites, imitamini eum, qui dixit: discite a me, quoniam mitis sum et humilis corde. beati lugentes, imitamini eum, qui fleuit super Hierusalem. beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, imitamini eum, qui dixit: meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me. beati misericordes, imitamini eum, qui uulnerato a latronibus et in uia iacenti semiuiuo desperatoque subuenit. beati mundicordes, imitamini eum, qui peccatum non fecit nec inuentus

11 Matth. 5, 3 12 cf. II Cor. 8, 9 13 Matth. 5, 4 14 Matth. 11, 29 15 Matth. 5, 5; cf. Luc. 19, 41 16 Matth. 5, 6 17 Ioh. 4. 34 18 Matth. 5, 7 19 cf. Luc. 10, 30 sqq. 20 Matth. 5, 8 21 I Petr. 2, 22

1 quisque in eo *B* 2 est *om. R* 3 filiis *PT* filio γ filiꝰ *R* hominum *PABGTIZSH*γ hominis est *E* quia] quae *PK*γ*HSAD RGTMEXbd* qui quę *N* in se] ipse *MEX* inmitanda *B* 4 multo *R* 5 carnis *om. T* habent enim *G* quid faciant habent *N* 8 sequantu H^1 secuntur *T* coeteri *T* 9 quodcumque P^1 cumque *T* ille *om. MENX* 10 quocumque HP^1 quoque P^2γ possunt] possint *S* cum] eum *T* eum qui *IZ* 12 qui—eum *om. T* 14 quia *HGDMENX* mites *P* 15 lugientes *N* eum *om.* H^1 qui dixit et fleuit *T* flebit *K* ierusalem *RIZBMN* 16 iustitia *K* 17 cybus *K* 18 uoluntates *R* eius] patris mei *E* me misit *PKHSADGT*γ 19 a *om. A* 20 mundicorde. *AX* mundo corde *GSR*γ mundocordes T^1D^1 misericordes *N* 21 non fecit peccatum *B*

est dolus in ore eius. beati pacifici, imitamini eum, qui pro suis persecutoribus dixit: pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, imitamini eum, qui pro uobis passus est, relinquens uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius. haec qui imitantur, in his agnum sequuntur. sed certe etiam coniugati possunt ire per ista uestigia, etsi non perfecte in eadem forma ponentes pedem, uerumtamen in eisdem semitis gradientes.

XXVIIII. 29. Sed ecce ille agnus graditur itinere uirginali. quomodo post eum ibunt qui hoc amiserunt, quod nullo modo recipiunt? uos ergo, uos ite post eum, uirgines eius; uos et illuc ite post eum, quia propter hoc unum quocumque ierit sequimini eum. ad quodlibet enim aliud sanctitatis donum quo eum sequantur hortari possumus coniugatos praeter hoc quod inreparabiliter amiserunt. uos itaque sequimini eum tenendo perseueranter, quod uouistis ardenter. facite cum potestis, ne uirginitatis bonum a uobis pereat, cui facere nihil potestis ut redeat. uidebit uos cetera multitudo fidelium, quae agnum ad hoc sequi non potest, uidebit, nec inuidebit; et conlaetando uobis, quod in se non habent, habebunt in uobis. nam et illud canticum nouum proprium uestrum dicere non poterit; audire autem poterit et delectari uestro tam

1 Matth. 5, 9 2 Luc. 23, 34 3 Matth. 5, 10 5 I Petr. 2, 21

5 nobis *EX* nobis *X* 6 haec—sequuntur *om. B* 7 secuntur *KIZAGMENX* 8 perfecti *KMENX* perfecte *R* pedes *X* 9 gradientes] gaud•entes *H* 10 in itinere *KRMEN* in itenere *X* ••itinere *I* 11 eum] illum *AG* quo *IZ*[1]*X* 12 •••ergo uos (uos *prius er.*) *K* et *om. S* 13 illud *I* illo *R* qui *PARγ* propter eum hoc unum *T* 14 at *P* quodlibit *K* aliud *om. B* donum *om. γR* 15 ortari *K* 16 quo *PH*[1] quae *A*[1] eum itaque sequimini *G* 17 et tenendo *T* uoluistis *G* cum] quod *MENX* 20 ad] ob *G* uidebit enim *MEX* uidebit eū *N* 21 conletando *KAGBM* collectando *T* habet *PKγHADRGTMENXbd* habebit *PKγHADR GTMENXbd* 23 non *om. E*[1] audire *om. E* autem] enim *G*

excellenti bono. sed uos, qui et dicetis et audietis, quia et hoc quod dicetis a uobis audietis, felicius exultabitis iucundiusque regnabitis. de maiore tamen uestro gaudio nullus maeror erit quibus hoc deerit. agnus quippe, quem uos quocumque ierit sequimini, nec eos deseret qui eum quo uos non ualent sequi. omnipotentem agnum loquimur. et uobis praeibit et ab eis non abibit, cum erit deus omnia in omnibus. et qui minus habebunt, a uobis non abhorrebunt. ubi enim nulla est inuidentia, consors est differentia. praesumite itaque, fidite, roboramini, permanete, qui uouetis et redditis domino deo uestro uota perpetuae continentiae non propter praesens saeculum, sed propter regnum caelorum.

XXX. 30. Vos etiam qui hoc nondum uouistis, qui potestis capere, capite; perseueranter currite, ut conprehendatis. tollite hostias quisque suas et introite in atria domini, non ex necessitate potestatem habentes uestrae uoluntatis. neque enim sicut: non moechaberis, non occides, ita dici potest: non nubes; illa exiguntur, ista offeruntur. si fiant ista, laudantur; nisi fiant illa, damnantur. in illis dominus debitum imperat uobis; in his autem quidquid amplius supere-

7 cf. I Cor. 15, 28 11 cf. Ps. 75, 12 14 cf. Matth. 19, 12 cf. I Cor. 9, 24 15 cf. Ps. 95, 8 17 Ex. 20, 13. 15 20 cf. Luc. 10, 35

1 dicitis *S* dicetis (e *s. l*) *P* quia—audietis *om. X* et hoc] et id *K* id *PHAGMETN om. R*γ 2 quod quod *K* dicens *G* dicitis *S* exsultabilis P^1 iocundiusque *IZARTMEN*Xγ 3 maiori *R* tam *K* autem tamen *T* 4 meror *CKSGRTNX* quibus hoc deerit *om.* γ quippe ille *PK*γ*HAGRTMENX* ille quippe *SDbd* 5 ierit (i *init. s. l.*) *P* deserit *IZR* 6 uos *MENXT* 7 praeibit (i *pr. s. l.*) *P* habiit *K* abiit *AMEX* habebit P^1 cũr (*corr. m. 2*) *A* 8 horrebunt *S* 9 inuidia γ consors *CABG:* concors *PK*γ*IZHSDRTME NXbd* 10 fidete *KBS*^{2} 11 reddite *R* domini H^1 nostro *I* 12 praesentẽ *R* 13 nondum] mundum *S* 14 conpraehendatis *C'* 15 quisquae *K* suas *I* suas (a *ex* u) *Z* introhite *K* 16 nonne *R* 17 non ut *R* moechaueris *P* mechaueris *K* 19 illa fiant *AG* illa damnantur *A* in *er. in S* 20 debitum *om. G* in his *om. S* quicquid *IZ* si quid *PK*γ*HSADRBGTMENXbd* amplius *om. G* erogaueritis *PK*γ*HADGTMENX*

rogaueritis, in redeundo reddet uobis. cogitate, quidquid illud est, in muro eius locum nominatum meliorem multo quam filiorum atque filiarum, cogitate illic nomen aeternum. quis explicat quale nomen erit? quidquid tamen erit, aeternum erit. hoc credendo et sperando et amando potuistis coniugia non deuitare prohibita, sed transuolare concessa.

XXXI. 31. Vnde huius muneris magnitudo, ad quod capessendum pro nostris uiribus hortati sumus, quanto est excellentius atque diuinius, tanto magis admonet sollicitudinem nostram non solum de gloriosissima castitate, uerum etiam de tutissima humilitate aliquid loqui. cum ergo perpetuae continentiae professores se coniugatis conparantes secundum scripturas compererint eos infra esse et opere et mercede et uoto et praemio, statim ueniat in mentem quod scriptum est: quanto magnus es, tanto humila te in omnibus, et coram deo inuenies gratiam. mensura humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis data est: cui est periculosa superbia, quae amplius amplioribus insidiatur. hanc sequitur inuidentia, tamquam filia pedisequa; eam quippe superbia continuo parit nec umquam est sine tali prole atque comite.

2 cf. Es. 56, 5 14 Eccli. 3, 18

1 rede•ndo *S* uobis *om. S* cogitate—filiarum *om. S* quicquid *ARGTMN* est illud *MEN* 2 multo meliorem *EX* 4 quele H^1 5 hoc] quod *PKγDRTMN* quid *A* qui *G* et amando et sperando *PHARDG* seperando *K* potuisti *B* deuitare non *MENX* 6 diuitare *K* proibita *T* 7 capescendum *R* 8 uiribus nostris *MENX* excelsius *PKγHADRTMENX* 9 atque] ad *X* diuinitus *RT* ammonet *CPKH¹SABRMEXN* 10 soli *B* tutissima] ditissima *S* 11 continentiae continentiae *K* 13 comparerint *corr. in* comparuerit *H* et *tert. om.* γ 14 ueniet *R* mente *R* mente• γ 15 es] es• *P* tanto *om. EX* humila C^1P^1 humili•a (t *er.*) *S* humilita *R* humilia $C^2P^2KIZ\gamma HADBGTMENXbd$ t•e (a *er.*) *P* 16 mensura• *C* 17 *alt.* est *om. T* 18 superuia *K* superia *X* insidiantur γ 19 inuidia *PHADGTRγ* filia] fida *KENX* pedis sequa *T* pedisequar *R* pedissequa $KA^2B^2Z^2DGMENXbd$ continuo superbia *GN* 20 pari= *R* tale *K*

quibus duobus malis, hoc est superbia et inuidentia, diabolus diabolus est. itaque contra superbiam, matrem inuidentiae, maxime militat uniuersa disciplina christiana. haec enim docet humilitatem, qua et adquirat et custodiat caritatem. de qua cum dictum esset: caritas non aemulatur, uelut si causam quaereremus, unde fiat, ut non aemuletur, continuo subdidit: non inflatur, tamquam diceret: ideo non habet inuidentiam, quia nec superbiam. doctor itaque humilitatis Christus primo semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus et habitu inuentus ut homo, humilauit semet ipsum, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. ipsa uero doctrina eius, quam adtente insinuet humilitatem atque huic praecipiendae uehementer insistat, quis explicare facile possit atque in hanc rem demonstrandam testimonia cuncta congerere? hoc facere conetur uel faciat, quisquis seorsum de humilitate uoluerit scribere. huius autem operis aliud propositum est, quod de tam magna re susceptum est, ut ei maxime sit cauenda superbia.

XXXII. 32. Proinde pauca testimonia, quae dominus in mentem dare dignatur, ex doctrina Christi de humilitate commemoro, quae ad id quod intendi fortasse sufficiant. sermo

5 I Cor. 13, 4 9 Phil. 2, 7. 8

1 inuidia *R* diabolus diabolus est $C^1P\gamma G^1HART$: diabolus diabolus est (*exp. m. 2*) *C*, *IZ* pater diabolus est *KMENX* diabolus caput est *B* diabolus est SG^2d dia diaboli diabolus est *D* diabolus praeest *b* 2 ē— inuidentiae *omnia semier. S* superuiam *K* inuidentiam *K* 3 hoc H^1 5 cum *om. R* emulatur *ZSAR* sicut *B* causa *S* 6 quereremus *KRGA* **unde (de *er.*) *H* subdedit *K* subdit *B* 7 infiatur *X* 9 exinauit *B* 10 in—factus *om. MENX* similitudinem P^1HADGT hominum *om. T* 11 inuentus] ut uentus *R* humiliauit $C^2P^2KIZ\gamma HSADRBGTMENXbd$ se ipsum *MENX* 12 obediens patri *EX* 13 attende *R* 14 insistet *MEX* instet *N* 16 cuncta] cognita (ni *s. l.*) *I* quisque *EX* se*orsum (h *er.*) *P* 18 de *om. X* est *om. EX* uti *K* ei] ei tam *K om. MENX*, *er. in H* 21 mente *R* 22 ad id] addit AG^1 quo* *H* intendimus *RT* intenti *E*

eius, quem primum prolixiorem ad discipulos habuit, inde coepit: beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum: quos sine ulla controuersia humiles intellegimus. fidem centurionis illius ideo praecipue laudauit nec se inuenisse in Israhel dixit tantam fidem, quia ille tam humiliter credidit, ut diceret: non sum dignus, ut sub tectum meum intres. unde nec Matthaeus ob aliud eum dixit accessisse ad Iesum, cum apertissime Lucas insinuet, quod non ad eum ipse uenerit, sed amicos suos miserit. nisi quia fidelissima humilitate magis ipse accessit quam illi, quos misit. unde et illud propheticum est: excelsus est dominus et humilia respicit; excelsa autem a longe cognoscit, utique tamquam non accedentia. hinc et illi mulieri Chananaeae dicit: o mulier, magna est fides tua! fiat tibi sicut uis, quam superius canem appellauerat nec ei panem filiorum proiciendum esse responderat. quod illa humiliter accipiens dixerat: ita, domine; nam et canes edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum. ac sic quod adsiduo clamore non inpetrabat, humili confessione promeruit. hinc illi duo proponuntur orantes in templo, unus pharisaeus et alter publicanus, propter eos, qui sibi iusti uidentur et spernunt ceteros, et enumerationi meritorum

2 Matth. 5, 3 4 cf. Matth. 8, 5 sq. 6 Matth. 8, 8 8 cf. Luc. 7, 6. 7 11 Ps. 137, 6 14 Matth. 15, 28 15 cf. Matth. 15, 26 17 Matth. 15, 27 20 cf. Luc. 18, 10

1 habuit *om. T* 2 quoniam] quorum *E* 3 quod *K* contrauersia A^1 4 intelligimus *R* praecipuae *A* pi**e *H* 5 israhel] his *B* 6 intres sub tectum meum *X* 7 mattheus *CPKA* matheus *IZγHSRTBGMENX* 8 accessisse dixit *E* dixit *om. T* Iesum] dm̃ *S* insinuat IE^1 9 quod] cum *CB* uenerit] accesserit *T* ipse miserit *R* 11 *prius* est *om. N* *alt.* est *om. SBTEN* 12 cognuscit *K* 13 non *om. S* accidentia *EX* accendencia *T* illi] enim *T* chananeae *CGTX* cananeae *PBEKH*^{1} chaneae *A* caneae *R* 16 proitiendum *B* 17 catelli *X* 18 mi*cis *P* (s *er.*) 19 petrabat P^1 imperauit E^1 confusione *EX* professione γ 20 et illi *PγHADGRTbd* unus publicanus et alter phariseus *R* 21 phariseus *PSAGTMNX* 22 enumeracione *T* enumeratione *KR*

praefertur confessio peccatorum. et utique deo gratias agebat pharisaeus ex his, in quibus sibi multum placebat. gratias, inquit, tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut et publicanus iste. ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quaecumque possideo. publicanus autem de longinquo stabat nec oculos ad caelum audebat leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: propitius esto mihi peccatori. sequitur autem diuina sententia: amen dico uobis, descendit iustificatus de templo publicanus magis quam ille pharisaeus. deinde causa ostenditur, cur hoc iustum sit: quoniam is qui se exaltat humilabitur, et qui se humilat exaltabitur. fieri ergo potest, ut quisque et mala uera deuitet et uera bona in se consideret et de his patri luminum gratias agat, a quo descendit omne datum optimum et omne donum perfectum, et tamen elationis uitio reprobetur, si aliis peccatoribus maximeque peccata in oratione confitentibus uel sola cogitatione, quae coram deo est, superbus insultat, quibus non exprobratio cum inflatione, sed miseratio sine desperatione debetur. quid illud quod quaerentibus inter se discipulis, quisnam eorum maior esset, puerum paruulum

2 Luc. 18, 11—14 15 cf. Iac. 1, 17 20 cf. Matth. 18, 1—3

1 profertur *E* gratias *om. S* 2 phariseus *PAM* 3 inquid *P om. N* ago domine *R* hominum *G* 4 raptores iniusti *G* raptores *om. NX* aduteri *X* 5 ieiun*o *H* sabato *SX* quae *XNDGRT* 6 possedeo *K* de longiquo P^1 de longe *MENX* de longinco *KIZ* 7 oculus *K* celos *E* 8 pec**tus (s *super exp.* m) *C* pectū *R* deus propitius *KHSGMENXbd* 10 hic iustificatus *MENX* 11 ille *om. X* ostenditur causa *E* cū *H* iustum] istum *R* 12 is] *is *CZ* his *B om. PKγHAGTRMENX* qui se humiliat exaltabitur *X* humiliabitur $CP^2KIZ\gamma HSADRBGTMENXbd$ qui se exaltat humiliabitur *X* 13 humiliat $CP^2KIZ\gamma HSADRBGTME$ *NXbd* et *om. PADGT* 14 considerat *C* 15 discendit *K* obtimum *IZR* 16 dotum P^1 uicio *M* dictio *CIZB* 18 superbos *S* 19 insultet *IZbd* non *om. T* exprobatio $A^1PKIZHSRBb$ miseratione *ENX* 20 sine *om. MENX* disperatione *S om. MENX* quod *R* quod] quoque *G* quod* *A*

constituit ante oculos eorum dicens: nisi fueritis sicut puer iste, non intrabitis in regnum caelorum? nonne humilitatem maxime commendauit et in ea meritum magnitudinis posuit? uel cum filiis Zebedaei latera eius in sedium sublimitate concupiscentibus ita respondit, ut passionis eius calicem potius bibendum cogitarent, in quo se humilauit usque ad mortem, mortem autem crucis, quam superbo adpetitu praeferri ceteris postularent, quid ostendit nisi eis se futurum altitudinis largitorem, qui eum doctorem humilitatis antea sequerentur? iam uero quod exiturus ad passionem lauit pedes discipulis monuitque apertissime ut hoc facerent condiscipulis atque conseruis, quod eis fecisset magister et dominus. quantum commendauit humilitatem! cui commendandae etiam tempus illud elegit, quo eum proxime moriturum cum magno desiderio contuebantur, hoc utique praecipue memoria retenturi, quod magister imitandus ultimum demonstrasset. at ille hoc fecit illo tempore, quod utique potuit et aliis antea diebus, quibus cum eis fuerat conuersatus, quando si fieret, hoc ipsum quidem traderetur, sed utique non sic acciperetur.

XXXIII. 33. Cum ergo christianis omnibus custodienda sit humilitas, quandoquidem a Christo christiani appellantur, cuius

1 Matth. 18, 3 4 cf. Matth. 20, 21. 22 6 cf. Phil. 2, 8 12 cf. Ioh. 13, 1 sqq.

3 humilitate *K* comendauit *R* et—meritum *non possunt legi Z* eam *PHG*γ 4 posuit (i *ex* u) *H* filii *IZHS* zebedei *PKIZ*γ*H SARBGTMENX* 5 sublimita•te *H* respondit *om. R* 6 bibendum potius *PK*γ*HSADRGTMENXbd* humiliauit *C*^{2}*P*^{2}*KIZ*γ*HSADRBG TMENXbd* 7 mortem *alt. om. Z* qua *S* 8 se eis *X* 9 qui eum doctorem *om. S* 10 ante *E* sequeretur *R* 11 lauitque *MEX* monuitque—condiscipulis *om. R* ut *om. B* 12 fecisset eis *X* 13 domine *X* quantam *KMENXR* quã|tũ *T* commendauit humiliauit *R* commendandae] ꝛañ dande *S* 14 illud tempus *MENX* tenpus *T* proxime] maxime *KG*^{1} 15 praecipu•e *A* 16 tenturi *S* 17 at] ait *CIZS* facite *S* illo tempore *om. CIZSB* in tempore *R* que *H*^{1} quo *PA*^{1}*G*^{1}*RT* 18 ante *Dbd* 19 fierat conuersat•• *I* tradderetur *B* 22 quantoquidem *P*^{1} cuius] cũ *R*

euangelium nemo diligenter intuetur, qui non eum doctorem humilitatis inueniat, tum maxime uirtutis huius sectatores et conseruatores eos esse conuenit, qui magno aliquo bono ceteris eminent, ut magnopere curent illud, quod primitus posui: quanto magnus es, tanto humila te in omnibus, et coram deo inuenies gratiam. proinde quia perpetua continentia maximeque uirginitas magnum bonum est in sanctis dei, uigilantissime cauendum est, ne superbia corrumpatur.

34. Curiosas et uerbosas malas innuptas Paulus apostolus notat et hoc uitium uenire dicit ex otio. simul autem, inquit, et otiosae esse discunt circuire domos; non solum autem otiosae, uerum etiam curiosae et uerbosae, loquentes quae non oportet. de his superius dixerat: iuniores autem uiduas euita; cum enim in deliciis egerint in Christo, nubere uolunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, id est in eo quod primo uouerant, non steterunt.

XXXIIII. Nec tamen ait: nubunt, sed: nubere uolunt. multas enim earum reuocat a nubendo non amor praeclari propositi, sed aperti dedecoris timor, ueniens et ipse a superbia, qua formidatur magis hominibus displicere quam deo. haec igitur, quae nubere uolunt et ideo non nubunt, quia inpune

5 Eccli. 3, 18 10 I Tim. 5, 13 13 I Tim. 5, 11. 12

1 non *om.* *X* 2 tum] cum *CIZB* tunc *KMENX* tum *ex* tam *G* 3 eos *om.* *N* inuenit *T* magno—ut *om.* *R* bono *om.* *T* 4 magno opere *N* primiciis *G* 5 tanto *om.* *MENX* humilatae P^1 humili*ate *C* humilitate *BR* humilia te $P^2K\gamma IZHSADGTME$ *NXbd* 7 maxime que *K* in—est *om.* *X* 8 superuia *K* 9 berbosas (*s. pr.* b *add.* v) *C* 10 dicit uenire *MENX* ex otio] exicio *X* inquid *H* inquiete *K* 11 et *om.* *MENX* occiose *T* otiose *X* esse *om.* *BTMENXbd* dicunt *R* circu*ire *H* circumire $P\gamma DGTbd$ domus *E* 12 ociose *MEX* curiose *TMEX* 14 autem *om.* *EN* de uita $R\gamma$ deuita A^2 diliciis *K* 15 nolunt (n *init. in ras.*) *A* 16 inritam *P* iritam *R* id] ideo *X* 17 nouerant RZ^1E^1 stetererunt *X* 19 earum enim *S* 20 positi A^1 opi *R* dederis *I* decoris *R* a] de $PK\gamma HADRGTbd$ 21 quia *KMN* formidantur *R* hae *PKIZHSADBGTMENXbd* hoc *R* 22 quod *pr.* *R* inpugne *B*

non possunt, quae melius nuberent quam urerentur, id est quam occulta flamma concupiscentiae in ipsa concupiscentia uastarentur, quas paenitet professionis et piget confessionis, nisi correctum cor dirigant et dei timore rursus libidinem uincant, in mortuis deputandae sunt, siue in deliciis agant — unde dicit apostolus: quae autem in deliciis agit, uiuens mortua est — siue in laboribus atque ieiuniis nulla cordis correctione superfluis et magis ostentationi quam emendationi seruientibus. non ego talibus magnam curam humilitatis ingero, in quibus superbia ipsa confunditur et conscientiae uulnere cruentatur. nec ebriosis aut auaris aut alio quolibet damnabili morbi genere iacentibus, cum habeant corporalis continentiae professionem moribusque peruersis a suo nomine dissonent, hanc magnam sollicitudinem piae humilitatis inpono: nisi forte in his malis etiam ostentare se audebunt, quibus non sufficit, quod eorum supplicia differuntur. nec de his ago in quibus est quidam placendi adpetitus aut elegantiore uestitu, quam tantae professionis necessitas postulat, aut capitis ligamento notabili siue protumidis umbonibus capillorum siue tegminibus ita teneris, ut retiola subter posita adpareant: his nondum

6 I Tim. 5, 6

1 nubere *R* 2 *fin.* concupiscenti•a *S* conscientia *PKIZγHDRGTbd* conscientiae *A* continentia *MENX* 3 quos *T* et piget confessionis *om. X* professionis *R* 4 profecto nisi *MENX* profectum nisi *K* •••rectum *I* correptum *K* cor rectum *R* cor *om. R* timorē *K* 5 diliciis *K* agunt *I* 6 diliciis *K* ait *E* 7 siue] sine *T* 8 ostentatione *R* ostensioni *X* quam emendationi *om. CIZB* emundacioni *T* 11 cruentantur *AG* cruenta•tur *P* aut *pr. om. H* aut] et *K* aliquolibet *H* damnabiles *K* damnabilis *γHSMENXbd* 12 generi *S om. N* iacentibus (*s. l.* ł grauatis *m. 2*) *M* grauatis *N* iacentibus uel grauatis *E* grauatis uel iacentibus *X* 13 professione *K* a *om. MENX* nomini *MENX* dissonant *RTγ* 14 pie *C* 15 se ostentare *TMENX* sustentare *R* suffi•cit *C* 16 ego *H* quis *S* 17 placendi quidam *MENX* quibusdam *AGT* elegantiori *IZ²RG* eligantiore *γ* uestiū *R* 18 expostulat *B* 19 praetumidis *KIHBGMENXbd* 20 reciola *G* reticula *B* sup *G* nondum] non *PHADGTγ*

de humilitate, sed de ipsa castitate uel integritate pudicitiae danda praecepta sunt. da mihi profitentem perpetuam continentiam atque his et huius modi omnibus carentem uitiis et maculis morum, huic superbiam timeo, huic tam magno bono ex elationis tumore formido. quo magis inest unde sibi placeat, eo magis uereor, ne sibi placendo illi displiceat, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

XXXV. 35. Certe praecipuum magisterium et uirginalis integritatis exemplum in ipso Christo contuendum est. quid ergo amplius continentibus de humilitate praecipiam, quam quod ille, qui omnibus dicit: discite a me, quoniam mitis sum et humilis corde? cum magnitudinem suam supra commemorasset [et], id ipsum uolens ostendere, quantus propter nos quantillus effectus est, confiteor, inquit, tibi, domine caeli et terrae, quoniam abscondisti haec a sapientibus et reuelasti ea paruulis. ita, pater, quoniam sic placitum est coram te. omnia mihi tradita sunt a patre meo, et nemo cognoscit filium nisi pater, et nemo cognoscit patrem nisi filius et cui uoluerit filius reuelare. uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me quoniam mitis sum et humilis corde. ille, cui omnia tradidit pater et quem nemo

6 cf. Iac. 4, 6 11 Matth. 11, 29 14 Matth. 11, 25—29

2 danda] damna *B* dăpna *IZ* proficientem *A* 3 eiusmodi *K* 4 superbia *R* 5 elationis] delectationis *CIZB* inest—magis *om. S* placet *KMENX* 6 displiceat (e *ex* i) *C* 11 qui *om. R* quoniam] quia *RGENX* 13 commomerasset P^1 et, *quod CIZSB praebent, inclusi* id] ad *SR* idid *G* psum *G* 14 quantulus *R* quant illud *I* quantus ille H^2 tantillus *KENX* tibi inquit *N* inquit *om. T* pater tibi *S* pater domine $PK\gamma HADRMENXbd$ domine pater *G* 15 sapientibus et prudentibus *KSRMENXbd* 16 sic] ita *R* 17 fuit placitum *X* 18 cognuscit *K* filium—cognoscit *om. R* 19 cognuscit *K* 20 relelare P^1 omnis *K* laborastis *IZ* 21 enerati P^1 honerati *KT* onorasti *I* reficiam uos *GMENX* meum] eum *A* 22 et *om. MNX* quia *SMENX* suum *P* 23 corde et inuenietis requiem animabus uestris *SR* ille] ille ille $P\gamma HTbd$

agnoscit nisi pater et qui patrem solus agnoscit et cui uoluerit reuelare, non dicit: discite a me mundum fabricare aut mortuos suscitare, sed: quia mitis sum et humilis corde. o doctrinam salutarem! o magistrum dominumque mortalium, quibus mors poculo superbiae propinata atque transfusa est! noluit docere, quod ipse non esset, noluit iubere, quod ipse non faceret. uideo te, bone Iesu, oculis fidei, quos aperuisti mihi, tamquam in contione generis humani clamantem ac dicentem: uenite ad me et discite a me. quid, obsecro te, per quem facta sunt omnia, fili dei, et idem qui factus es inter omnia, fili hominis, quid ut discamus a te, uenimus ad te? quoniam mitis sum, inquit, et humilis corde. hucine redacti sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi in te, ut hoc pro magno discamus a te, quoniam mitis es et humilis corde? itane magnum est esse paruum, ut nisi a te, qui tam magnus es, fieret, disci omnino non posset? ita plane. non enim aliter inuenitur requies animae nisi inquieto tumore digesto, quo magna sibi erat, quando tibi sana non erat.

XXXVI. 36. Audiant te et ueniant ad te et mites atque humiles esse discant a te, qui misericordiam et ueritatem tuam requirunt, tibi uiuendo, tibi, non sibi. audiat hoc laborans et oneratus, qua sarcina premitur, ut oculos ad caelum

9 Matth. 11, 28 13 cf. Col. 2, 3

1 agnuscit *K* qui *ex* quem *A* agnuscit *K* cui] qui *IZ*[1] cui ipse *G* 3 resuscitare *S* 5 poculo* (s *er.*) *A* 6 esset—non *om. S* 7 faceret] doceret *T* fidei quos dedisti mihi *R* 8 concione *SAD TMbd* hac *K* et *T* atque *ENX* 10 filii *C* est *C* 11 filii *C* filius *R* quiduis *R* ueni*mus *P* ad] a *K* 12 inquid *K om. E* hu*cine *HSD* huccine *RGTMENXbd* he cine *B* oredacti *K* 13 tesauri *S* scientiae *om. G* 14 a] abs *PKγARTMENX* es] sũ *S* sũ inquit *R* 15 paruum *om. G* 16 fieii *X* discere *IZSB* 18 timore *X* digesto (i *ex* e) *H* quomodo *R* quanto *GA*[1] 19 non *om. γRN* 20 audian *H*[1] et *om. B* ad] corã *E* 21 misericordiam quęrunt et ueritatem tuam *N* 22 tibi *alt. er. in N, s. l. in C* 23 et *om. E* *oneratus *C* honeratus *KRSTA*[1] onoratus *N* qui *ZSDRbd* qui ita *KMENX* praemitur *CK*

leuare non audeat, percutiens pectus ille peccator et propinquans de longinquo; audiat centurio non dignus, cuius tectum subires; audiat Zacchaeus maior publicanorum, quadruplo restituens lucra damnabilium peccatorum; audiat mulier in ciuitate peccatrix tanto lacrimosior pedibus tuis, quanto fuerat alienior a uestigiis tuis; audiant meretrices et publicani, qui scribas et pharisaeos praecedunt in regnum caelorum; audiat omne genus aegrorum, cum quibus tibi pro crimine sunt obiecta conuiuia, uidelicet quasi a sanis, qui medicum non quaerebant, cum tu non uenires uocare iustos, sed peccatores in paenitentiam. hi omnes, cum conuertuntur ad te, facile mitescunt et humilantur coram te, memores iniquissimae uitae suae et indulgentissimae misericordiae tuae, quia ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia.

37. Sed respice agmina uirginum, puerorum puellarumque sanctarum: in ecclesia tua eruditum est hoc genus; illic tibi a maternis uberibus pullulauit, in nomen tuum ad loquendum linguam soluit, nomen tuum uelut lac infantiae suae suxit infusum. non potest quisquam ex hoc numero dicere: qui prius fui blasphemus et persecutor et iniuriosus, sed mise-

1 cf. Luc. 18, 13 2 cf. Matth. 8, 8 3 cf. Luc. 19, 2. 8 4 cf. Luc. 7, 37. 38 6 cf. Matth. 21, 31 8 cf. Matth. 9, 11—13 13 cf. Rom. 5, 20 19 I Tim. 1, 13

1 audeat audiat *KMENX* percuens P^1 2 sum dignus *B* 3 subires] intro ieris *S* sibi respondit intransque *R* zaccheus *PKB* zaccaeus *C'* zacheus *IZγHSARTGMN* quadrupla *PKγHSADRGTbd* quadruplū *MENX* 4 lucran' dā nabiliū *R* peccato P^1 5 fuit *N* 6 alienior *S* aliena** *H* a *om. GS* 7 phariseos *PAGN* regno *GENX* 8 gen' (' *add. m. 2*) *G* aegrotorum *TR* egrorum *SGM* cum] in γ 9 conuibia *P* conubia *A* conuitia *KMEN* conuicia *in ras. G* a sanis] ac sanis *T* asinis *MEN* asinus *X* 10 tu *om. S* ueneris *PKHSγG RTMNX* peccatores] iniustos *E* 11 inpenitentiam *E* hii *K* cum] si *s. l. m. 2 A, om. GT* 12 humiliantur $C^2KγIZHSADRBGT$ *MENXbd* 13 indulgentissime *P* habundauit C^2SBN 15 augmina *P* 16 ecclesiaę tuaę *A* 17 pulluauit *R* in *om. T* nomine tuo *R* adloquendum *B* alloquendum *K* 18 lingua *IZ* uelud *S* infanciae *G* sucx *R* 19 primus *G* 20 plasphemus *X*

ricordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate: immo etiam quod non iussisti, sed tantummodo uolentibus arripiendum proposuisti dicens: qui potest capere, capiat, arripuerunt, uouerunt et propter regnum caelorum se ipsos non quia minatus es, sed quia hortatus es, castrauerunt.

XXXVII. His inclama, hi te audiant, quoniam mitis es et humilis corde. hi quanto magni sunt, tanto humilent se in omnibus, ut coram te inueniant gratiam. iusti sunt; sed numquid sicut tu iustificans inpium? casti sunt; sed eos in peccatis matres eorum in uteris aluerunt. sancti sunt; sed tu etiam sanctus sanctorum. uirgines sunt; sed nati etiam ex uirginibus non sunt. et spiritu et carne integri sunt; sed uerbum caro factum non sunt. et tamen discant non ab eis, quibus peccata dimittis, sed a te ipso agno dei, qui tollis peccata mundi, quoniam mitis es et humilis corde.

38. Non ego te, anima pia, pudica, quae adpetitum carnalem nec usque ad concessum coniugium relaxasti, quae decessurum corpus nec successori propagando indulsisti, quae fluitantia membra terrena in caeli consuetudinem suspendisti: non ego te, ut discas humilitatem, ad publicanos et peccatores mitto, qui tamen in regnum caelorum praecedunt superbos, non te

3 cf. Matth. 19, 12 10 cf. Ps. 50, 7 13 cf. Ioh. 1, 14. 29

3 uiolentibus *S* arripī *G* praeposuisti *B* 4 nouerunt *R* quia propter *T* 5 se ipsos *om. MENX* ortatus *KIZ* exhortatus *EX* es] se *N* 6 castrauerunt se *X* 7 his—corde *delenda assignantur H* inclamaţ γ inclamasti *R* inclama, hi] inclamaui *IB* inclama ui (*coni.* ui *cum seqq.* te) *Z* hi] isti *s. l. S* te *om. MENX* quoniam *om. X* es] sū *R* 8 hii *T* humilient $C^2IZ\gamma HS^2ADRBGTNbd$ humiliant *MEX* 9 ut] et *IZ* numquid] numquā *G* non *KMENX* 10 iustificant *PHARGT*γ 11 sanctis *R* etiam tu *B* 12 etiam *om. TX* 13 *pr.* et] sed *in ras. E* 15 agno *om. E* dei *om. N* 17 pudica pie *N* pię *K* pia et *R* piae γ pie *PHSADTMEXbd* 18 consensum *CIZB* concensum *R* coniugii *B* relaxare (xare *m. al. retract.*) *C* relaxare uoluisti *B* decesurum *I* 19 fluit antea *K* 20 consuetudine *K* 21 ut discas humilitatem *om. X* humilitate *K* 22 regno *RHT* superuos *K*

ad hos mitto; indigni sunt enim, qui ab inmunditiae uoragine liberati sunt, ut ad eos imitandos mittatur inlibata uirginitas: ad regem caeli te mitto, ad eum, per quem creati sunt homines et qui creatus est inter homines propter homines; ad speciosum forma prae filiis hominum et contemptum a filiis hominum pro filiis hominum, ad eum, qui dominans angelis inmortalibus non dedignatus est seruire mortalibus. eum certe humilem non iniquitas, sed caritas fecit, caritas, quae non aemulatur, non inflatur, non quaerit quae sua sunt, quia et Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum de illo est: obprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. uade, ueni ad illum et disce, quoniam mitis est et humilis corde. non ibis ad eum, qui oculos ad caelum leuare non audebat onere iniquitatis, sed ad eum, qui de caelo descendit pondere caritatis; non ibis ad eam, quae domini sui pedes lacrimis rigauit quaerens indulgentiam grauium peccatorum, sed ibis ad eum, qui, cum daret indulgentiam omnium peccatorum, lauit pedes seruorum suorum. noui dignitatem uirginitatis tuae: non tibi propono imitandum publicanum humiliter accusantem delicta sua, sed timeo tibi pharisaeum superbe iactantem merita sua. non dico: esto qualis illa, de qua dictum est: dimittuntur ei peccata multa,

5 cf. Ps. 44, 3 8 cf. I Cor. 13, 4. 5 10 Rom. 15, 3 14 cf. Ioh. 6, 38 17 cf. Ioh. 13, 5 19 cf. Luc. 18, 10. 14 22 Luc. 7, 47

1 enim illis *B* 2 imitando *T* inmitandos *X* 3 regem *ex* regnum *m. al. P* 4 propter homines *om. S* 5 speciosam *IZ* speciosu' *R* formam *CIZHR* et—hominum *om. R* et *om. K* ad contemptum *S* 6 pro filiis] propter filios *MENX* 7 inmortalitatibus H^1 pro mortalibus *K* 8 eum] cum *E* non *om. X* 10 et *om. KENX* sicut] ut *AG* 11 est de illo *AMENXSG* oprobria *P* obprobrantium *PAGH*$^1\gamma$ opprobrantium *KT* exbrantiũ *M* tibi *om. CIZB* 12 illum] eum *S* quia *A* 13 es *B*γ*R* 14 eleuare *MENX* 15 discendit *K* eum *C*γ^1*Z*^{1} 16 lacrimis que *T* inrigauit *PK*γ*HA* irrigauit *RGMNX* 17 peccatorum omnium *N* sed—peccatorum *om. X* 18 pedis *K* suorum seruorum *Dbd* scorum suorum *AG* 19 dignitatem *ex* uirginitatem *K* 21 superbae *C* iacentem C^1 talis qualis *X* 22 dimittantur *A*

quoniam dilexit multum, sed metuo, ne, cum tibi modicum dimitti putas, modicum diligas.

XXXVIII. 39. Metuo, inquam, tibi uehementer, ne, cum te agnum quocumque ierit secuturam esse gloriaris, eum prae tumore superbiae sequi per angusta non possis. bonum tibi est, o anima uirginalis, ut sic, quomodo uirgo es, sic omnino seruans in corde, quod renata es, seruans in carne, quod nata es, concipias tamen a timore domini et parturias spiritum salutis. timor quidem non est in caritate, sed perfecta, sicut scriptum est, caritas foras mittit timorem, sed timorem hominum, non dei, timorem temporalium malorum, non diuini in fine iudicii. noli altum sapere, sed time; ama dei bonitatem, time seueritatem: utrumque te superbam esse non sinit. amando enim times, ne amatum et amantem grauiter offendas. nam quae grauior offensio. quam ut superbia illi displiceas, qui propter te superbis displicuit? et ubi magis esse debet timor ille castus permanens in saeculum saeculi, quam in te, quae non cogitas quae sunt mundi. quomodo placeas coniugi, sed quae sunt domini, quomodo placeas domino? ille alius timor non est in caritate; iste autem castus non recedit a caritate. si non amas, time,

8 cf. Es. 26, 18 9 I Ioh. 4, 18 12 Rom. 11, 20 17 cf. Ps. 18, 10 18 cf. I Cor. 7, 32. 33

2 putas dimitti *MENX* 3 inquit *T* uehementer *S* 4 secutura *K* sequuturam γ prae] pro *MENX* 5 superuiae *K* angustã *R* est tibi *SDGbd* 6 quomodo sic *X* sic] sit *CIZ* sic sis *R om. BE* spiritu uirgo *B* 7 seruees *B* serues *GMEN* corde—in *om. CIZB* seruans in carne *om. G* 8 concipies *H* concupiscent *G* a *om. PHRGTA*^{1}γ timorẽ *HR* dni et parturias tamen timorẽ dñi et parturias *P* et] ut *R* depelle ut *G* 9 quidem *om. R* caritatem *K* per facta *X* 10 sicut *om. S* foras (a *in ras.*) *C* 11 *alt.* timore *SE* 12 finem *PHG*γ 13 ama] anima *B* dei] dei time *B* utrum γ superbia *X* 14 non sinit esse *E* 15 offensa *KMENX* superba *G* superb•a *A* 16 superbis propter te *T* et *om. X* 18 qui *A* non *om. TG*^{1} 19 coniugi—placeas *om. I* domini *om. H* 20 deo *R* castitate *IZB* 21 amas time] amasti ne *G* amasti *A*

ne pereas; si amas, time, ne displiceas. illum timorem caritas foras mittit; cum isto intro currit. dicit apostolus etiam Paulus: non enim accepimus spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepimus spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: abba, pater. illum eum timorem credo dicere, qui datus erat in uetere testamento, ne amitterentur temporalia bona, quae deus promiserat nondum sub gratia filiis, sed sub lege adhuc seruis. est etiam timor ignis aeterni, propter quem deuitandum deo seruire nondum est utique perfectae caritatis. aliud est enim desiderium praemii, aliud formido supplicii. aliae uoces sunt: quo abibo ab spiritu tuo? et a facie tua quo fugiam? et aliae uoces sunt: unam peti a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini per omnes dies uitae meae, ut contempler delectationem domini et protegi templum eius, et: ne auertas faciem tuam a me, et: desiderat et deficit anima mea in atria domini. illas uoces habuerit, qui oculos leuare non audebat ad caelum et quae rigabat lacrimis pedes ad impetrandam ueniam grauium peccatorum; has autem tu habeto, quae sollicita es ea quae sunt domini,

3 Rom. 8, 15 11 Ps. 138, 7 13 Ps. 26, 4 16 Ps. 26, 9; 83, 3

2 foras caritas *MENX* foris *K* iste *BH*^{2} non intro *A* etiam apostolus *BG* paulus etiam *S* 3 enim *om. K*^{1} accepistis *XG* 4 timorē *S*^{1}*Dbd* accepistis *GA* 5 eum] enim *RBMENX* 6 timorem *om. X* qui—et uelle *282, 15 desunt in K* ueteri *PI Z*^{2}*ARTMENX* ueteri* *H* 7 bona temporalia *G* nondum] non *PHAT* 8 *pr.* sub] sui* *H* seruis adhuc *N* 10 profectae *C*^{1} 11 formido] fortitudo *R* suplicii *P* ibo *MENX* ąbibo *R* ab] a *TE* 12 quo a facie tua *MENX* quo *om. S* 13 peti•i *H* petii *C*^{2}*IZγHSADR BGTMENXbd* 14 domo *ex* dnō *m. al. P* do•modo *γ* domini *om. E* 15 domini *om. I* protegar *BA*^{2}*H*^{2}*bd* templa *P*^{2} templo *STRγA*^{1}*H*^{1} a (in *G*) templo *A*^{2}*H*^{2}*BMENGb* a templo sco *X* 16 facien *B* desideret *A*^{1} 17 defecit *SR* uoces non *Sb* habuerat *S*^{1}*RBGNb* 18 qui* *H* oculos non audebat leuare *bd* non *om. S* ad] in *Hbd* qui *MEX* 19 pedes domini *T* ad *om. A*^{1} inpetrandam *PH* 20 tu *om.* *γEX* ea] circa ea *MENX*

ut sis sancta et corpore et spiritu. illis uocibus comitatur timor, qui tormentum habet, quem perfecta caritas foras mittit; his autem uocibus comitatur timor domini castus permanens in saeculum saeculi. et utrique generi dicendum est: noli altum sapere, sed time. ut homo nec de peccatorum suorum defensione nec de iustitiae praesumptione se extollat. nam et ipse Paulus, qui dixit: non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, tamen timore comite caritatis ait: cum timore et tremore multo fui ad uos, et ea sententia, quam commemoraui, ne aduersus fractos oleae ramos insertus superbiret oleaster, ipse usus est dicens: noli altum sapere, sed time; ipse omnia membra Christi generaliter admonens ait: cum timore et tremore uestram ipsorum salutem operamini; deus est enim qui operatur in uobis et uelle et operari pro bona uoluntate. ne ad uetus testamentum uideatur pertinere quod scriptum est: seruite domino in timore, et exultate ei cum tremore.

XXXVIIII. 40. Et quae magis membra corporis sancti, quod est ecclesia, curare debent, ut super ea requiescat spiritus sanctus, quam uirginalem profitentia sanctitatem? quomodo

5 Rom. 11, 20 9 I Cor. 2, 3 13 Phil. 2, 12. 13 17 Ps. 2, 11

1 sancto C^1Z^1 et *pr. om. CIZB* illas uoces *MENX* comittatur *B* 2 timor domini *MENX* tomentum *X* 3 has autem uoces *MENX* comittatur *B* 4 saeculi *om.* P^1 utroque generibus *R* 5 ne *R* 6 praesumtione H^1 7 namque *X* dicit *bd* 8 timorem *Hbd* tamen *om. CIZB* de timore *N* in timore *E om. CIZT* 9 caritatis] ueritas *T* caritate. *B* caritas *S* ad] apud *γHARGTM ENX* 10 setentia *X* cũmemora *I* olaeae *G* 11 insertos *AG* oleaster superbiret *X* superbisset *IZB* oleaster] olea sunt *T* 12 time ipse *om. B* 13 ammonens *SARE* ammones *X* uestrum C^1P^1 14 et ipsorum *B* salute C^1 15 nobis *R* *uerbis* et uelle *inc. cod. K fol. 115*ᵃ 17 exsultate P^1KBbd ei *s. l. H, om. CPIZγB* 19 membra *G* sancti corporis *PHARGT* 20 eclesia *C* 21 profitentes *G* profitentur *T* sanctitate *R*

autem requiescit, ubi non inuenit locum suum? quid aliud quam cor humilatum quod inpleat, non unde resiliat, quod erigat, non quod deprimat? cum apertissime dictum sit: super quem requiescet spiritus meus? super humilem et quietum et trementem uerba mea? iam iuste uiuis, iam pie uiuis, pudice, sancte, uirginali castitate uiuis; adhuc tamen hic uiuis et non humilaris audiendo: numquid non temptatio est uita humana super terram? non te a praefidenti elatione reuerberat: uae mundo ab scandalis? non contremescis, ne deputeris in multis quorum refrigescit caritas, quoniam abundat iniquitas? non percutis pectus, quod audis: quapropter qui se putat stare, caueat ne cadat? inter haec diuina monita et humana pericula itane adhuc uirginibus sanctis humilitatem persuadere laboramus?

XL. 41. An uero propter aliud credendum est permittere deum, ut misceantur numero professionis uestrae multi et multae casurae et casuri, nisi ut his cadentibus timor uester augeatur, quo superbia comprimatur? quam sic odit deus, ut contra hanc unam se tantum humilaret altissimus. nisi forte

4 Es. 66, 2 7 Iob. 7, 1 9 cf. Matth. 18, 7; 24, 12 12 I Cor. 10, 12

1 locum non inuenit *X* suum] istum *G* aliquid *I* aliud est *G* aliud querit *N* 2 corde *R* humiliatum *C²KIZγHSADRBGTME NXbd* resileat *HKE* 3 eregat *K* depremat *K* 4 requiescit *C²PKHSZRNXMEγ¹* super] nisi super *H²BGRTMENXA²* 5 quietem *CIZ* 6 sancte] caste (*s. l.*) *K, PγHAGTMENX* castę *R* uirginale *A* uirginalē *R* sanctitate *PKγHARGTMENX* 7 huic *S* humiliaris *C²PKIZγHSADRBGTMENXbd* nonquid *T* 8 temtatio *K* hominis *G* 9 prefidenti *CA* praefidente (*in mg.* p̄fido) *N* ẹlatione *K* elatiotione *in ras. G* 9 ue *GX* 10 contremescit *R* contremiscis *C²A²H²MNbd* tremiscis *EX* neque *K* puteris *S* 11 refriges ut *B* habundat *KG* abundauit *BR* 12 percutit *PHATγ* percusit *C¹* quod] cum *SMENXbd* putat] existimat *X* 13 caueat] uideat *ARGγbd* monita] merita *CIZB* 14 athuc *K* humilitate *R* 16 uero *om. MENX* 17 profensionis *H* 18 casuri et casurae *PKγH ADRGTMENXbd* 20 hanc *om. MENX* humilaret *C¹* humilarit *P* humiliarit *KγRTH¹MNX* humiliauerit *N* humiliaret *C²IZBSAH²GDbd*

reuera ideo minus timebis magisque inflaberis, ut modicum diligas eum, qui te tantum dilexit, ut traderet se ipsum pro te, quia modicum tibi dimisit, uiuenti uidelicet a pueritia religiose, pudice, pia castitate, inlibata uirginitate. quasi uero non tu multo ardentius diligere debes eum, qui flagitiosis ad se conuersis quaecumque dimisit, in ea te cadere non permisit. aut uero ille pharisaeus, qui propterea modicum diligebat. quia modicum sibi dimitti existimabat, ob aliud hoc errore caecabatur, nisi quia ignorans dei iustitiam et suam quaerens constituere iustitiae dei subiectus non erat? uos autem genus electum et in electis electius, uirginei chori sequentes agnum, etiam uos gratia salui facti estis per fidem; et hoc non ex uobis, sed dei donum est. non ex operibus, ne forte quis extollatur. ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparauit deus, ut in illis ambulemus. ergone hunc quanto eius donis ornatiores estis, tanto minus amabitis? auerterit tam horrendam ipse dementiam. proinde quoniam uerum ueritas dixit, quod ille, cui modicum dimittitur, modicum diligit, uos ut ardentissime diligatis, cui diligendo a coniugiorum nexibus liberi uacatis, deputate uobis tamquam omnino dimissum quidquid mali a uobis non est

2 cf. Gal. 2, 20 7 cf. Luc. 7, 36—47 9 cf. Rom. 10, 3 12 Ephes. 2, 8. 10

1 inflaueris *CPIZHSA*[1] 2 te *om. KRB* semet ipsum *PγHAD RGTbd* 4 relegiose *K* religiosae *A* pudicae *A* pie *T* 5 debis (is *s. l.*) *K* debebis *MENXG*[2] debeas *bd* 7 aut] at *T* phariseus *PABMS* 8 estimabat *S* numquid ob *S* ob quā (quā *s. l. m. 2*) *H* 10 non erat subiectus *R* subditus *T* 11 uirgines *B* 12 saluificati *R* 13 per *om. R* dei *s. l. K* donum dei *K* 14 extolleretur *KMENX* 15 figmentum sumus *MENX* 16 bonis operibus *GEX* 18 amauitis *K* auerteri *C*[1] tam̃ *X* orrendam *PA*[1] horrenda *K* ipse *ante* tam *in G* 19 modicum cui *S* dimittitur modicum *T* 20 ut *om.* γ diligatis do *X*[1] 21 a *om. MENX* libere *S* uocatis *H* deputate illi quod *B* 22 tamquam—uobis *om. CIZB* mali *om. MENX*

illo regente commissum. oculi enim uestri semper ad dominum, quoniam ipse euellet dē laqueo pedes uestros, et: nisi dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigilauit qui custodit. et de ipsa continentia loquens apostolus ait: uolo autem omnes homines esse sicut me ipsum; sed unusquisque proprium donum habet a deo, alius sic, alius autem sic. quis ergo donat ista? quis distribuit propria unicuique sicut uult? nempe deus, apud quem non est iniquitas. ac per hoc qua aequitate ille faciat alios sic, alios autem sic, homini nosse aut inpossibile aut omnino difficile est; quin tamen aequitate faciat, dubitare fas non est. quid itaque habes quod non accepisti? aut qua peruersitate minus diligis, a quo amplius accepisti?

XLI. 42. Quapropter haec prima sit induendae humilitatis cogitatio, ne a se sibi putet esse dei uirgo, quod talis est, ac non potius hoc donum optimum desuper descendere a patre luminum, apud quem non est transmutatio nec momenti obumbratio. ita enim non putabit modicum sibi esse dimissum, ut modicum diligat et ignorans dei iusti-

1 Ps. 24, 15 3 Ps. 126, 1 5 cf. I Cor. 7, 7 8 cf. I Cor. 12, 11 9 cf. Rom. 9, 14 12 I Cor. 4, 7 18 cf. Iac. 1, 17 20 cf. Rom. 10, 3

1 illo *om. E* comissum P^1 4 uigila..t *S* uigilat *GMEN* uigilant *X* uigilabit *R* custodit *om. X* custodit eam (eam *s. l.*) *S*, *KGMENXbd* 5 ait *ex* aut *G* autem *om. G* homines *om. RHAGT* 6 sicut et *R* proprium] proximum *A* habet donum *MENX* dominum *P* 7 a] ex *MENX* alius quidam *K* alius quidem *MENX* ergo] autem *G* 8 dona *IZB* donatista *S* qui. *H* 9 aput *P* transmutatio neque iniquitas *T* 10 equalitate *S* alius *SB* alius *BS* sic alios autem sic *R* 11 nosce *X* quin] qui *RT* q.u.a id *B* quia id *IZ* 12 itaquae *K* utique *G* 13 aut per *B* uersitate *B* diligitis *I* diligas *K* 14 a *om. CIZ* a quo] qm̃ *B* amplius] plus *PGT* 15 cogitatio induendae humanitatis *KMNX* cogitatio minuenda humilitatis *E* 16 cogitatione *R* putet sibi *N* uirgo dei esse *G* dei uirgo esse *R* hac *K* 17 hoc] tale *R* obtimum *I* desuper *om. CIZB* discendere *K* 18 aput *K* momenti uicissitudinis *R* 19 putauit *KS* putabat *B* esse *om. PKγHADRGTMENX*

tiam ac suam uolens constituere iustitiae dei non subiciatur. in quo uitio erat Simon ille, quem superauit mulier, cui dimissa sunt peccata multa, quoniam dilexit multum. sed cautius et uerius cogitabit omnia peccata sic habenda, tamquam dimittantur, a quibus deus custodit ne committantur. testes sunt uoces piarum deprecationum in scripturis sanctis. quibus ostenditur ea ipsa, quae praecipiuntur a deo, non fieri nisi dante atque adiuuante qui praecepit. mendaciter enim petuntur, si ea non adiuuante eius gratia facere possemus. quid tam generaliter maximeque praecipitur quam oboedientia, qua custodiuntur mandata dei? et tamen hanc inuenimus optari. tu, inquit, praecepisti mandata tua custodiri nimis. deinde sequitur: utinam dirigantur uiae meae ad custodiendas iustificationes tuas; tunc non confundar, dum inspicio in omnia mandata tua. quod deum praecepisse supra posuit, hoc ut a se inpleretur optauit. hoc fit utique, ne peccetur; quod si peccatum fuerit, praecipitur, ut paeniteat, ne defensione et excusatione peccati pereat superbiendo qui fecit, dum non uult paenitendo perire quod fecit. etiam hoc a deo petitur, ut intellegatur non fieri nisi eo praestante a quo petitur. pone, inquit, domine, custodiam

12 Ps. 118, 4—6 21 Ps. 140, 3. 4

1 hac *K om. S* statuere *E* 2 subitiatur *H* ille symon *EX* symon *KRMN* 4 cogitauit *CPKγHASDRGTME*[1] cogitabat *X* abenda *C*[1]*P*[1] 5 ne omittantur *I* ne* omittantur *Z* ne comittantur *R* 6 testes enim *G* depraecationum *C* in *om. B* 7 quae] quē *A* praece iniunguntur *G* praecipi**untur *A* non *om. X* 8 adque *C*[1] *om. X* qui—adiuuante *om. MENX* praecipit *C*[2]*KIZSDRGTbd* 9 possumus *KSTMENX* 10 quod *R* 11 custodiantur *G* et hanc *PHTMENX* hanc et *KG* inueniamus *G* optari] opari *X* 12 praecipisti *KR* manda *R*[1]*H* tua *om. A* custodire *SGMENX* 13 sequitur] quid sequitur *PKγSHAGRTMENX* dirigatur *P* 14 iustificatione *H* 15 dum] cum *S* omnibus mandatis tuis *E* praecipisse *KR* 16 sup *T* implere*tur *G* 17 ne] ut non *RX* si] quod *S* 18 paeniteant *CIZS* peneteat *K* 19 perire] emdare *N* 20 a deo hoc *MENX* 21 in quid *X*

ori meo et ostium continentiae circum labia mea. non declines cor meum in uerba mala ad excusandum excusationes in peccatis cum hominibus operantibus iniquitatem. si ergo et oboedientia, qua eius mandata seruamus, et paenitentia, qua peccata nostra non excusamus, sed accusamus, optatur et petitur, manifestum est, quia cum fit, illo dante habetur, illo adiuuante conpletur. apertius etiam dicitur propter oboedientiam: a domino gressus hominis diriguntur et uiam eius uolet; et de paenitentia dicit apostolus: ne forte det illis deus paenitentiam.

43. De ipsa etiam continentia nonne apertissime dictum est: et cum scirem, quia nemo esse potest continens nisi deus det, et hoc ipsum erat sapientiae scire, cuius esset hoc donum?

XLII. Sed forte continentia donum dei est, sapientiam uero sibi ipse homo praestat, qua illud donum non suum, sed dei esse cognoscat. immo dominus sapientes facit caecos, et: testimonium dei fidele sapientiam praestat paruulis, et: si quis indiget sapientia, postulet a deo, qui dat omnibus affluenter et non inproperat, et dabi-

8 Ps. 36, 23 10 II Tim. 2, 25 12 Sap. 8, 21 17 Ps. 145, 8 18 Ps. 18, 8 19 cf. Iac. 1, 5

1 hostium *CIZ* continentiae] circumstantiae *R* circa *RENX* mea *om. H* 2 ne *PKγHSADRTMENXbd* declinas *I* meo *S* maligna *PKγHADRGTMNXbd* malicia *I* malicie *E* excusandas *PKγHARGTMENX* 3 excusatione *S om. X* hominibus (bus *s. l.*) *H* 4 qua eius] cuius *PHAGγ* q:eius *S* eius *om. T* 5 qu•a *A* 6 adcusamus *K* excusamus *X* 7 fit] sit *HN* illo dante] illud ante *IZ* 8 etiam] enim *RGγ* 9 paenitentiam *K* 11 et de *N* continentiam *K* continentiae *A* 12 potest esse *DTbd* 13 deus deus *R* sapientia *G* scire *om. T* 14 donum esset *N* hoc *om. IMENX, s. l. Z* 15 dei *om. X* sapientia *CKIZ* 16 qu•a *P* 17 cognuscat *K* cognoscit S^1 deus *E* 18 dei] domini *PIZγHADRGTbd* sapientia C^1IZ praestans *R* 19 sapientiam *PKγRAMXNSEH*^{1}*IZ* postulat P^1I domino *S* 20 omnibus] hominibus *K* affluenter *PKR* effluenter *X* et non inproperat *om.* γ inproperat] impat *R* dabitur] dominabitur *T*

tur ei. sapientes autem esse uirgines decet, ne lampades earum extinguantur. quomodo sapientes nisi non alta sapientes, sed humilibus consentientes? dixit enim homini ipsa sapientia: ecce pietas est sapientia. si ergo nihil habes, quod non accepisti, noli altum sapere, sed time, et noli modicum diligere, quasi a quo tibi modicum dimissum est, sed potius multum dilige, a quo tibi multum tributum est. si enim diligit, cui donatum est, ne redderet, quanto magis debet diligere, cui donatum est, ut haberet! nam et quisquis ab initio pudicus permanet, ab illo regitur; et quisquis ex inpudico pudicus fit, ab illo corrigitur; et quisquis usque in finem inpudicus est, ab illo deseritur. hoc autem ille occulto iudicio facere potest, iniquo non potest. et fortasse ideo latet, ut plus timeatur et minus superbiatur.

XLIII. 44. Deinde iam sciens homo gratia dei se esse quod est, non incidat in alium superbiae laqueum, ut de ipsa dei gratia se extollendo spernat ceteros. quo uitio alius ille pharisaeus et de bonis, quae habebat, deo gratias agebat et tamen se super publicanum peccata confitentem extollebat. quid igitur faciat uirgo, quid cogitet, ne se extollat super eos uel eas, quae hoc tam magno dono carent? neque enim simulare

1 cf. Matth. 25, 4 2 cf. Rom. 12, 16 3 Iob. 28, 28 5 Rom. 11, 20 17 cf. Luc. 18, 10—11

1 eius H^1 uirgines esse X esse *om.* T 2 exstinguantur P sapientes *om.* EX alta non alta R 4 sapientia ipsa $MENX$ sapientia—nihil *om.* γ pietas ipsa TN est] et MEX si ergo nihil] Quid autem K quid enim $MENX$ 5 abes B *post* accepisti *sequitur:* si ergo nihil habes quod non accepisti $KMENX$ 7 sed—est *om.* S dilige] dirige I diligere R 8 est *om.* γ enim] ergo N 9 non haberet X et *om.* B 10 quisquis] si quis AG ab illo regitur *om.* $MENX$ 11 ex] ab $\gamma MENX$ corrigitur] geritur $MENX$ *post* corrigitur sequitur *in K:* nam et quisquis a uitio pudicus permanet ab illo regitur et *om.* X 12 ille] illo IZ 13 et] te R 14 timeas (s *ex* t) R superbias R 15 esse se T 16 non est T alium] malum B laquaeum K ut *om.* T 18 quo EX 20 cogitabat (*supra* a *add.* i) B 21 eas] ea B qui $PH^2AGRT\gamma$ enim *om.* GAT

debet humilitatem, sed exhibere; nam simulatio humilitatis maior superbia est. ideo scriptura uolens ostendere ueracem humilitatem esse oportere, cum dixisset: quanto magnus es, tanto humila te in omnibus, mox quoque subdidit: et coram deo inuenies gratiam, utique ubi se fallaciter humilare non posset.

XLIIII. 45. Proinde quid dicemus? estne aliquid, quod uirgo dei ueraciter cogitet, unde se fideli mulieri non tantum uiduae, uerum etiam coniugatae praeferre non audeat? non ego reprobam dico; nam quis nesciat oboedientem mulierem inoboedienti uirgini praeponendam? sed cum ambae sunt oboedientes praeceptis dei, itane trepidabit sanctam uirginitatem etiam castis nuptiis et continentiam praeferre conubio, fructum centenum praeire triceno? immo uero non dubitet hanc rem illi praeponere. haec tamen uel haec uirgo oboediens et deum timens illi uel illi mulieri oboedienti et deum timenti se anteferre non audeat; alioquin non erit humilis, et deus superbis resistit. quid ergo cogitabit? occulta scilicet dona dei, quae nonnisi interrogatio temptationis etiam in semet ipso unicuique declarat. ut enim cetera taceam, unde scit uirgo, quamuis sollicita quae sunt domini, quomodo placeat domino, ne forte propter aliquam sibi incognitam

3 Eccli. 3, 18 17 Iac. 4, 6 21 cf. I Cor. 7, 32

1 exiberet *R* exibere *TX* 2 idcirco *IZHSbd* 3 esse *om. X* dixisse *K* 4 tanto *om. E* humila C^1P: humilia $C^2KIZ\gamma HSADR$ *BGTMENXbd* 5 subdedit *K* quoram *K* 6 humiliare $C^2KIZ\gamma$ *HSADRBGPMENXbd* potest *T* 7 quid *om. B* dicimus *KMENX* aliquit *B* 9 non] nam *T* ego] ergo *N* 10 oboedientiam P^1 oboedientęs *I* inobediente *K* 11 ambo *R* sint *KMENX* 12 dei *om. E* trepidauit *PHAG* trebidabit *X* 13 continencia *T* 14 centesimum *IZ* tricenos *MENX* centeno triceno *T* 15 illi] illi rei *PKIZγHSADRGTMENXbd* hobediens *R* 16 uel] et *X* 17 antepraeferre *MENX* audiat H^1 humilis] similis *B* 18 cogitauit *KSAH*^{1}*G*^{1} cogitet γ cogitante *R* 19 interrogatione *S* in *om. S* semet ipsum *S* 20 scit] sit *BR* 21 sollicita sit *AGTMENX* dei *N* domino *R* 22 sibi] sed *N*

mentis infirmitatem nondum sit matura martyrio, illa uero mulier, cui se praeferre gestiebat, iam possit bibere calicem dominicae humilitatis, quem prius bibendum discipulis amatoribus sublimitatis opposuit? unde, inquam, scit, ne forte ipsa nondum sit Thecla, iam sit illa Crispina?

XLV. Certe nisi adsit temptatio, nulla doni huius fit demonstratio.

46. Hoc autem tam magnum est, ut eum fructum centenum quidam intellegant. perhibet enim praeclarissimum testimonium ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notum est quo loco martyres et quo defunctae sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur. sed quid significet fecunditatis illa diuersitas, uiderint, qui haec melius quam nos intellegunt: siue uirginalis uita in centeno fructu sit, in sexageno uidualis, in triceno autem coniugalis; siue centena fertilitas martyrio potius inputetur, sexagena continentiae, tricena conubio; siue uirginitas accedente martyrio centenum fructum inpleat, sola uero in sexageno sit, coniugati autem tricenum ferentes ad sexagenum perueniant, si martyres fuerint; siue, quod probabilius mihi uidetur, quoniam diuinae gratiae multa sunt munera et est aliud alio maius ac melius — unde dicit apostolus: imitamini autem dona meliora — intellegendum est plura esse quam ut in tres differentias distribui possint. primum,

3 cf. Matth. 20, 22 5 cf. Sermon. 354 Migne 39, 1565 8 cf. Quaest. Migne 35, 1325 11 cf. Serm. 159 Migne 38, 868 21 I Cor. 12, 31

1 nondum] non *R* natura *S* ille P^1 2 gestigebat *E* 3 quę *IZ* 4 sublimitatibus *X* apposuit *R* sit *B* fit *T* 5 tecla *GTMENX*γ 6 assit *GTMEX* temtatio *P* nulla *om. K* sit *G* monstratio *T* 8 tam] iam *A om.* P^1 9 intelligant quidam *N* peribet *I* peribent *R* clarissimum *G* 11 quo et *IZ om. T* defuntae B^1 scae muniales *K* scę moniales *X* 12 quicquid *S* significet (e *super er.* a) *P* foecunditatis *T* 13 nops *K* siue] sine *T* 14 sexagesimo *R* in] ut *I* treceno *CKIZ* 15 in martirio *X* 16 et tricena *S* 18 sexagesimo *R* sexagesimum *R* 19 perueniunt *T* ueniant P^1 proueniant *ME* proueniatur *X* 21 aliud] alius *R* maio *X* ac] uel *T* itamini *R* aemulamini *bd* 23 ut *om. R* in] hi *C om.* γ differentia *S*

ne continentiam uidualem aut in nullo fructu constituamus aut ad coniugalis pudicitiae meritum deponamus aut uirginali gloriae coaequemus aut coronam martyrii uel in habitu animi, etiamsi desit temptationis examen, uel in ipsa passionis experientia constitutam cuilibet illarum trium castitati sine ullo incremento fertilitatis adcedere existimemus. deinde ubi ponimus, quod multi ac multae ita custodiunt continentiam uirginalem, ut tamen non faciant, quae dominus ait: si uis esse perfectus, uade uende omnia quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et ueni sequere me, nec audeant eorum cohabitationi sociari, in quibus nemo dicit aliquid proprium, sed sunt eis omnia communia: nihilne putamus fructificationis accedere uirginibus dei, cum hoc faciunt? aut sine ullo fructu esse uirgines dei, etiamsi hoc non faciant?

XLVI. Multa ergo sunt dona et aliis alia clariora ac superiora, singulis singula. et aliquando alter fructuosus est donis paucioribus, sed potioribus, alter inferioribus, sed pluribus. et quemadmodum inter se uel coaequentur uel distinguantur in accipiendis aeternis honoribus, quis hominum audeat iudicare? dum tamen constet et multa esse ista diuersa et non ad praesens tempus, sed in aeternum prodesse meliora. sed

8 Matth. 19, 21 12 Act. 4, 32; cf. 2, 44 22 cf. Matth. 13, 8

1 ne *om. R* aut *om. X* ullo *S* 2 pudicitiae meritum deponamus *om. T* uirginalis *T* 3 coaequetur *CB* corona *CIZB* 5 castitatis *CKRBGAMENX* sine—fertilitatis *om. T* 6 fertilitatis] felicitatis *MENX* accidere *B* accedere *PKγIZSHARGTMENX* 8 ut] et *C* quod *KRENX* perfectus esse *MENX* 9 et uende *MN* da] de *H* 10 caelis *S* 11 ne *X* audiant *R* sociari cohabitationi *E* 12 sunt *om. X* eius *X* commonia C^1 13 nihil *SB* deputamus *B* fructionis *G* 14 non faciunt (ñ *add. m. al.*) *P*, *ANG*^{1}*HR* aut—faciant *om. R* esse] sunt *S om. CB* uirges *K* 15 faciunt *PKZγHSADRB*^{1}*GTMENXbd* 16 aliis] alius *T* ac *om. IBZ* 17 aliaquando P^1H 18 plurioribus P^1 19 quemammodum *PK* uel *alt. om.* γ distingantur *S* 20 aeternis] terrenis *γR om. G* homonum P^1 indicare *X* 21 et *om. R* multe *A* multū *G*

dominum tres arbitror uoluisse fructificationis commemorare differentias, ceteras intellegentibus reliquisse. nam et alius euangelista solum commemorauit centuplum. numquid ideo putandus est alia duo uel inprobasse uel ignorasse ac non potius intellegenda reliquisse?

47. Sed, ut dicere coeperam, siue centenus fructus sit deo deuota uirginitas siue alio aliquo modo, uel quem commemorauimus uel quem non commemorauimus, sit illa fertilitatis intellegenda distantia, nemo tamen, quantum puto, ausus fuerit uirginitatem praeferre martyrio ac nemo dubitauerit hoc donum occultum esse, si examinatrix desit temptatio.

XLVII. Habet itaque uirgo, quod cogitet, quod ei prosit ad seruandam humilitatem, ne uiolet illam, quae supereminet donis omnibus, caritatem, sine qua utique quaecumque alia uel pauca uel plura uel magna uel parua habuerit, nihil est: habet, inquam, quod cogitet, ut non inflетur, non aemuletur, ita se scilicet bonum uirginale coniugali bono multo amplius et melius profiteri, ut tamen nesciat, utrum illa uel illa coniugata iam pati pro Christo possit, adhuc uero ipsa non possit, et in hoc ei parcatur, quia infirmitas eius temptatione non interrogatur. fidelis enim deus, ait apostolus, qui non uos permittat temptari super id quod potestis, sed

3 cf. Luc. 8, 8 16 cf. I Cor. 13, 4 21 I Cor. 10, 13

1 tres *om. R* arbitro *B* fructificationes *CIZB* 3 solus (*s. l. add. m. al.*) *P*, *HR*γ commemorauisse *X* acommemorauit *A* centūplum (plum *in fine*) *P* 4 alio *S* iste alia *G* ignorare *P*¹ ac non] an *X* 6 coeperamus *KENX* 7 quem] cum *K* commemorationis *B* memorauimus *K* 8 uel—commemorauimus *om. KIP*¹ fertilitas *G*¹ 9 tamen] tantum *CIZB* quātum *T* fuerat *R* 11 occultatum *GAT* 12 itaque *om. H* cogitet et *KMENX* 13 seruandum *B* qui *P*¹ 14 donis *om. N* 15 uel magna uel parua *om. T* 16 habet et *B* quae *P*¹ *om. B* ut] aut *S* inflетur et *PK*γ*HA RGTMEN* 17 se *ex* ne *P om. E* uirginalem *K* 18 utrum illa] utrum ista *R* 20 temptationem *K* 21 interrogetur *B* fidelis est *R* 22 permittit *RGMENXd* permittet *b* temptare *KMEX*

faciat cum temptatione etiam exitum, ut possitis sustinere. fortassis ergo illi uel illi coniugalis uitae retinentes in suo genere laudabilem modum iam possint contra inimicum ad iniquitatem cogentem etiam laniatu uiscerum et effusione sanguinis dimicare; illi autem uel illi a pueritia continentes seque castrantes propter regnum caelorum nondum tamen ualeant talia uel pro iustitia uel pro ipsa pudicitia sustinere. aliud est enim pro ueritate ac proposito sancto non consentire suadenti atque blandienti, aliud non cedere etiam torquenti atque ferienti. latent ista in facultatibus et uiribus animorum, temtata panduntur, experientia propalantur. ut ergo quisque non infletur, ex eo, quod se peruidet posse, humiliter cogitet quod ignorat aliquid praestantius se fortasse non posse, aliquos autem, qui illud, quo sibi gloriose notus est, nec habent nec profitentur, hoc quod ipse non potest posse. ita seruabitur non fallaci, sed ueraci humilitate: honore mutuo praeuenientes, et: alter alterum existimantes superiorem sibi.

XLVIII. 48. Quid iam dicam de ipsa cautela et uigilantia non peccandi? quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? in-

17 Rom. 12, 10 Phil. 2, 3 20 Prou. 20, 9

1 faciet *DRMENXbd* exitu *R* possetis C^1 2 fortasses *S* illi uel illae *MNbd* illi uel ille *EX* 3 laudabile C^1 possit *C* possunt *PHA*γ*GRTMENX* 4 ab iniquitate *S* laniatum *P* laniatū *R* 5 ille $R\gamma^2$ autem *om. T* illae *MNbd* ille *EX* 6 continentia *B* 7 ueleant *X om. G* talia] alia *AG* uel pro iustitia *om. S* pro] propter *X om. H* (*pr.*) 9 consentientes *X* etiam non cedere *EX* 10 ferienti] furenti $R\gamma$ 11 temtatione *H* temptatione *IZTd* experta *S* expergentia *E* 12 peruidet se *KMN* prouidet se *X* praeuidet se *E* praeuidet *R* 13 cogit et *G* 14 forte *PKRTMENX* quo] quod *KX* qui *T'* gloriosū *N* 15 notū *K* datum *MENX* habent quod *T* ipsi *K* non—honore *om. X* 16 ut non *EN* fallacis *K* 17 et honore *MEN* se praeueniant *MENX* alterum] utrum *S* existimet *MENX* 20 quis—aut *om. B*^{1} 21 esse *om. X*

tegra est quidem ab utero matris sancta uirginitas; sed nemo, inquit, mundus in conspectu tuo, nec infans cuius est unius diei uita super terram. seruatur et in fide inuiolata quaedam castitas uirginalis, qua ecclesia uni uiro uirgo casta coaptatur; sed ille unus uir non tantum fideles mente et corpore uirgines, sed omnes omnino christianos ab spiritalibus usque ad carnales, ab apostolis usque ad ultimos paenitentes tamquam a summis caelorum usque ad terminos eorum docuit orare et in ipsa oratione dicere admonuit: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, ubi per hoc quod petimus, quid etiam nos esse meminerimus ostendit. neque enim pro eis debitis, quae totius praeteritae uitae in baptismo per eius pacem nobis dimissa esse confidimus, nos praecepit orare dicentes: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; alioquin hanc orationem catechumeni potius usque ad baptismum orare deberent. cum uero eam baptizati orant. praepositi et plebes, pastores et greges, satis ostenditur in hac uita, quae tota temptatio est, neminem se tamquam ab omnibus peccatis inmunem debere gloriari.

XLVIIII. 49. Proinde etiam uirgines dei inreprehensibiles quidem sequuntur agnum, quocumque ierit, et peccatorum purgatione perfecta et uirginitate seruata, quae non rediret

1 cf. Iob 14, 4. 5 8 cf. Matth. 24, 31 9 Matth. 6. 12 19 cf. Iob. 7, 1

1 quidam K^1 uirginitas sancta *H* 2 est *om.* *K* 3 uita unius diei *X* diei unius *PKγAHRGTMNbd* uitam *B* ęt inuiolata (*exp. m. al.*) *P* 4 quam *C* quē *S* qu*a *A* 5 quoaptatur *IZ* cooptatur S^1 fidelis *R* uideles *E* mentis *S* 7 ultimos] nouissimos *N* 8 sumis *R* terminus *K* 9 ammonuit *PKHAMX* et dimitte *IZbd* demitte *K* 11 **per (su *er.*) *H* petimus] penitus *I* quod *AGN* 12 meminerimus *om. I* enim] eis *B om. S* 13 dimissa—nobis *in mg. B* 14 precipit *KMEN* orare (re *in ras.*) *I* oratione *Z* demitte *K* 16 cathecumeni C^1 cathecumini $C^2KZABRT\gamma$ catecumeni P^1 catecumini *GMXEN* caticumini *SH* 17 uero] ergo *N* baptizantes *B* oranti *B* 18 et *alt. om. MENX* gregis *MENX* ac *K* 19 se] sed *X* 20 gloriari debere *E* 22 secuntur *SARBGMNXγ*

amissa; sed quia eadem ipsa Apocalypsis, ubi tales tali reuelati sunt, etiam hinc eos laudat, quod in ore eorum non sit inuentum mendacium, meminerint etiam in hoc esse ueraces, ne se audeant dicere non habere peccatum. idem quippe Iohannes, qui illud uidit, hoc dixit: si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et ueritas in nobis non est. quodsi confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est et iustus, ut dimittat nobis peccata nostra et purget nos ab omni iniquitate. quodsi dixerimus, quoniam non peccauimus, mendacem faciemus eum, et uerbum eius non erit in nobis. hoc certe non illis aut illis, sed christianis omnibus dicitur, ubi et uirgines se debent agnoscere. sic enim erunt sine mendacio, quales in Apocalypsi apparuerunt. ac per hoc quamdiu nondum est in caelesti sublimitate perfectio, inituperabiles facit in humilitate confessio.

50. Sed rursus, ne per occasionem huius sententiae quisquam cum mortifera securitate peccaret seque trahendum permitteret tamquam mox delendis facili confessione peccatis, continuo subiecit: filioli mei, haec scripsi uobis, ut non peccetis. et si quis peccauerit, aduocatum habemus ad patrem Iesum Christum iustum; et ipse propitiator est peccatorum nostrorum. nemo itaque a peccato tamquam rediturus abscedat nec se huius modi quasi socie-

1 cf. Apoc. 14, 4. 5 5 I Ioh. 1, 8—10 20 I Ioh. Ioh. 2, 1. 2

1 apocalipsis *ARBGTN* apokalypsis *M* 2 eorum ore *R* sit] est *T* 3 meminerit *A* 4 ioannes *PAMENX om. S* 6 decepimus *A* seducimus *RN* 7 est] erit *PKγHAGRMENX* delicta] peccata *X* 8 fidelis—nostra *om. X* est deus *G* nostra *om. E* 10 peccabimus *CZ*[1] mendaces *T* eum faciemus *X* 13 debeant *R* agnuscere *K* cognoscere *G* qualis *K* 14 apokalypsi *M* apocalipsi *A* appocalipsi *T* 15 fecit *X* umilitate *S* 17 occasione *K* 18 mortifira *P*[1] sed quę *Rγ* 19 de delendis *B* dolendis *R* facilis *R* 20 scribo *T* 21 et] sed *N* 22 ad] apud *TENX* et—nostrorum *om. E* propiciatior *A* propitiatio *R* 23 ut nemo *B* itaque *om. B* a *om. P*[1] 24 tamquam ad eum *B* redditurus *H* abscedat. nemo itaque—abscedat *repet. e uersu sup. B* huiuscemodi *PKγHARGTMENX*

tatis pacto cum iniquitate constringat, ut eam confiteri quam cauere delectet.

L. Sed quoniam etiam satagentibus uigilantibusque, ne peccent, subrepunt quodam modo ex humana fragilitate peccata, quamuis parua, quamuis pauca, non tamen nulla, eadem ipsa fiunt magna et grauia, si eis superbia incrementum et pondus adiecerit; a sacerdote autem, quem habemus in caelis, si pia humilitate perimantur, tota felicitate purgantur.

51. Sed non contendo cum eis, qui adserunt hominem posse in hac uita sine ullo peccato uiuere, non contendo, non contradico. fortassis enim ex nostra miseria magnos metimur, et conparantes nosmet ipsos nobismet ipsis non intellegimus. unum scio, quod isti magni, quales non sumus, quales nondum experti sumus, quanto magni sunt, tanto humilant se in omnibus, ut coram deo inueniant gratiam. quamlibet enim magni sint, non est seruus maior domino suo uel discipulus magistro suo. et utique ille est dominus, qui dicit: omnia mihi tradita sunt a patre meo, et ille est magister, qui dicit: uenite ad me omnes, qui laboratis, et discite a me. et tamen quid discimus? quoniam mitis sum, inquit, et humilis corde.

LI. 52. Hic dicet aliquis: non est hoc iam de uirginitate,

12 cf. II Cor. 10, 12 17 Ioh. 13, 16 19 Matth. 11, 27—29

1 quam] magis quam *PIZγHSARBTMENX* 2 caueri *CZSB* 3 quia *PKγHARGTMENX* uigilantibus *MENX* non *E* 4 surrepunt *ET* umana *S* huma γ^1 6 et magna *KMENX* si] se *IZB* eius *X* superuia *K* 7 adicienti *CZ*^{2} adiciente *IB* 8 fragilitate *P*^{1}*AGT* fidelitate *S* facilitate *P*^{2}*HγKMENXbd* 11 ac *S* contendendo *IZ* 13 *alt.* nosmetipsis *B*^{1}*MEX* 14 magni—sumus *om. N* non] non*** (dum *er.*) *H* 15 humiliant *C*^{1}*PKIZγHSADBGTMENXbd* humilient *R* 17 sunt *GR* maior est seruus *S* maior *om. T* suo *om. S* 18 qui dicit *om. CIZ* 19 est *om. R* 20 liberatis *I* laboratis et onerati estis *X* 21 quid (d *s. l.*) *K* quod *M* dicimus *AIE* dicemus *B*^{1} discamus *R* 22 inquit *om. X* 23 dicit *KGMENX* diet *I*^{1} iam *om. P*^{1}

sed de humilitate scribere. quasi uero quaecumque uirginitas, ac non illa, quae secundum deum est, a nobis praedicanda suscepta est. quod bonum quanto magnum uideo, tanto ei, ne pereat, in futurum superbiam pertimesco. non ergo custodit bonum uirginale nisi deus ipse, qui dedit, et deus caritas est. custos ergo uirginitatis caritas; locus autem huius custodis humilitas. ibi quippe habitat, qui dixit super humilem et quietum et trementem uerba sua requiescere spiritum suum. quid itaque alienum feci, si bonum, quod laudaui, uolens tutius custodiri, curaui etiam locum praeparare custodi? fidenter enim dico nec mihi ne irascantur timeo, quos ut mecum sibi timeant sollicitus moneo: facilius sequuntur agnum, etsi non quocumque ierit, certe quousque potuerint, coniugati humiles quam superbientes uirgines. quomodo enim sequitur, ad quem non uult accedere? aut quo modo accedit, ad quem non uenit, ut discat, quoniam mitis est et humilis corde? illos proinde sequentes agnus quocumque ierit ducit, in quibus prius ipse ubi caput inclinet inuenerit. nam et quidam superbus et dolosus hoc ei dixerat: domine, sequar te quocumque ieris. cui respondit: uulpes foueas habent et uolatilia caeli nidos; filius autem hominis non habet, ubi caput

5 cf. I Ioh. 4, 8 7 cf. Es. 66, 2 16 Matth. 11, 29 19 Matth. 8, 19. 20

2 dominum *MNX* est *om. X* nobis *om. G*^{1} 3 est] sit *T* quantum *BT* 4 non *A* pariat *IZB* in futurum] furem *PKγHA DRGTMENXd* futurã *Sb* superuiam *K* 5 uirginalem *PKAR* ipsi deus *R* ipse deus *T* ipsi *K* 6 custos (o *ex* u) *H* uirginitas *X* caritas est *E* custodit *G*^{1} 8 requiescire *P* 9 alium *P*^{1} feciţ *S* laud•em (e *ex* a) *C* laudẽ *IZ* laudari *R* laudaui toties *MN* uoles *K* 10 totius *CK* tocius *IZ* toties *BX* tociens *E* titius *S om. MN* custodire *AGT* curaue *I* 11 irascatur *PγHA* quos—moneo *om. CIZB* 12 sollicicius *T* moneo] timeo *T* falicius *H*^{1} secuntur *SABGRMENX* 14 quomodo—accedere *om. P*^{1} 16 uenit] accedit *X* est] sum *bd* 17 agnos γ dicit *S* 18 capud *S* 19 dolosus] dolosus gloriosus *KMENX* ei *om. KMENX*γ 20 ierit *X* uelpes *H* habeant (a *s. l.*) *I* habeąnt *Z* uolucres *H*^{1}*RMENX*

suum inclinet. arguebat nomine uulpium astutam dolositatem et nomine uolucrum uentosam elationem, in quo ubi requiesceret piam non inueniebat humilitatem. ac per hoc nusquam omnino secutus est dominum, qui se promiserat non usque ad quendam prouectum, sed omnino quocumque ierit secuturum.

LIII. 53. Quapropter hoc agite, uirgines dei, hoc agite: sequimini agnum quocumque ierit. sed prius ad eum, quem sequamini, uenite et discite, quoniam mitis est et humilis corde. humiliter ad humilem uenite, si amatis, et ne discedatis ab illo, ne cadatis. qui enim timet ab illo discedere, rogat et dicit: non mihi ueniat pes superbiae. pergite uiam sublimitatis pede humilitatis. ipse exaltat humiliter sequentes. quem descendere non piguit ad iacentes. dona eius illi seruanda committite, fortitudinem uestram ad illum custodite. quidquid mali ipso custodiente non committitis, tamquam remissum ab illo deputate, ne modicum uobis existimantes dimissum modicum diligatis et tundentes pectora publicanos ruinosa iactantia contemnatis. de uiribus uestris expertis cauete, ne, quia ferre aliquid potuistis, inflemini; de inexpertis autem orate, ne supra quam potestis ferre temptemini. existimate aliquos in occulto superiores, quibus estis in manifesto meliores. cum aliorum

9 cf. Matth. 11, 29 12 Ps. 35, 12 15 cf. Ps. 58, 10 17 cf. Luc. 7, 47

1 reclinet suum *X* reclinet *SRGE* 2 uentosum *R* elatione *E* ubi] ybi *I* ut *ENX om. K* 3 requiescerit *K* hac *K* 4 deum *KSENX* non usque] nusque *B* 5 prouentum *AGT* profectum *bd* iret *N* 6 sequuturum *CIZ* securum *N* 7 hoc *pr. om. B* 8 quam *S* 9 sequimini *T* quia *X* 10 ad humilitatem *N* uenite] uitę *B* ne—illo *om. P*¹ 11 discere *S* 12 non] nam *T* ueniat mihi *PKγHSARGT.MENX* sublimitatis] humilitatis *R* 13 pede humilitatis *om. P*¹ 14 qui *R* discendere *KA* pinguit *R* pigruit *X* 15 committe *G*¹ *post* illum *repetuntur* committite—illum in *CIZ* illum] ipsum *T* quis quod *A* et quod *G* 16 remissum *om. MENX* 17 nec *A* demissum *K* 18 ruionosas *T* iatantia *X* 19 contempnatis *G* caute *H*¹ qui *MENX* offerre *ENX* 20 implemini *A* deinde expertis *R* 22 moliores *P*

bona forte ignota uobis benigne creduntur a uobis, uestra uobis nota non conparatione minuuntur, sed dilectione firmantur; et quae forte adhuc desunt, tanto dantur facilius, quanto desiderantur humilius. perseuerantes in numero uestro praebeant uobis exemplum; cadentes autem augeant timorem uestrum. illud amate, ut imitemini, hoc lugete, ne inflemini. iustitiam uestram nolite statuere, deo uos iustificanti subdite. ueniam peccatis donate alienis, orate pro uestris; futura uigilando uitate, praeterita confitendo delete.

LIII. 54. Ecce iam tales estis, ut professae atque seruatae uirginitati ceteris etiam moribus congruatis. ecce iam non solum homicidiis, sacrificiis diabolicis et abominationibus, furtis, rapinis, fraudibus, periuriis, ebriositatibus omnique luxuria et auaritia, simulationibus, aemulationibus, inpietatibus, crudelitatibus abstinetis, uerum etiam illa, quae leuiora uel sunt uel putantur, non inueniuntur nec oriuntur in uobis: non inprobus uultus, non uagi oculi, non infrenis lingua, non petulans risus, non scurrilis iocus, non indecens habitus, non tumidus aut fluxus incessus; iam non redditis malum pro malo nec maledictum pro maledicto; iam postremo illam mensuram dilectionis inpletis, ut ponatis animas pro

12 cf. Gal. 5, 19 sqq.; I Cor. 5, 9 sqq. 19 cf. I Petr. 3, 9

1 ignorata γ benignae *P* uestra autem (*om.* uobis) *E* uestram γ 2 minuantur *KMENX* firmentur *MNX* 3 quae *om. R* 4 perseuerantes in melius *T* 5 exembrum *X* 6 uestram *T* illud autem *KT* illud enim *MNXE* ame *X* lugite *K* lugente *R* lugere H^1 7 constituere *X* iustificandi MEN^1X iustificati γ 8 donate] date *T* 9 uitate] cauete *T* confidendo *B* 11 uirginitatis *ADRGH* etiam *om. T* 12 abhominationibus *IZENX* fortis *B* 13 ebriosietatibus *K* ebrietatibus *MENX* omniumque *P* luxoria *A* 14 aemulationibus *om. KMENX*, immolationibus *in mg. K* immolationibus crudelitatibus *MENX* 15 abstinentis *K* abstinentes *ENX* leuiora *om. MENX* uiora *S* uel sunt *om. X* 16 nec] ne *R* corriuntur *R* nobis *X* non] nam *A* nam non *G* 18 inscurrilis *R* scurilis *SBEXN* scurrilis iocus] scuriliosus *AG* scurridiosus (d *ex* l) iocus *T* 19 timidus *CIZ* fluxis *H* flusus *R* incessus—redditis *om. S* 21 ut ponatis *om.* P^1

fratribus uestris. ecce iam tales estis, quia et tales esse debetis. haec addita uirginitati angelicam uitam hominibus et caeli mores exhibent terris. sed quanto magni estis, quicumque ita magni estis, tanto humilate uos in omnibus, ut coram deo inueniatis gratiam, ne superbis resistat, ne se exaltantes humilet, ne inflatos per angusta non traiciat: quamquam superflua sit sollicitudo, ne ubi feruet caritas, desit humilitas.

LIIII. 55. Si ergo nuptias contempsistis filiorum hominum, ex quibus gigneretis filios hominum, toto corde amate speciosum forma prae filiis hominum: uacat uobis, liberum est cor a coniugalibus uinculis. inspicite pulchritudinem amatoris uestri, cogitate aequalem patri, subditum et matri, etiam in caelis dominantem et in terris seruientem, creantem omnia, creatum inter omnia. illud ipsum, quod in eo derident superbi, inspicite quam pulchrum sit; internis luminibus inspicite uulnera pendentis, cicatrices resurgentis, sanguinem morientis, pretium credentis, commercium redimentis.

LV. Haec quanti ualeant cogitate, haec in statera caritatis adpendite et quidquid amoris in nuptias uestras inpendendum habebatis, illi rependite.

56. Bene, quod interiorem uestram pulchritudinem quaerit, ubi uobis dedit potestatem filios dei fieri, non quaerit a uobis

1 cf. I Ioh. 3, 16 3 cf. Eccli. 3, 18 5 cf. Iac. 4, 6 11 cf. Ps. 44, 3 23 cf. Ioh. 1, 12

2 uirginitate K^1 3 moribus *G* exibent *SRT* quicumque—estis *om. CIZB* 4 humilitate S^1 humiliate $C^2PKIZ\gamma HS^2ADRbGTMEN$ *Xbd* 6 humiliet $C^2PKIZ\gamma HSADRBGTMENXbd$ inflatos contraiciat *E* angustam $P\gamma HAGRN$ angustam portam *T* angust.a *B* 7 non traiciat *om. E* ferbet C^1 9 filiorum hominum contempsistis *N* contemsistis C^1PH 11 forma (o *ex* u) *K* formā *R* nobis P^1 13 subditum patri et matri *R* 15 inter] iner *K* illū *H* ipsud *K* in *om. K* derideręnt *P* superui *K* subbi *R* 18 praetium *K* p̄cium *H* commertium *A* 19 in—adpendite *s. l. K* in statera] instanter γ 20 quicquid *HA* amores *S* nuptiis *T* uestris *T* 21 habebatis (*alt.* b *s. l.*) *K* habeatis *X* respondite *X* 22 Bene *om. R* quid *R* 23 filias *bd* nobis $PAGD^1$

pulchram carnem, sed pulchros mores, quibus refrenatis et carnem. non est cui de uobis quisquam mentiatur et faciat saeuire zelantem. uidete, cum quanta securitate ametis, cui displicere falsis suspicionibus non timetis. uir et uxor amant se, quoniam uident se, et quod non uident, timent in se; nec certi gaudent ex eo, quod in manifesto est, dum in occulto suspicantur plerumque quod non est. uos in isto, quem oculis non uidetis et fide conspicitis, nec habetis uerum quod reprehendatis, nec eum metuitis, ne de falso forsitan offendatis. si ergo magnum amorem coniugibus deberetis, eum, propter quem coniuges habere noluistis, quantum amare debetis! toto uobis figatur in corde, qui pro uobis est fixus in cruce; totum teneat in animo uestro, quidquid noluistis occupari conubio. parum uobis amare non licet, propter quem non amastis et quod liceret. sic amantibus mitem et humilem corde nullam uobis superbiam pertimesco.

LVI. 57. Pro modulo itaque nostro et de sanctitate, qua sanctimoniales proprie dicimini, et de humilitate, qua conseruatur quidquid magnum dicimini, satis locuti sumus. dignius autem illi tres pueri, quibus refrigerium in igne praebebat, quem corde feruentissimo diligebant, uos de hoc opusculo nostro uerborum quidem numero longe breuius, sed pondere

1 pulcram *K om. X* sed—carnem *om. PγHADGT* pulcros *IZ* frenatis *KSRMEX* frenetis *Nbd* 2 est enim *E* de uobis] denuo (n *s. l.*) *H* et] ut *IZ*² 3 se uire *AX* se iure *MN* seuire *T* seruire *γS* zaelantem *K* celantem *R* 5 quoniam] et quod ñ *R* se—uident *om. R* in *om. CIZB* 6 certe *G* 7 carnis oculis *B* 8 fidei *B* conspicis *P*¹ uirum *IZB om. B* quē *R* repraehendatis *C* 9 forsitant *R* 10 deberetis ḍeḅeṛeṭiṣ *K* eum—debetis *om. P*¹ 11 toto (o *fin. s. l.*) *C* totus *KMENX* 12 uobis desiderio *G* figuratur *R* fixus est *GMENX* 13 teneatur *E* quicquid *HA* uoluistis *CIZB* in conubio *E* 14 uobis *om. T* amari *R* propter quod *K* amaretis *E* 15 licet *R* diceret *I* umilem *S* 17 quā *S* 18 sanctemoniales *G* proprię *KB* dicemini *CIZ* ducimini *T* 19 quid *K* quod *MN* . magnum *om. RT* dignus *B* 20 praebeat *K* praebeant *RS*¹ praebebant *S*² 21 feruentissimo] diligentissimo *R* 22 innumero *T*

auctoritatis multo grandius in hymno, quo ab eis deus honoratur, admoneant. nam sanctitati humilitatem in dei laudatoribus coniungentes apertissime docuerunt, ut tanto quisque caueat, ne superbia decipiatur, quanto sanctius aliquid profertur. proinde uos quoque laudate eum, qui uobis praestat, ut in ardore medio saeculi huius, quamuis coniugio non copulemini, non tamen uramini, et orantes etiam pro nobis benedicite, sancti et humiles corde dominum, hymnum dicite et superexaltate eum in saecula.

7 Dan. 3, 87

1 multa *B* grandius (i *s. l.*) *B* in *om. B* ymno *BTMNX* himno *R* imno *E* *ab *H* 2 ammoneant *CKSRBMEX* sanctitate *K* in *om. P*[1] 3 coniugantes *T* apertissimus *D*[1] 4 ne superbia decipiatur *om. X* aliquid *om.* γ proferter] profitetur *PKγHSADRGTMENXbd* 5 p̄rat *B* ut *s. l. Dom. R* 7 ut *X* rantes *R* uobis *IZ* 8 cor *D*[1] ymnum *KRTMENX* 9 saecula amen *PKγHSRTEN* Explicit liber de sca uirginitate *fol. 166*[b] *C*, *fol. 107*[a] *M* Explicit liber sci Augustini de sca uirginitate deo gratias *fol. 49*[b] *P*, *fol. 55*[b] *H*, *fol. 43*[b] *A*, *fol. 48*[a] *G*, *fol. 46*[b] γ Explicit de sca uirginitate *fol. 129*[b] *K*, *fol. 143*[b] *S*, *fol. 103*[b] *X*, *fol. 72*[b] *B subscriptio abest a codd. IZREND*, *fol. 86* [a], *fol. 34* [a], *fol. 63* [a], *fol. 61*[a] *E*, *fol. 92*[b] *N*, *fol. 69*[a] *D* Explicit *fol. 49*[a] *T*

VII.

S. Aureli Augustini

de bono uiduitatis.

C = codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 13367 s. VI.
P = codex Palatinus n. 210 s. VII.
γ = codex Cluniacensis 30 (nou. acqu. 1448) s. VIIII.
I = codex Laudunensis n. 136 s. VIIII.
Z = codex Laudunensis n. 135 s. VIIII exeunt.
H = codex Coloniensis 78 s. VIIII—X.
A = codex Vindobonensis 1021 s. X.
B = codex Bernensis 162 s. XI.
D = codex Bambergensis III 18 s. XI.
T = codex Parisinus n. 16860 s. XI.
M = codex Monacensis 14491 s. XI.
E = codex Monacensis 15809 s. XII.
N = codex Monacensis 17057 s. XII.
X = codex Vindobonensis 849 s. XII.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1686.

VII.

DE BONO VIDUITATIS.

Augustinus episcopus, seruus Christi seruorumque Christi, religiosae famulae dei Iulianae in domino dominorum salutem.

I. 1. Ne petitioni tuae et in Christo dilectioni diutius essem debitor promissionis meae, arripui utcumque inter alias urguentissimas occupationes meas de professione sanctae uiduitatis aliquid ad te scribere, quoniam et praesentem me rogando onerasti et, cum tibi hoc non potuissem negare, saepe meum promissum litteris flagitasti. in quo sane opere nostro cum aliqua legeris ad tuam uel ad uestram, quae simul in Christo uiuitis, personam minime pertinere nec admonitioni uitae uestrae proprie necessaria, non ideo debebis superflua iudicare. istae quippe litterae quamuis ad te, non tamen tantummodo

2 Incipit de bono uiduitatis *fol. 195*^{b} *C* Sci Augustini ad Iulianam de uiduitate conseruanda (*manu post.*) *fol. 49*^{b} *P, fol. 47*^{a} γ Incipit de bono uiduitatis *fol. 91*^{b} *I, fol. 59*^{b} *Z* Incipit eiusdem ad Iulianam de uiduitate conseruanda *fol. 55*^{b} *H* Item sci Augustini incipit liber ad Iulianam de professione sanctae uiduitatis *fol. 43*^{b} *A* Incipit de bono uiduitatis *fol. 85*^{a} *B* Incipit eiusdem de sancta uiduitate *fol. 48 D* Incipit liber Augustini Aurelii de professione sanctae uiduitatis *fol. 49*^{a} *T* Incipit liber de bono uiduali *fol. 107*^{a} *M, fol. 61*^{a} *E; a codice N fol. 92*^{b} *subscriptio abest* Liber sci Augustini de bono uiduali *fol. 103*^{b} *X* 3 xpi *paene del. est C* xpi *B er. in IZ om. T* seruorum *CIZB* seruoꝝumque (*s.* oꝝum *add.* us ser) γ 5 petitione B^{1} peticioni *D* 6 urgentissimas $P\gamma I^{1}HA^{2}BDTMENXbd$ 7 meas *om. D* 8 et *om.* $P\gamma HADTMENX$ 9 honerasti $P\gamma^{2}TA^{2}$ honorasti $HMENX\gamma^{1}$ hoc tibi *MENX* promissum meum $P\gamma HADTMENX$ 10 nostro] non $PA\gamma HT$ *om. DENX* *** *M* 11 *alt.* ad *om. X* 12 ammonitioni $P\gamma HADMX$ 13 nostrę *T* propriae CP^{1} 14 iste *EX* litterae quippe *N* ad te] tibi *PAD TMENX*γ tamen *om. T*

tibi scribendae fuerunt, sed ut aliis quoque per te prodessent, non utique a nobis neglegendum fuit. quidquid ergo hic inueneris, quod uobis necessarium uel numquam fuerit uel iam non sit et tamen aliis esse perspexeris, nec habere te pigeat nec dare legendum, ut et tua caritas sit utilitas aliorum.

2. Cum igitur in omni quaestione, quae ad uitam moresque pertinet, non sola doctrina uerum etiam exhortatio sit necessaria, ut doctrina quid agendum sit nouerimus, exhortatione autem excitemur, ne pigeat agere quod agendum esse iam nouimus: quid ego amplius te doceam quam id quod apud apostolum legimus? sancta enim scriptura nostrae doctrinae regulam figit. ne audeamus sapere plus quam oportet sapere, sed sapiamus, ut ipse ait, ad temperantiam. sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei. non sit ergo mihi aliud te docere nisi uerba tibi doctoris exponere et de his quod dominus dederit disputare.

II. 3. Ait itaque apostolus, doctor gentium, uas electionis: dico autem innuptis et uiduis bonum esse illis, si sic permanserint sicut et ego. haec uerba ita intellegenda sunt, ut non existimemus uiduas non oportere innuptas dici, quia nuptias uidentur expertae; innuptarum enim

13 Rom. 12, 3 19 I Cor. 7, 8

1 per te quoque *bd* quoḍque *P* prode essent *P* 2 quicquid *IZγABMENX* his *X* 3 numquaę (*s.* ę *add.* m) *P* uel] et *X* 4 prospexeris *B* 6 aliorum] eorum γ 8 pertineat *AD* exhortatio (h *s. l.*) *PB* exhortacioni *T* 9 exortatione γ 10 excitetur *T* 11 ego] ergo *PγHADTMNX* apud *om. MENX* 12 scriptura (*semper* b) *CP* 13 regula *EX* figet *I*[1] 14 ad temperanciam ut ipse ait *T* 15 partitur *MENX* 16 ergo *om. MNX* aliud mihi *AD* te *om. PγADTMENX* tibi *om.* γ exponere doctoris *PγDTMENX* 17 exponere disputare *T* et *om. PγA*[1]*H* iis *bd* dederit dominus *MENX* 19 innubtis (*semper* b) *C* 20 et *om. B* itaque *MEN* itaque uerba *X* 21 non oportere *om. D* 22 experte γ expertae (*s. l.* expertas habere) *H* in nuptarum *M* innuptarum *X* enim] ergo *N*

nomine illas significat, quae non sunt nuptiis alligatae, siue fuerint siue non fuerint. quod alio loco aperit, ubi ait: diuisa est mulier innupta et uirgo. quando utique et uirginem adiungit, quid mulierem innuptam nisi uiduam uult intellegi? unde etiam deinceps uno innuptae nomine professionem utramque conplectitur dicens: quae innupta est, sollicita est ea quae sunt domini, quomodo placeat domino: quae autem nupta est, sollicita est quae sunt mundi, quomodo placeat uiro. innuptam certe non eam tantum intellegi uoluit, quae numquam nupsit, sed etiam eam, quae nuptiarum uinculo per uiduitatem liberata nupta esse destitit: nam ideo et nuptam non dicit nisi eam quae uirum habet, non etiam eam, quae habuit et non habet. quapropter uidua omnis innupta est; sed quia non omnis innupta uidua est — sunt enim et uirgines — ideo hic utrumque posuit, ubi ait: dico autem innuptis et uiduis; tamquam diceret: quod dico innuptis, non eis solis dico, quae uirgines sunt, sed eis etiam, quae uiduae sunt, bonum esse illis, si sic permanserint, sicut et ego.

III. 4. Ecce est bonum tuum ei bono conparatum, quod dicit apostolus suum, si fides adest, immo quia fides adest. breuis est ista doctrina nec ideo contemnenda, quia breuis: sed ideo facilius et carius tenenda, quia in breuitate non uilis. non enim qualecumque bonum hic commendaret apostolus, quod fidei nuptarum sine ulla ambiguitate praeposuit. quantum autem bonum habeat nuptarum fides, id est christia-

2. 6. I Cor. 7, 34 16 I Cor. 7, 8

1 illa *A* 2 aperuit *AD* ait] dicit $P_{\gamma}IZABDTMENX$ 3 *fin.* et *om. IZB* uirgines *MENX* 5 nomine innuptae *X* utranque *T* 6 quae—ea *om. T* 8 *alt.* quae] ea quae $P_{\gamma}HADTMENXbd$ que *I* 10 uolunt *B* que *P* 11 prp *H* 13 habet] habeat P^1 habe•t *C* 15 et *om. CIZB* 16 autem et *E* 17 etiam eis *bd* eis *om. T* 18 uidue *I* 20 bonum tuum est *B* ei] et *AT* 22 est enim *D* 24 quale•cumque *C* cõmendat *N* commemoraret γ 25 nuptiarum *DT* ulla *om. D* proposuit *EXN* 26 autem] enim *ENX* ••nuptarum γ religiosarum et christianarum *N*

narum et religiosarum coniugatarum, hinc intellegi potest. quod, cum de fugienda fornicatione praeciperet, ubi utique et coniugatos adloquebatur, nescitis, inquit, quia corpora uestra membra sunt Christi? tantum ergo bonum est fidelis coniugii, ut etiam ipsa membra sint Christi. hoc autem bono quoniam melius est bonum continentiae uidualis. non hac professione id agitur, ut aliquid plus sit catholica uidua quam membrum Christi, sed ut meliorem quam coniugata locum habeat inter membra Christi. dicit quippe idem apostolus: sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eosdem actus habent, ita multi unum corpus sumus in Christo. singuli autem alter alterius membra, habentes dona diuersa secundum gratiam quae data est nobis.

5. Ideo etiam cum moneret coniugatos, ne debito carnalis commixtionis fraudarent inuicem et per hoc alter eorum negato sibi debito coniugali per intemperantiam suam temptatus a satana in fornicationem prolaberetur, hoc autem dico, inquit, secundum ueniam, non secundum imperium. uolo autem omnes homines esse sicut me ipsum: sed unusquisque proprium donum habet a deo, alius sic, alius quidem sic.

IIII. Vides etiam coniugalem pudicitiam et tori christiani

3 I Cor. 6, 15 10 Rom. 12, 4—6 19 I Cor. 7, 6. 7

1 reliosarum *X* hic *PγHAD* 2 de *om. D* fugiendā *D*^{2} fugenda *X* fornicationē *D*^{2} 3 inquid *I* 4 xpi sunt *X* 5 fidelis (lis *semier.*) *X* ipsa *om. B*^{1} 6 bonū *B* quia *N* est *om. PγA DTMNX* in *E* bonum est *H* 7 hoc *AH* hanc *B* agatur *DB*^{1} 10 membra multa *N* membra *om. E* 12 habet *A* 16 cum moneret] cōmoneret *A* 17 conmixtionis γ frauderet *T* frauderent *EX* alter eorum] alterorum *PHAγD*^{1} alterutrorum *MENX* 18 temtatus *P* temptante (n *s. l.*) *H* 19 a *om. H* sathana *T* prolaberentur (n *s. l.*) *H* 20 inquid *C* 21 esse *om. PA* 22 habet a deo donum *H* habet donum *PγADTMENX* a] ex *X* 23 alius quidem sic alius uero sic *Zbd* alius sic alius sic alius sic *X* 24 christiani] xpi *PγHA om. MENX*

matrimonialem fidem donum esse et hoc a deo, ut illud, quod ultra liberorum procreandorum necessitatem modum concumbendi aliquatenus concupiscentia carnalis excedit, non nuptiarum sit hoc malum, sed ueniale sit propter nuptiarum bonum. non enim de coniugio, quod copulatur liberorum procreandorum causa et fide pudicitiae coniugalis et indissolubili, quamdiu ambo uiuunt, matrimonii sacramento, quae omnia bona sunt. sed de illo inmodico carnis usu, qui in infirmitate coniugum agnoscitur et interuentu boni nuptialis ignoscitur, ait apostolus: secundum ueniam dico, non secundum imperium. item cum dicit: mulier alligata est, quamdiu uir eius uiuit; quodsi mortuus fuerit uir eius, liberata est: cui uult nubat, tantum in domino. beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium, satis ostendit beatam esse in domino etiam post mortem uiri iterum nubentem fidelem, sed in eodem domino uiduam beatiorem: hoc est, ut scripturarum non tantum uerbis, uerum etiam exemplis loquar, beatam esse Ruth, sed Annam beatiorem.

6. Quapropter hoc primum oportet ut noueris, bono, quod elegisti, non damnari secundas nuptias, sed inferius honorari. nam sicut bonum sanctae uirginitatis, quod elegit filia tua, non damnat unas nuptias tuas, sic nec uiduitas tua cuiusquam secundas. hinc enim maxime Cataphrygarum ac Nouatianorum

11 I Cor. 7, 39. 40

1 fidem xpi *MENX* illud] aliud *PγADME* alius *H* 2 modicum *X* 3 aliquatinus *D om. MENX* 4 malum hoc *T* sit *om. T* 5 enim *om.* γ quod *om. N* 8 in *om. PγHDTMENX* 9 coniugium *X* coniugii *N* 12 uir eius *om. X* 14 permanserit (man *s. l. m. 2*) *B* 15 ostendit (dit *s. l.*) *P* 17 in scripturarum *X* 18 non *om. D* 19 beatiorem annam *X* 20 bonū *B* 21 damnari—non *om. CBIZ* damnaris *X* damna|| γ 22 tua] sua *A* 23 dampnat *I* unas] ſęçundas γ tuas *om.* γ cuiusdam *EX* 24 enim] ergo *N* catafrigarum *PγHABDTMENXI* ac] et *PABENX* nouaciano-rum *T* nauatienorum *M* nouitionorum B^1

haereses tumuerunt, quas buccis sonantibus, non sapientibus etiam Tertullianus inflauit, dum secundas nuptias tamquam inlicitas maledico dente concidit, quas omnino licitas apostolus sobria mente concedit. ab hac sanitate doctrinae nullius indocti, nullius docti disputatione mouearis; nec ita extollas bonum tuum, ut quod malum non est, tamquam malum crimineris alienum, sed tanto magis gaude tuo bono, quanto magis uides non tantum illo deuitari mala, sed quaedam bona etiam superari. mala sunt enim adulterium uel fornicatio.

V. Ab his autem inlicitis ualde longe est, quae uoti libertate se obstrinxit et sibi etiam licita ne licerent non imperio legis, sed consilio caritatis effecit. et bonum est pudicitia coniugalis, sed melius bonum est continentia uidualis. hoc ergo melius illius boni submissione honoratur, non illud bonum melioris huius laude damnatur.

7. Quod autem apostolus, cum caelibum et innuptarum commendaret fructum, quia cogitant quae sunt domini. quomodo placeant deo, subiecit et ait: hoc autem ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniciam, id est non ut uos cogam, sed ad id quod honestum est. non quia innuptarum bonum honestum dixit, ideo putare debemus turpe esse uinculum coniugale; alioquin etiam primas

2 cf. Tert. de exh. cast. c. 5 seqq. 18 I Cor. 7, 35

1 hereses *CPIZHABDME* non sapientibus (non sa *s. l. m. 2*) *P* 2 etiam (am *in fine uersus om*) *P* tertulianus (*semper* l) *A* intullianus *N* dum] tum *D* 3 quas—concedit *om. CIZBMENX* 4 nullus AB^1 5 nullus B^1 7 alienis *X* tuo] de tuo *Hbd om. X* uides *om. B* 8 mala ualent *B* etiam bona $P\gamma HADTMENX$ 10 liberat* (*supra* * *add.* a) *B* 11 obstringit *T* 12 efficit $PH^1\gamma AT$ *MENX* 13 est bonum *X* 14 bonis *I* summissione $CP\gamma IZAHD$ *MEX* sum''mis sione *T* 15 dampnatur *IZ* dedignatur (de *s. l.*) *B* 16 celibum *D* 17 dei *PADTMENX* 18 placeat C^1D^1 domino *D* 19 initiam $HAB^1\gamma$ 20 ad id] aliud *CIZ* est *om. N* 21 horter non quia (horter *s. l.*) *H* debemus] ei debemus $P\gamma HAD$ debemus ei *MEX* non debemus ei *N* deberemus *T* 22 conligare (*in ma.* coniugale) *B*

nuptias condemnabimus, quas nec Cataphryges nec Nouatiani nec disertissimus eorum astipulator Tertullianus turpes ausus est dicere. sed quemadmodum, cum ait: dico autem innuptis et uiduis bonum esse illis, si sic permanserint, utique bonum posuit pro meliore, quoniam omne, quod bono conparatum melius dicitur, etiam hoc procul dubio bonum est — nam quid est aliud quod ita dicitur melius, nisi quod magis bonum est? — nec ideo consequenter eum sensisse arbitramur malum esse, si nupserint, quoniam dixit: bonum esse illis, si sic permanserint, ita etiam cum ait: sed ad id quod honestum est, non matrimonium turpe esse monstrauit, sed quod honesto erat honestius generalis honesti nomine commendauit, quia honestius quid est, nisi quod magis honestum est? magis autem honestum utique honestum est. aperte quippe declarauit hoc esse bono illo melius, ubi ait: qui dat nuptum, bene facit; et qui non dat nuptum, melius facit, et hoc illo beato beatius, ubi ait: beatior autem erit, si sic permanserit. sicut ergo bono melius et beato beatius, sic honesto honestius est, quod honestum uoluit appellare. absit enim, ut turpe sit, unde loquens apostolus Petrus ait: uiri, uxoribus uestris tamquam uasi infirmiori et subiecto tribuite honorem quasi coheredibus gratiae, et illas adloquens

2 cf. Tert. de monog. et l. II ad uxorem 3 I Cor. 7, 8 16 I Cor. 7, 38. 40 21. I Petr. 3, 7

1 condemnauimus *Z* condemnamus *I* condemnabit P^1 catafryges *CIZ* catafriges $P\gamma HAB^2TD$ catafruges B^1 catafrigę *M* catafrige *ENX* nouaciani *T'* nouatini *X* 2 dissertissimus $\gamma ADTMEB^1$ desertissimus H^1 adstipulator $P\gamma HA$ tertulianus *AB* 3 quemammodum *PA* nuptis D^1 ñ nuptis *X* 4 illis *om. N* 7 nam— est *om.* B^1 9 arbitramus *T* dixi *T* 10 esse] est $P\gamma TMENX$ *om. AD* 11 est esse *T* 12 quod *s. l. T* honesto] honestum $P\gamma HATMENX$ 13 honestius (i *s. l. m. 2*) *B* 14 est honestum *AD* 15 illud *BD* 17 nuptum *om. ENX* per hoc *N* 18 permanserint *N* sicut ergo] sut et ego P^1 sicut et ego $P^2\gamma HADTMENX$ 19 sic] si *AD* honestus *A* 22 uaso $P\gamma H^1AB^1MEX$ tribuit *E*

subditas esse uiris suis exemplo Sarrae adhortatur; nam sic quaedam, inquit, sanctae mulieres, quae in deum sperabant, ornabant se, obsequentes uiris suis, quomodo Sarra obaudiebat Abrahae, dominum illum uocans, cuius factae estis filiae benefacientes et non timentes ullam perturbationem.

VI. 8. Vnde et illud, quod de innupta Paulus apostolus dixit: ut sit sancta et corpore et spiritu, non sic accipiendum est, quasi nupta fidelis et casta et secundum scripturas subdita uiro non sit sancta corpore, sed tantummodo spiritu. fieri enim non potest, ut sanctificato spiritu non sit sanctum etiam corpus, quo sanctificatus utitur spiritus. sed ne cuiquam nos potius argumentari quam hoc diuino eloquio probare uideamur, quoniam Petrus Sarram commemoraturus, sanctae, inquit, mulieres tantummodo, non ait 'et corpore', illud eiusdem Pauli consideremus, ubi prohibens fornicationes ait: nescitis quia corpora uestra membra sunt Christi? tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? absit. audeat ergo aliquis dicere membra Christi sancta non esse; aut uero audeat a membris Christi fidelium coniugatarum corpora separare. unde etiam paulo post ait: corpus uestrum templum in uobis est spiritus sancti, quem habetis a deo, et non estis uestri? empti enim estis pretio magno. corpus fide-

1 I Petr. 3, 5 8 I Cor. 7, 34 17 I Cor. 6, 15 22 I Cor. 6, 19. 20

1 suis uiris P_1ADT sare T sarae $D^2X^2IZMENbd$ oręta˜ B si B 2 quidam C inquid C in deum sperabant *om.* P_1HADT *MENX* 3 hornabant Z uiris suis obsequentes *MEN* uiris suis et obsequentes X 4 sara *MENXbd* oboediebat $P_1HADTMENXbd$ illum] eum $P_1HDTMENX$ eius A 5 facte B filie I 7 quod *om.* PA 8 et *pr. om.* B 11 enim *om.* T 12 quod IZ sanctificato D spiritus] xps N 13 ne cuiquam] ne inquâ B eloquia E 14 sacram sarram D commemorans $P_1IZHADTMENXbd$ 16 considemus X 19 membra mẹmbrą P 20 non esse sancta D aut] at A a *om.* γ 21 coniugatorum T corporum T 23 quam IZ 24 emti PH^1 enim *om.* $HADT$ magno pretio PHA

lium et membra Christi esse dixit et templum spiritus sancti. ubi profecto utriusque sexus fideles intelleguntur. ibi ergo sunt nuptae ibi et innuptae; sed distinctae meritis et tamquam membris membra praelata, quorum tamen neutra sint a corpore separata. quod igitur de innupta loquens ait: ut sit sancta et corpore et spiritu, ampliorem innuptarum et in corpore et in spiritu sanctificationem intellegi uoluit, non corpus nuptarum omni sanctificatione priuauit.

9. Disce itaque bonum tuum, immo memento quod didicisti. bonum tuum plus laudari, quia est aliud bonum, quo sit hoc melius, quam si aliter hoc bonum esse non posset, nisi illud malum esset aut omnino non esset. habent oculi in corpore magnum honorem; sed minorem haberent, si soli essent et alia minoris honoris membra non essent. in caelo ipso sua luce sol lunam superat, non uituperat, et stella ab stella differt in gloria, non dissidet in superbia. ideo fecit deus omnia, et ecce bona ualde: non tantum bona, sed etiam ualde, non ob aliud, nisi quia omnia. nam et per singula opera dicebatur: uidit deus quia bonum est. ubi autem omnia nominata sunt, additum est ualde et dictum est: uidit deus omnia quae fecit, et ecce bona ualde. meliora enim quaedam singula quam alia singula; sed meliora simul omnia quam quaelibet singula. Christi itaque doctrina

5 I Cor. 7, 34 15 cf. I Cor. 15, 41 16 Gen. 1, 31

1 templum *om.* *X* 3 nuptae *P* *post* innuptae *uocab. er.* *B* sed distinctae *in mg.* *B* meṇtis (*s.* ṇ *add.* ri) *Z* 4 membra membris *E* prolata *E* sunt B^1 a *om.* γ*T* corpa *T* 5 quid *EX* igitur] ergo *N* 6 ampliorem—corpore *in mg. inf.* *H* 7 in *om.* *B* et in spiritu *om.* *H* 8 omnino *HENX* priuabit *E* 9 bonum tuum *om.* *IZ* tuum *om.* *N* immo memento] in momento *P* in memento γ quid CB^1 didicisti] dicis tibi γ 10 plus] amplius *T* *om.* *X* quoḍ *A* quod *T* 11 quam si] quasi *MENX* quā sic *T* 12 habent igitur *X* magnum honorem in corpore *D* 14 ipsa *PγADMENXT* sue *T* *om.* *X* 15 et *om.* *PγHADTMENX* a *E* 17 non—ualde *om.* *CIZB* 18 ob] ab *X* et *om.* *E* 20 hęc omnia *MENX* sed additum *X* 22 melior γ quam alia singula *om.* γ 23 quaelibet] libet *D* te *ante* doctrina *leg.* *PγHADTMENX*

sana in eius corpore sanam te faciat per eius gratiam, ut id. quod aliis melius habes in corpore et spiritu, idem ipse spiritus, qui corpori dominatur, nec extollat insolenter nec discernat inscienter.

10. Nec quia dixi Ruth beatam, Annam beatiorem, cum illa bis nupserit, haec uniuira cito uiduata diu uixerit, continuo etiam te meliorem putes esse quam Ruth.

VII. Alia quippe propheticis temporibus sanctarum feminarum dispensatio fuit, quas nubere oboedientia, non concupiscentia conpellebat, ut propagaretur populus dei, in quo praemitterentur prophetae Christi, cum et ipse populus per ea. quae in figura contingebant in illis, siue in his qui scirent siue in his qui illa nescirent, nihil aliud esset quam propheta Christi, ex quo nasceretur etiam caro Christi. ut ergo ille populus propagaretur, maledictus habebatur per legis sententiam, qui non suscitaret semen in Israhel. unde et sanctae mulieres accendebantur non cupiditate concumbendi, sed pietate pariendi, ut rectissime credantur coitum non fuisse quaesiturae, si proles posset aliter prouenire, et uiris usus plurium uiuarum concedebatur uxorum. cuius rei non concupiscentiam carnis, sed prouidentiam generationis fuisse causam illud ostendit, quod sicut sanctis uiris habere plures uxores uiuas, non ita etiam sanctis feminis licebat misceri maritis pluribus uiuis, quoniam tanto essent turpiores, quanto magis adpeterent, unde non essent fecundiores. proinde sancta Ruth.

12 cf. I Cor. 10, 11 15 cf. Deut. 25, 5—10

2 in spiritu *IZ*^{2} 3 spiritus tuus $P\gamma HADNMENXbd$ ne *I* 5 dixit γ cū *A* 6 uni uiro *CIZBDMEN* uno uiro *ATXbd* diu uixerit] adiunxerit *Z* adiuxerit *I* 7 te etiam *IZBE* 9 omnia oboedienda *T* 10 conpellabat C^1A premitterentur *P* pmitterentur *X* 12 in *med. om.* $P^1ABDMENX$ illis *om.* P^1 siue—scirent *om. X* 13 quę BD^1 illi *B* nesciret *X* essent *CIZ* esse *X* 14 prophetia $N\gamma^2$ etiam nascetur *N* 15 populus ille *T* 16 in *om. PHAMEXT* 17 accendebatur D^1 19 posse taliter γ alter B^1 20 plurimarum *BDTMENXbd* plurimum $P\gamma HA^1$ concebatur *X* 22 uiris sanctis *bd* uiris *om. EX* 23 feminis etiam *B* 25 apeterent *B*

cum semen, quale illo tempore necessarium fuit, in Israhel non haberet, mortuo uiro quaesiuit alterum, de quo haberet. hac itaque bis coniugata ideo Anna uniuira uidua beatior fuit, quia et prophetissa Christi esse meruit. quam credendum est, etiamsi filios nullos habuit — quod quidem scriptura reticendo reliquit incertum — eo spiritu praeuidisse Christum ex uirgine proxime esse uenturum, quo potuit agnoscere et paruulum: unde merito etiam sine filiis, si tamen eos non habuit, secundas nuptias recusauit, quia nouerat iam tempus esse, quo Christo non officio pariendi, sed studio continendi nec coniugalibus fetandis uisceribus, sed castificandis uidualibus moribus melius seruiretur. si uero etiam sciebat Ruth per suam carnem propagari semen, unde Christus carnem fuerat habiturus, et huic scientiae nubendo exhibuit ministerium, non audeo iam dicere beatiorem fuisse Annae uiduitatem quam illius fecunditatem.

VIII. 11. Tu autem, quae et filios habes et eo saeculi fine uiuis, quo iam tempus est non mittendi lapides, sed colligendi, non amplectendi, sed continendi ab amplexu — cum clamet apostolus: hoc autem dico, fratres: tempus breue est; reliquum est, ut et qui habent uxores, tamquam non habentes sint — profecto, si secundas nuptias adpetisses, nullum prophetiae uel legis obsequium, nullum prolis saltem carnale desiderium, sed solius incontinentiae fuisset indicium. fecisses enim, quod ait

18 cf. Eccle. 3, 5 20 I Cor. 7, 29

2 in mortuo *PγHADTMNX* alterius *B* 3 haec *A* uniuira *C*¹*PγH:* uniuiro *C*²*IZABDMENX* uno uiro *T* uiduata *TD*² 6 reliquid *C*¹ relinquit *P*¹ eos *γ* ex *om. P*¹ 7 quę *B* puit *T* paruolum *γ*¹*P* 10 quod *HAMEX* non] nec *N* 11 fecundis *P*¹ castifidis *I* castigandis *TX* 12 seruaretur *γ om. X* 13 carnem xps *X* carnem] corpus *B* 15 anne *P*¹ animę *I* 17 *alt.* et *om. PAD* eo saeculi] in eo saeculi *Dbd* in saeculi *H*²*TMENX* 18 finem *C*¹ quoḍ *P* est *om. PγHADT* 19 ampletendi *B*¹ sed continendi *om. AD*¹ 21 reliqum *P*¹ et *om. X* 23 prophetiae] profeccione *T* 24 legis *om. EX* saltim *γMX*

apostolus, cum dixisset: bonum esse illis, si sic permanserint sicut et ego; continuo quippe addidit: quodsi se non continent, nubant; malo enim nubere eas quam uri. hoc enim dixit, ut effrenatae libidinis malum non praecipitaretur in turpitudinem flagitiorum, cum exciperetur honestate nuptiarum. gratias autem domino, quoniam peperisti quod esse noluisti et uirginitas prolis tuae conpensauit dispendium uirginitatis tuae; nam diligenter interrogata doctrina christiana et primas nuptias iam isto tempore, nisi incontinentia sit inpedimento, contemnendas esse respondet. qui enim dixit: si se non continent, nubant, potuit dicere: si filios non habent, nubant, si post resurrectionem praedicationemque Christi, quando iam ex omnibus gentibus filiorum spiritaliter gignendorum tanta suppetit copia, tale officium esset ex carne filios propagare, quale primis temporibus fuit. et quod alibi dicit: uolo igitur iuniores nubere, filios procreare. matres familias esse, nuptiarum bonum apostolica sobrietate et auctoritate commendat, non procreandi officium etiam eis, quae continentiae bonum capiunt, tamquam ad obsequellam legis inponit. denique cur hoc dixerit, pandit, cum adiungit et dicit: nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia; iam enim quaedam conuersae sunt retro post satanan, ut his uerbis eius intellegamus eas, quas nubere uoluit, melius potuisse continere quam nubere.

1 1 Cor. 7, 8. 9 11 I Cor. 7, 9 16 I Tim. 5. 14 21 I Tim. 5, 15

1 est *T* 2 continue *X* 3 nubent C^1 mallo $C\gamma$ enim] ergo *N* eas nubere $P\gamma HADTMENXbd$ eos *CIZ* 4 uiri *T* libidis B^1 6 honeste P^1 7 uirginitatis *E* tua *CIZ* compessauit *T* 9 incontinentiae *H* 10 contennenda *T* 11 non *om. I* continent (con *s. l. m. 2*) *P* 12 nubant *om. ADT* post] potest *I* 13 quamdo *T* iam *om T* ex *om. bd* spiritualiter *T* 14 iam ex *X* 17 familias matres *T* 18 procreando *X* 19 eius *X* qui $P\gamma HADTMENX$ ad] et *I* obsequelam $C^2IZH^2B^1DTMENXbd$ 20 īponit (I *s. l.*) *A* 23 sathanam *T* satanam *Bbd* eius *om D* 24 quas *om. X* potuisse—melius nubere *om. γ* posse *PHADMENX* ’pse = post se *T*

sed melius nubere quam retro ire post satanan, id est ab excellenti illo uirginalis uel uidualis castitatis proposito in posteriora respiciendo cadere et interire. proinde quae se non continent, nubant, antequam continentiam profiteantur, antequam deo uoueant: quod nisi reddant, iure damnantur. alio quippe loco de talibus dicit: cum enim in deliciis egerint in Christo, nubere uolunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem inritam fecerunt, id est uoluntatem ad nuptias a proposito continentiae deflexerunt. irritam quippe fecerunt fidem, qua prius uouerant quod perseuerantia inplere noluerunt. nuptiarum igitur bonum semper est quidem bonum; sed in populo dei fuit aliquando legis obsequium, nunc est infirmitatis remedium, in quibusdam uero humanitatis solacium. filiorum quippe procreationi operam dare non canino more per usum promiscuum feminarum, sed honesto ordine coniugali non est in homine inprobandus affectus; etiam ipsum tamen laudabilius transcendit et uincit caelestia cogitans animus christianus.

VIIII. 12. Sed quoniam, sicut ait dominus, non omnes capiunt uerbum hoc, quae potest ergo capere, capiat et quae se non continet, nubat; quae non coepit, deliberet; quae adgressa est, perseueret; nulla aduersario detur occasio, nulla Christo subtrahatur oblatio. in coniugali quippe uinculo si pudicitia conseruatur, damnatio non timetur; sed in uiduali et uirginali continentia excellentia muneris amplioris expetitur:

6 I Tim. 5, 11 19 Matth. 19, 11

1 post satanam ire *Hbd* ire—proposito *om. X* satanam *TENbd* 2 illo excellenti illo *PγH* illo excellenti illi *A* illo excellenti *DMENXbd* uirginali *γHAED*^{1} in] ire post *X* 4 continentiṇęṇṭ *P* 5 reddat *X* 6 delitiis *I* 7 dampnationem *I* 9 uoluntate *CB*^{2}*γ* defluxerunt *IZB* 10 inritam *P* quam *IZBH*^{1} quia *N* perseueranter *I* perseuerantiam *X* 13 est *om. MN* 14 procreatione *C*^{2}*I*^{1}*Z* 15 conino *H*^{1} 16 p̄probandus *N* improbus *T* effectus *AD* 20 ergo potest *BMENX* ergo *om. P*^{1} et *om. PγHADTMENX* 22 est *om. N* detur occasio aduersario *T* 23 xp̄i *CIZB:* xpo *PγHADTMENXbd* 24 construatur *CIBZ* 25 in uirginali *T*

qua expetita et electa et uoti debito oblata iam non solum capessere nuptias, sed etiamsi non nubatur, nubere uelle damnabile est. nam ut hoc demonstraret apostolus. non ait: cum in deliciis egerint in Christo, nubunt, sed, nubere uolunt habentes. inquit, damnationem, quoniam primam fidem inritam fecerunt etsi non nubendo, tantum uolendo: non quia ipsae nuptiae uel talium damnandae iudicantur, sed damnatur propositi fraus, damnatur fracta uoti fides, damnatur non susceptio a bono inferiore, sed ruina ex bono superiore; postremo damnantur tales, non quia coniugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentiae primam fidem inritam fecerunt. quod ut breuiter insinuaret apostolus. noluit eas dicere habere damnationem, quae post amplioris sanctitatis propositum nubunt — non quia non damnantur. sed ne in eis ipsae nuptiae damnari putarentur — sed, cum dixisset: nubere uolunt, continuo addidit: habentes damnationem, et dixit quare: quoniam priorem fidem inritam fecerunt, ut uoluntatem, quae a proposito cecidit, appareat esse damnatam, siue subsequantur nuptiae siue desint.

X. 13. Proinde qui dicunt talium nuptias non esse nuptias. sed potius adulteria, non mihi uidentur satis acute ac diligenter considerare quid dicant; fallit eos quippe similitudo ueritatis. quia enim coniugium Christi dicuntur eligere quae

4 I Tim. 5, 11. 12 16 I Tim. 5, 11. 12

1 qua *Tbd:* quae *CPγHAIZBDMENX* expedita *IZ* debito *om.* γ oblato *CIZB* solum (ol *m. 2 s. l.*) *B* 2 nubat *B* 3 est damnabile *N* 4 delitiis *IZ* delicis P^1 5 inquid *C* 6 etsi] sed si *PγADNH* tantum] tamen *MNX* sed tantum (sed *add. m. 2*) *BII* 7 ipse *AE* talium] alium *IZ* dāp' *X* 8 fracti *D* 9 sed damnatur *N* ex] a *D* 13 *litteris* dā *finitur cod. T fol. 62ᵃ* quae] quoniam *ENX* 14 non *alt. om. PDAHγ* damnentur *N* 15 ne *om. PADᵛHγ* 17 dixit *om. MENX* primum P^1 18 ut *om.* γ caecidit *C* 19 appareat *om.* γ diꝫ esse (diꝫ *s. l.*) γ 21 dicunt (n *s. l.*) *M* 22 acutae *C* 23 considerate *E* similitudine $P_\gamma AH^1$ 24 dicunt *X*

christiana sanctitate non nubunt, hinc argumentantur quidam dicentes: si uiro suo uiuo quae alteri nubit, adultera est, sicut ipse dominus in euangelio definiuit, uiuo ergo Christo, cui mors ultra non dominatur, quae coniugium eius elegerat. si homini nubit, adultera est. qui haec dicunt, acute quidem mouentur, sed parum adtendunt hanc argumentationem quanta rerum sequatur absurditas. cum enim laudabiliter etiam uiuente uiro ex eius consensu continentiam femina Christo uoueat, iam secundum istorum rationem nulla hoc facere debet, ne ipsum Christum, quod sentire nefas est, adulterum faciat, cui uiuente marito nubit. deinde cum primae nuptiae melioris sint meriti quam secundae, absit, ut sanctarum uiduarum iste sit sensus, ut Christus eis uideatur quasi secundus maritus; ipsum enim habebant et antea, quando uiris suis fideliter subditae seruiebant, non carnaliter, sed spiritaliter uirum: cui ecclesia ipsa, cuius membra sunt, coniux est, quae fidei, spei, caritatis integritate non in solis uirginibus sanctis, sed etiam in uiduis et coniugatis fidelibus tota uirgo est. uniuersae quippe ecclesiae, cuius illa omnia membra sunt, apostolus dicit: aptaui uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. nouit autem ille coniugem uirginem sine corruptione fetare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare. fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsarum a sancto proposito

3 cf. Matth. 19, 9 4 cf. Rom. 6, 9 20 II Cor. 11, 2

1 hic γ quiddam $PH\gamma$ 2 alteri] adulteri Z a**lteri I 3 ait *corr. m. al. in* definiuit P designauit D^2 uiuo] uiro N 4 dominabitur $NEMX$ 5 eligerat IZB adutera X hoc *bd* acutę I acutae γ^1 7 sequantur X 9 nullo CZ nullã D 10 decet D adulterium $PHX\gamma^1A^1$ 11 cui] cũ B uiro uiuente D marito] uiro $P\gamma HA$ $MENX$ *om. D* 12 meliores X uiduarum] feminarum $PHAMENX$ 13 eis] eius BX 14 quando] quã E 15 seruiebant subditae *bd* non se N 16 uirum] utrum N coniunx IZB 17 spei et D 20 ait X optaui A^1 uiro *om.* P^1 21 exhibe E coniugem *om.* X 22 fętare D 23 minus per hanc B 24 a sancto—feminarum *om.* γ

feminarum, si nupserint, non esse coniugia, non paruum malum, ut a maritis separentur uxores, quasi adulterae sint, non uxores; et cum uolunt eas separatas reddere continentiae, faciunt maritos earum adulteros ueros, cum suis uxoribus uiuis alteras duxerint.

XI. 14. Quapropter non possum quidem dicere a proposito meliore lapsas, si nupserint, feminas adulteria esse, non coniugia, sed plane non dubitauerim dicere lapsus et ruinas a castitate sanctiore, quae uouetur domino, adulteriis esse peiores. si enim, quod nullo modo dubitandum est, ad offensionem Christi pertinet, cum membrum eius fidem non seruat marito, quanto grauius offenditur, cum illi ipsi non seruatur fides in eo quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum! cum enim quisque non reddit, quod non imperio conpulsus, sed consilio commonitus uouit, tanto magis fraudati uoti auget iniquitatem, quanto minus habuit uouendi necessitatem. haec ideo disputo, ne arbitreris uel secundas nuptias crimen esse uel quascumque nuptias, cum sint nuptiae, malum esse. non itaque illas abs te damnatas uelis esse, sed spretas. bonum ergo continentiae uidualis luculentius decet, cum pro illo uouendo et profitendo possunt contemnere feminae quod et libet et licet; sed post uoti professionem perseueranter frenandum et uincendum est quod libet, quia iam non licet.

XII. 15. De tertiis et de quartis et de ultra pluribus nuptiis

1 non esse] sine *B* coniugibus *B* parum *IZX* 2 ut *om.* ϒ sinjųt (*exp. m. al.*) *P* 3 et non *D* continentiae reddere *D* 4 adulterios *Z* aduteros *X* ueros] uiros *CIZϒAB* uxoribus suis *B* 6 a *om. AD* a proposito] apposito *X* 7 labsas *C* adulteria—lapsus *om. D* 8 dubitarim *X* labsus *C* lapsis *H* et *om. X* ruinis H^1 9 sanctiorem *X* uocetur A^1 deo $P\gamma HAMENX$ adulteros $P\gamma H$ adulteris $MEXD^1A^1$ 11 eius] xpi *MENX* 13 exegit C^1 exigerat C^1PA 15 communitus *IZ* ɲouit (*s.* ɲ *add.* u) *C* 17 ne] ñ *X* 18 uel—esse *om. CIZB* qualescumque *N* 19 spr̥aetas *P* pretatas (*alt.* ta *s. l.*) *H* 20 uidualis continentiae *D* 21 uouendo] mouendo $P\gamma H^1AD$ uolendo *I* uiuendo *B* 23 est *om.* P^1 licet] libet *E* 24 *alt.* de *om. MENX* quartis nuptiis *E* nuptiis *in mg. E*

solent homines mouere quaestionem. unde ut breuiter respondeam, nec ullas nuptias audeo damnare nec eis uerecundiam numerositatis auferre. sed ne cuiquam breuitas huius responsionis meae forte displiceat, uberius disputantem reprehensorem meum audire paratus sum. fortassis enim adferat aliquam rationem, quare secundae nuptiae non damnentur, tertiae damnentur. nam ego, sicut in exordio sermonis huius admonui, non audeo plus sapere quam oportet sapere. quis enim sum, qui putem definiendum, quod nec apostolum uideo definisse? ait enim: mulier alligata est, quamdiu uir eius uiuit; non dixit: primus aut secundus aut tertius aut quartus; sed, mulier, inquit, alligata est, quamdiu uir eius uiuit; si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est. cui uult nubat, tantum in domino; beatior autem erit, si sic permanserit. quid huic sententiae, quantum ad hanc rem adtinet, addi uel detrahi possit, ignoro. deinde ipsum quoque apostolorum ac nostrum magistrum et dominum audio Sadducaeis respondentem, cum proposuissent mulierem non uniuiram uel biuiram, sed, si dici potest, septiuiram in resurrectionem cuius futura esset uxor. increpans enim eos ait: erratis, non scientes scripturas neque uirtutem dei. in resurrectione enim nec nubent nec uxores ducent; non enim incipient mori, sed erunt aequales an-

8 cf. Rom. 12, 3 10 I Cor. 7, 39. 40 17 cf. Matth. 22, 23—30

1 ut] et *AD*¹ 2 eis] eius *X* 4 forte *om. MNX* uberius *in ras. m. 2 D* repraehensorem *C* 5 adferat *CB*¹ afferat *IZB*² affert *PγHADMENXbd* 6 nuptiae secundae *N* 7 ammonui *PAMEXγ* 8 sapere *alt. om. X* 9 putẽṇṭ (*corr. m. 2*) *B* diffiniendum *BD* apostoluṣ (*supra* ṣ *add.* m) *P* 10 diffinisse *D* mulier *om. CIZB* 11 non—uiuit *om. ADX* 12 quartus] quotuslibet *PγHMEN* 13 autem] aut *A* 14 in domino *om. N*¹ 17 dehinc *D* ipsi'* *B* apostolum *CIZ* apostoli* *B* nostrorum *PγAD* 18 sadduceis *PγHADM* saduceis *BENX* 19 uel] sed *N om. I* biuiram *om. I* si *om. D*¹ 20 resurrectione *A*²*HNXbd* factura *A* enim *om. HMENX* 21 non scientes] nescientes *ADMXN* 22 neque nubent *N* ducunt *IZB*¹ ducent uxores *N*

gelis dei. eorum itaque resurrectionem commemorauit, qui resurgunt ad uitam, non qui resurgunt ad poenam. potuit ergo dicere: erratis, nescientes scripturas neque uirtutem dei; in illa enim resurrectione multinubae istae esse non poterunt, deinde addere: quia nec aliqua ibi nubit. sed nec ipse, ut uidemus, tot maritorum mulierem ulla suae sententiae significatione damnauit. quapropter nec contra humanae uerecundiae sensum audeo dicere, ut, quotiens uoluerit, uiris mortuis nubat femina, nec ex meo corde praeter scripturae sanctae auctoritatem quotaslibet nuptias audeo condemnare. quod autem dico uniuirae uiduae, hoc dico omni uiduae: beatior eris, si sic permanseris.

XIII. 16. Nam et illud non insipienter proponi solet, ut dicat qui potest, quaenam uidua meritis praeferenda sit: utrum uniuira, quae cum uixisset diutius cum marito, filiis procreatis saluisque uiduata continentiam professa est, an ea, quae adulescentula intra duos annos amissis duobus uiris nullis· ad consolationem extantibus liberis continentiam deo uouit et in ea perseuerantissima sanctitate consenuit. hic se exerceant, si possunt, disputando et nobis aliquid demonstrando, qui de numero uirorum, non de ipsius continentiae uiribus pensant merita uiduarum. si enim dixerint illi biuirae illam uniuiram esse praeferendam, nisi adtulerint spiritalem aliquam rationem uel auctoritatem, profecto inuenientur uirtuti

2 resurgent $P\gamma HADMENXbd$ resurgent $P\gamma HADMNXbd$ 4 multinuptae D multi Nuptae A non poterunt esse E potuerunt HA 5 ipsae $C^1\gamma$ ipsā C^2IZBbd 6 mulierem] numerum D ullae γ sententiae suae X 8 audio P^1 quoties $XHDbd$ uolueris X 10 quaslibet $P\gamma HADMENX$ contempnare E autem] enim ENX 11 uniuiri AD sic si B^1 12 permanser P^1 13 et] ut $P\gamma A$ praeponi $P\gamma AN$ 15 uniuirā X 16 an *om.* X 17 adoliscentula γ 18 exspectantibus γ 19 uiuit C^1A 20 possent B^1 et *om.* X aliquit I 21 uiuorum I 22 dixerint *om.* $P\gamma HADMENX$ 23 praeferendam (censueř N) censuerint $HMEXN$ praeferendam putant D spalē NEX specialem bd 24 inueniuntur $P\gamma HADMENX$ uirtute D animi uirtutem D

animi non maiorem uirtutem animi, sed carnis felicitatem anteponere. ad felicitatem quippe carnis pertinuit et diu cum uiro uiuere et filios procreare. sed si non eam ob hoc praeponunt, quia filios habuit, id ipsum certe, quod diu cum uiro uixit, quid aliud quam carnis felicitas fuit? meritum porro Annae illius eo maxime commendatur, quia cum tam cito extulisset uirum, per prolixam aetatem suam diu cum carne conflixit et uicit. sic enim scriptum est: et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: haec processerat in diebus multis et uixerat cum uiro suo annis septem a uirginitate sua; et haec uidua usque ad annos octoginta quattuor, quae non discedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus seruiens nocte ac die. uides, quemadmodum sancta uidua non solum eo praedicatur, quod uniuira fuerit, uerum etiam quod paucos annos cum marito uixerit a uirginitate sua et uidualis continentiae munus usque ad tantam senectutem tanta pietatis seruitute perduxerit.

XIIII. 17. Constituamus igitur ante oculos nostros uiduas tres habentes singula eorum, quae huic inerant omnia: unam ponamus uniuiram, cui desit et tanta prolixitas uiduitatis, quod diu cum marito uixerit, et tantum studium pietatis, quod non ita ieiuniis et obsecrationibus seruiat; alteram, quae post prioris mariti breuissimam uitam etiam secundum cito amiserit et diuturna aetate sit uidua, sed etiam ipsa non tantum det operam ieiuniorum et obsecrationum religiosissimae

8 Luc. 2, 36. 37 23 cf. Luc. 2, 37

2 anteponere et̨ (*m. 2 exp.*) *B* pertenuit γ 3 si *om. D* ob] ab *I* proponunt *AENX* 7 extulissent *H* exulissent *EX* per *om. DN* cum *om.* γ 9 fanuel *CIZABDE* fanuhel *PγH* asser *HBEX* 11 erat uidua *E* 12 non] nec *X* 13 die ac nocte *MENX* 14 quemammodum *P* quã admodum *B* uidua sancta *D* 17 tantẽ B^1 saenectutem *C* 18 produxerit *E* 20 earum *D* erant *PγADMENX* 21 et *om. D* pietatis prolixitas *I* 23 obsacrationibus *X* seruiebat *D* seruiat (*s. l.* ł erit) *Z* altera *X* 25 tantam *PAMbd* 26 religiosissime $C\gamma P^1$

seruituti; tertiam, quae non solum duos uiros habuerit, sed etiam cum ambobus singillatim uel cum aliquo eorum diutius uixerit et posteriore aetate uiduata, in qua quidem si nubere uoluisset, posset et filios procreare, suscepit continentiam uidualem, sed plus intenta in deum plus sit sollicita quae illi placeant actitare, nocte et die sicut Anna ieiuniis et obsecrationibus seruiens. si contendatur, quaenam istarum sit meritis potior, quis non uideat in hoc certamine palmam dandam esse maiori feruentiorique pietati? ita et si tres aliae constituantur, quibus illarum trium bina insint, singula desint, quis dubitet eas meliores fore, quibus praepollentius fuerit in suis bonis duobus pia humilitas, ut alta sit pietas?

18. Nulla quidem istarum sex uiduarum tuae normae adaequatur. tu enim, si hoc uotum ad senectutem usque perduxeris, omnia tria potes habere, quibus Annae meritum excelluit; nam et unum uirum habuisti et non diu tecum uixit in carne. ac per hoc, si exhibueris oboedientiam uerbis apostoli dicentis: quae autem uere uidua est et desolata, sperauit in dominum et persistit in orationibus nocte et die, atque illud quod sequitur sobria uigilantia deuitaueris: quae autem in deliciis agit, uiuens mortua est, omnia illa tria bona, quae Annae fuerunt, et tua erunt. tibi autem sunt et filii, quos forte illa non habuit; nec ideo laudanda es,

6 cf. Luc. 2, 37 18 I Tim. 5, 5. 6

2 etiam *om.* γ singulatim *B* singilatim *M* 3 uiduata aetate *B* 4 suscepit *codd.*: susceperit *bd* 5 deum—Anna *om. X* 6 illi *om. D* ac die *HD* die ac nocte *bd* 7 sit istarum *X* 9 et] est *PAD om. MENX* si *om. CIZ* aliae tres γ 10 constuantur *P*, ex construantur *effect.* constituantur *A* illorum $P\gamma HADMENXbd$ singulae $P\gamma D^1MNA^1$ singule *EX* 11 quibus *N* et eas $P\gamma HADMENX$ 12 humitas *X* 13 sex] sexu $P\gamma HADMENX$ tuae *om. CB* adaequantur *CIZB* 14 enim] autem *D* si] in *CIZ* 17 hac *I* ac *Z* exibueris *IZX* 18 qui *A* sperabit γHDP^2MENXb speret *A* 19 deum γAD persistet $P^3\gamma MENXb$ persistat *B* oratione *A* die ac nocte γ ac die *Hbd* 20 adque C^1 debitaueris $P\gamma H^1D^1$ 21 agit] ait *X* 22 tuę E^1

quia eos habes, sed quia pie nutrire atque educare studes. ut enim tibi nascerentur, fecunditatis, ut uiuant, felicitatis est; ut autem sic instituantur, uoluntatis et potestatis. in illis tibi homines gratulentur, in hoc te imitentur. Anna per propheticam scientiam cognouit apud matrem uirginem Christum; te euangelica gratia fecit matrem uirginis Christi. illa itaque sancta uirgo, quam Christo uolentem et petentem obtulistis, uidualibus auiae matrisque meritis addidit aliquid de merito uirginali. non enim nihil inde habetis, quae hanc habetis, et in illa estis, quod in uobis non estis. nam ut sancta uirginitas adimeretur nubentibus uobis, ideo factum est, ut nasceretur ex uobis.

XV. 19. Haec itaque de meritis diuersis coniugatarum diuersarumque uiduarum hoc opere non disputarem, si id, quod ad te scribo, tibi tantummodo scriberem. sed quoniam sunt quaedam in hoc genere sermonis difficillimae quaestiones, aliquid amplius quam quod ad te proprie pertinet dicere uolui propter quosdam, qui sibi docti non uidentur, nisi alienos labores non iudicando conentur discutere, sed lacerando conscindere; deinde ut etiam tu ipsa non solum serues, quod uouisti, et in eo bono proficias, uerum etiam diligentius firmiusque noueris idem bonum tuum non a malo nuptiarum distingui, sed bono nuptiarum anteponi. nam qui uiduatarum feminarum nuptias damnant, etiamsi continentiam suam multarum, quibus tu uteris, rerum abstinentia mirabiliter et

9 cf. ep. Aug. 130. 150

1 adque C^1 edocare γ 3 instruantur *X* uoluntatis est $P\gamma HA$ *DMENX* potestatis] pietatis γ 4 te emitentur C^1 ei mittentur IZ^1 prophetiae $P\gamma HADMNXb$ prophecię *E* 5 aput C^1 6 uirginis xpi matrem *M* uirginitatis xpi matrem *ENX* 7 optulistis *PA* 8 uidualis γ meritis] mentis C^1IZ de *om.* P^1 9 quae hanc habetis *om. CBIZ* 11 adimiretur *X* 14 diuersarum γ non] nos C^1, (*s. l.*) *E*, *om. I* *** *Z* 19 laborando *X* 20 ṣọḷụṃ ṣẹṛụẹṣ solum serues *P* 21 et] sed *D* in eo] ideo *MENX* etiam] et *N* 23 distigui *H* uiduitarum *C* uiduarum *B* 24 damnat *AD* etsi *N* 25 abstinentiam $P\gamma HA$

feruenter exerceant, non ideo te seducant, ut sentias quod sentiunt, etiamsi facere non possis quod faciunt. nemo enim uult esse phreneticus, etiamsi uideat phrenetici uires uiribus sanorum esse fortiores. praecipue igitur doctrina sana bonitatem propositi et ornet et muniat. inde est quippe quod catholicae feminae etiam saepius nuptae non solum uniuiris uiduis, sed et uirginibus haereticorum iusto iudicio praeferuntur. multi sunt quidem de his tribus rebus coniugii, uiduitatis et uirginitatis quaestionum sinus, multae perplexitates: quibus disputando penetrandis uel dissoluendis et maiore cura opus est et copiosiore sermone, ut uel in omnibus eis recte sapiamus uel, si quid aliter sapiamus, id quoque nobis deus reuelet. uerumtamen, quod etiam illic consequenter dicit apostolus, in quod peruenimus, in eo ambulemus. peruenimus autem, quod ad hanc rem, de qua loquimur, adtinet, ut continentiam coniugio praeponamus, sanctam uero uirginitatem etiam continentiae uiduali et ne aliquas nuptias, quae tamen non adulteria, sed nuptiae sunt, cuiuslibet nostri nostrorumue propositi laude damnemus. multa alia de istis rebus dicta sunt a nobis in libro de Bono coniugali et in alio libro de Sancta uirginitate et in opere, quod aduersus Faustum Manichaeum quanto potuimus labore conscripsimus, quoniam patriarcharum et prophetarum casta coniugia mordacissime reprehendendo

14 Phil. 3, 16 20 de bono coniugali pag. 200 sqq. de sancta uirginitate *pag.* 240 sqq. 21 contra Faustum lib. XXII seqq.

2 uult enim *D* 3 freneticus *codd.* freneti *A* frenetici *rel. codd.* 4 anorum *D* praecipuę *H* 5 quippe] quidem *N* 7 hereticorum *codd.* praeferentur *PγH*[1]*AMENX* 8 quidem sunt *N* tribus his *D* 9 quaestionum *om. MENX* perplixitates *C*[1] 10 maiora *E* maiorę γ curae γ 11 ut *om. P*[1] eis] eius *PγAD* 12 uel] sed *C*[1]*IZ* uel ṣḛ *Z* sapimus *PγHMENXbd* deus nobis *N* 13 uerumptamen *B* ueruntamen *E* 14 abulemus *N* 15 ad *om. AD* hac *P*[1] attinet de qua loquimur *X* 17 aliquis *AD*[1] 20 de—libro *om. PγHADMENXb* 21 manicheum *codd.* 22 quantū *B*[1] laborare *A* laborąre *D* 23 repraehendendo *Cγ* reprehendo *A*[1] reprehendẹndo *E*

scriptis suis quorundam indoctorum animos a fidei sanitate detorsit.

XVI. 20. Proinde quoniam in exordio huius opusculi duo quaedam necessaria proposueram et exsequenda pollicitus eram, unum, quod ad doctrinam, alterum, quod ad exhortationem pertinet, et priori parti, ut potui, pro suscepto negotio non defui, ad exhortationem ueniamus, ut quod bonum prudenter scitur etiam diligatur ardenter. qua in re prius illud admoneo, ut quantumcumque tibi inesse sentis piae continentiae dilectionem beneficio dei tribuas eique gratias agas, qui de spiritu suo tibi tantum largitus est, ut eius in corde tuo caritate diffusa licitae rei licentiam tibi amor boni melioris auferret. donauit enim, ne liberet nubere, cum liceret [et], ut iam non liceret, etiamsi liberet, et ex hoc firmius non liberet, ne fieret quod non liceret, quod factum non est etiam cum liceret, tantumque merereris uidua Christi, ut filiam quoque uideres uirginem Christi; dum enim tu oras sicut Anna, facta est illa quod Maria. haec dona dei esse quanto magis nosti, tanto magis es eiusdem donis beata; immo aliter non es, nisi quod habes noris a quo habeas. attende enim, quid de hac re apo-

12 cf. Rom. 5, 5

1 quorumdam γ 2 decorsit B^1; *in mg.* ferẽ 3 exordio (or *add. m. al.*) *P* 4 et *om.* B^1 exequenda *D* exsequendo (s *s. l.*) *P*, *MEX* exsequendo *H* exsequendia (*s.* a *add.* e) *B* 5 ad *alt. s. l. D* exortationem *IZE* 6 priori] maiori *MENX* 7 defuit *B* defuit *X* exortationem *IZE* 8 etiam ꝑ *B* quapropter *X* in re *om. X* illud prius *EX* prius] plius A^1 amplius DA^2 moneo $P\gamma HADMENXbd$ 9 quantacumque *P*γ quantamcumque *HAMNXbd* sentis] ut his *D* 10 eoque *C* 11 suo] sco̅ *A* tantam *A* 12 carite A^1 melioris boni *bd* 13 enim *in ras. m. 2 D* nubererę *P* et *om.* $P\gamma HAD$ *MENXbd* ut—liberet *om. I* ut et *X* 14 liberet *fin.*] liceret *CIZB* 15 ne—liceret *om. I* 16 liberet *CBIZ* tantamque *IZ* meritis uir xp̄iani dum *seqq.* (*sic*) *D* meritis••• uir xp̄iani dum *A* mereris mereris uira xpi ut fidelia quoque *P* mereris uira xpi ut fidelia quoque γ uidua] uirago (go *s. l.*) *H*, *MENX* fideliam *H* quoque tuam *ENX* 19 eisdem *IZNbd* 20 noris—habeas *om.* *IZB* habebas *A* enim quid de enim quid *P* enim *om. N*

stolus dixerit: nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quae a deo donata sunt nobis. multi quippe habent multa dona dei et nesciendo a quo habent inpia uanitate iactantur. nemo est autem donis dei beatus, qui donanti existit ingratus, quia et illud, quod inter sacra mysteria cor habere sursum iubemur, ipso adiuuante id ualemus, quo iubente admonemur. et ideo sequitur, ut de hoc tanto bono sursum leuati cordis non nobis gloriam quasi nostrarum uirium tribuamus, sed domino deo nostro gratias agamus. hoc enim continuo commonemur, quia hoc dignum est, hoc iustum est. recordaris, haec uerba unde sint, item qua sanctione et quanta sanctitate commendentur agnoscis. tene igitur et habe quod accepisti et datori gratias age. quamuis enim accipere et habere tuum sit, id tamen habes quod accepisti, quoniam superbienti et ex eo, quod habebat, quasi a se ipso haberet, inpie glorianti ueritas per apostolum dicit: quid enim habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

XVII. 21. Haec me admonere conpellunt cauendi atque deuitandi quorundam sermunculi, qui per aures ad animas multorum serpere coeperunt, quod cum lacrimis dicendum est,

1 I Cor. 2, 12 17 I Cor. 4, 7

1 dixerat *C* dixit *PγHADMENXbd* autem] enim *MEN* huius *om. NM* 2 accipimus *H* x̄pm (*supra* x̣ *add. m. 2* s) *B* 3 donati B^1 multa *N* 4 dei dona *bd* a quo] quod *CIZB* habebant *I* habeant (a *s. l.*) *H* 5 exsistit *PγXA* extitit *M* 6 et *om. B* intra *X* misteria *PE* cor *s. l. M* 8 ammonemur *PHγDMEX* 10 nostro *om. B* 11 ammonemur *D* commemonemur *X* hoc *alt.*] et *E* 12 recordari *CIZ* recorderis *X* item *IZ:* inter *CPγHABDMENX* intus *bd* qua sanctione] quas (qua *X*) sci omnes *PγHADMENX* quã sanctionẽ *B* quas anctione *I* 13 et] ** *I* 14 et datori] doctori *I* et doctori *Z* et datori—accepisti *om.* γ habere et accipere *D* 15 id] sed *B* 16 et *om. CBD* 17 impiae *C* 18 si autem] sautem *P* 19 accepisti *X* 20 ammonere *PγDMX* canendi P^1 adque C^1 21 debitandi P^1 ad] et *CγDEX* animos *bd* 22 serpe B^1

inimici gratiae Christi, per quos suadetur, ut nec oratio nobis ad dominum necessaria uideatur, ne intremus in temptationem. sic enim conantur defendere hominis liberum arbitrium, ut eo solo etiam dei gratia non adiuti ualeamus, quod diuinitus iubetur, inplere. ac per hoc sequitur, ut frustra dominus dixerit: uigilate et orate, ne intretis in temptationem, et frustra cotidie in ipsa dominica oratione dicamus: ne nos inferas in temptationem. si enim nostrae tantummodo potestatis est, ne temptatione superemur, ut quid oramus, ne intremus uel inferamur in eam? faciamus potius, quod nostri est liberi arbitrii atque absolutissimae potestatis, et inrideamus apostolum dicentem: fidelis deus, qui non uos permittat temptari super id quod potestis, et resistamus ei dicentes: ut quid peto a domino, quod in mea posuit potestate? sed absit, ut hoc sapiat, qui sanum sapit. proinde petamus, ut det, quod ut habeamus iubet. ad hoc enim quod nondum habemus iubet, ut habeamus, ut admoneat quid petamus et quod nos cum iusserit posse inuenerimus, etiam hoc unde acceperimus intellegamus, ne inflati et elati huius mundi spiritu nesciamus, quae a deo donata sunt nobis. proinde arbitrium uoluntatis humanae nequaquam destruimus, quando dei gratiam, qua ipsum adiuuatur arbitrium, non superbia negamus ingrata, sed grata potius pietate praedicamus. nostrum est enim uelle; sed uoluntas ipsa et admonetur, ut

6 Matth. 26, 41 8 Matth. 6, 13 12 I Cor. 10, 13 24 cf. Rom. 7, 18

1 imici P^1 inimicis *IZ* ut *om. P* nobis *om. CIZB* 2 temtationem *P* 3 si *AD*γ^1 conatur $P\gamma H^1AD^1MENX$ 5 dominus dominus *D* 7 cottidie γDEN ipsa *om. D* 8 temtationem (*semper* m) *P, H* 11 liberi est *D* absolutissime *C* solutissimae *D* 13 permittit uos *D* permittet *Mb* permittit *AENX* 15 sapat *X* sapiat *HDENX* 16 per hoc *X* 17 ut admoneat quid petamus *om. CBIZ* ammoneat H^1D 18 quod *DN* et] ut *B* çṽ quod nos iusserit cũ *E* 19 accepimus *X* ut intellegamus IZB^1 20 donati B^1 22 quo $CP\gamma IZH^1AD$ 23 superbi• γ sed grata *om.* P^1 grat•a *A* 24 enim est *MENXbd* est *om.* $P\gamma HAD$ et ammonetur CB^1 etiam monetur $P\gamma HADMEX$ et monetur *N* ut *ex* et *m. 2 C*

surgat, et sanatur, ut ualeat, et dilatatur, ut capiat, et impletur, ut habeat. nam si nos non uellemus, nec nos utique acciperemus ea, quae dantur, nec nos haberemus. quis enim haberet continentiam, ut inter cetera dei dona ipsam potius loquar, de qua ad te loquor, quis, inquam, haberet continentiam nisi uolens? quia et nemo acciperet nisi uolens. sed a quo detur, ut nostra uoluntate accipi et haberi possit, si quaeris, adtende scripturam; immo quia nosti, recole quod legisti. cum scirem, inquit, quia nemo potest esse continens nisi deus det, et hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc donum. magna ista sunt duo munera sapientia et continentia; sapientia scilicet, qua in dei cognitione formamur, continentia uero, qua huic saeculo non conformamur. iubet autem nobis deus, ut et sapientes et continentes simus, sine quibus bonis iusti perfectique esse non possumus. sed oremus, ut det quod iubet adiuuando et inspirando, qui commonuit quae uelle debeamus praecipiendo et uocando. quidquid hinc dedit, ut conseruet oremus; quod autem nondum dedit, ut suppleat oremus: tamen oremus et gratias agamus de acceptis et quod nondum accepimus eo ipso, quod de acceptis ingrati non sumus, nos accepturos esse fidamus. qui enim dedit coniugatis fidelibus, ut contineant ab adulteriis et fornicationibus, ipse dedit sanctis uirginibus et uiduis, ut contineant ab omni concubitu: in qua uirtute iam proprie uel integritas uel continentia nominatur. an forte ab illo quidem

9 Sap. 8, 21

1 *med.* et *om.* *CB* 4 ut] Unde *B* dona dei *N* ipsam *Bbd:* ipsa *CIZ* de ipsa $P\gamma HADMENX$ 6 quia—uolens *om.* *B* 9 inquid *C* esse potest $P\gamma HADMENXbd$ potes (n *er.*) γ 11 sciret B^1 sunt ista *EN* 12 qua *D* 14 lubet *X* deus nos *N* 15 bonis] donis *MENX* 17 spirando $P\gamma MEN$ sperando *HAD* quae] quid $P\gamma HADMENXbd$ 18 quidquid—oremus *om.* *EX* quicquid *ABDMENX* hic $P\gamma HADMN$ conseruęret *P* 19 expleat $P\gamma HADMENX$ tamen oremus *om.* P^1 21 fidamus] speramus *N* 22 dedit *om.* *EX* adulteris *X* 24 uirtute dei *MENX* propriae *A* 25 integritatis (ti *s. l.*) *H* continentiae *AH* (e *fin. s. l.*) continentiă (~ *paene er.*) *B* nomina *H*

accepimus continentiam, sed a nobis habemus sapientiam? quid ergo est quod Iacobus apostolus dicit: si quis autem uestrum indiget sapientiam, postulet a deo, qui dat omnibus affluenter et non inproperat; et dabitur illi? sed de hac quaestione et in aliis iam opusculis nostris, quantum adiuuit dominus, multa diximus et alias, quantum per ipsum potuerimus, data oportunitate dicemus.

XVIII. 22. Nunc inde aliquid ideo dicere uolui propter quosdam fratres nostros amicissimos nobis et dilectissimos nec malitiose quidem errori huic inplicatos, sed inplicatos tamen, qui putant, cum aliquos ad iustitiam pietatemque exhortantur, uires non habituram exhortationem suam, nisi totum illud, quod ut agat homo agunt cum homine, in hominis constituant potestate non adiuta dei munere, sed solo arbitrio liberae uoluntatis exerta — quasi possit esse ad perficiendum opus bonum uoluntas libera nisi dei munere liberata — nec adtendunt id ipsum etiam se ipsos dono dei habere, quod ea facultate exhortantur, ut ad capessendam uitam bonam hominum uoluntates pigras excitent, accendant frigidas, corrigant prauas, auersas conuertant, repugnantes pacificent. sic enim possunt persuadere quod suadent. aut si haec in uoluntatibus hominum non agant, quid agunt? ut quid loquuntur? dimittant eas potius arbitrio suo. si autem in eis haec agunt, itane tandem

2 Iac. 1, 5

1 habemus] accipimus *I* accepimus *Z* 2 est ergo $P\gamma IHADMENbd$ est *om.* *X* dicit (ci *s. l. m. al.*) *P* 3 sapientia $P\gamma I^2HA^1BDME^2Nbd$ 4 afluenter *CP* illi] ei $P\gamma HADMENX$ 7 poterimus *EX* 8 ideo *om.* *MENX* dicere aliquid *E* 9 patres *M* dixmos *M* 10 malitiosae *P* inplicatus γ^1 sed inplicatos *om.* *CIZB* adplicatos *D* 11 aliquis *CIZ* exhortantur *Z* exortantur *A* 12 exortationem *A* 13 agant *MENX* potestatē *A* potestatem C^1 14 sola A^1 15 exserta *bd* perficiendum (*alt.* i *s. l.*) *P* 16 id ipsum] ad ipsum $P\gamma H$ *ADEX* 17 dei dono *bd* 18 capessendū *B* capescendam *MEX* 20 sic] si $P\gamma ADMENX$ non possunt *MENX* 21 non agant hominum *B* 22 agunt *MENXbd* aguntur (ur *exp. m. 2*) *B* ut] aut *MENX* locuntur *IZADMENX* dimittunt γ

homo in hominis uoluntate tanta agit loquendo et deus illic non agit aliquid adiuuando? immo uero quantalibet homo sermonis facultate praepolleat. ut sollertia disputandi et suauitate dicendi in hominis uoluntate inserat ueritatem, nutriat caritatem, docendo tollat errorem, exhortando torporem, neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. frustra quippe operarius omnia moliretur extrinsecus, nisi creator intrinsecus latenter operaretur. spero ergo has litteras meas merito uestrae excellentiae cito in manus etiam talium esse uenturas. ideo nonnulla hinc dicenda arbitratus sum; deinde ut tu ipsa et quaecumque aliae uiduae ista legerint uel cum leguntur audierint, noueritis uos ad diligendum et habendum continentiae bonum plus proficere orationibus uestris quam exhortationibus nostris, quoniam, si quid uos adiuuat, quod uobis etiam nostra ministrantur adloquia, totum illius gratiae tribuendum est, in cuius manu sunt, sicut scriptum est, et nos et sermones nostri.

XVIIII. 23. Si ergo nondum deo uouisses continentiam uidualem, exhortaremur profecto, ut uoueres; quia uero iam uouisti, exhortamur ut perseueres. talia mihi tamen uideo esse dicenda, quibus eam diligant et arripiant et quae adhuc nubere cogitabant. aurem igitur inclinemus apostolo. quae innupta est, inquit, sollicita est ea quae sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu; quae autem nupta

5 I Cor. 3, 7 16 cf. Sap. 7, 16 22 I Cor. 7, 34

1 ait *A* illi P^1 3 prepolleat *P* sollercia *D* 5 dicendo C^1 6 est est $P\gamma$ 7 quippe] quidē *MENX* omna B^1 9 sperans B^2 excellentiae uestrae $P\gamma HADMENXbd$ 10 nonnulla ideo *B* ineo H^1 hic *MENX* 11 tui *A* 12 ista (t *s. l. m. 1*) *P* cum] ubi *D om. A* 13 et *om. B* habendum que (que *s. l.*) *B* plus *om. X* 14 exortationibus *A* 15 uos] nos *I* adiuuat uos *D* nostro (o *fin. ex* a) *B om. N* ministrantur nostra *E* alloquia nostra *N* 16 totum *om.* $P\gamma HADMENX$ 17 sicut *in mg. m. 2 B* 18 nondum] non *IZB* 19 exortaremur *A* uoueres (u *init. ex* n) *I* 20 uouisti I^1 exortamur *A* 22 inclinamus $P\gamma HAMENX$ quae—spiritu *om. X* 23 inquid *C* 24 autem *om. X* Inupta *X*

est, sollicita est quae sunt mundi, quomodo placeat uiro. non ait: sollicita est ea quae sunt mundi, ut sancta non sit. sed certe minor est diuina sanctitas ex ea parte curarum, qua mundana cogitatur uoluptas. quidquid itaque intentionis animi etiam his rebus inpenderetur, quibus placendum esset uiro, colligere quodam modo et redigere debet innupta christiana in eam intentionem, qua placendum est domino. et uide, cui placeat, quae domino placet. et utique tanto est beatior, quanto plus ei placet; quanto autem magis cogitat ea quae sunt mundi, tanto minus placet. placete itaque tota intentione specioso forma prae filiis hominum. eius enim gratia illi placetis, quae diffusa est in labiis eius. placete illi ea quoque parte cogitationis, quae occuparetur mundo, ut placeretur uiro. placete illi, qui displicuit mundo, ut placentes ei liberarentur ex mundo. hunc enim speciosum forma prae filiis hominum uiderunt homines in cruce passionis, et non habuit speciem neque decorem, sed facies eius abiecta et deformis positio eius. ex hac tamen deformitate redemptoris uestri manauit pretium decoris uestri, sed decoris interioris; omnis enim pulchritudo filiae regis intrinsecus. hac pulchritudine illi placete; hanc pulchritudinem studiosa cura et sollicita cogitatione conponite. non amat ille fallaciarum fucos, ueris ueritas delectatur; et ille, si quod legisti agnoscis, ueritas uocatur; ego sum, inquit, uia et ueritas

11 cf. Ps. 44, 3 16 Es. 53, 2. 3 20 Ps. 44, 14 24 Ioh. 14, 6

1 est inquit *X* sollicita est] cogitat *B* ea quae *EX* placent B^1 3 non *om. AD* diuinę *AD* ea coniugalis *bd;* diuina sollicitudine uoluntas curarum *sqq. B* sanctitatis *AD* 4 uoluntas *H* quicquid *ABMN* 5 in his $P\gamma ADMENX$ inpediretur *CIZ* 6 esset et *A* 8 uideat $P\gamma HADMENXb$ placeat *E* 9 placet ei *bd* quanto] quo *D* 10 *fin.* placet $P\gamma DN$ 11 speciosus *AD* 14 placeretur—ut *om.* γ placet A^1D 15 liberarentur (*s. l.* ł liberemini) *ZA* liberare [possitis *I* 16 homines] omnes *D* 17 subiecta $P\gamma HAMENX$ 18 positio] portio *MENX* tamen] enim *AD* redemtoris *P* 19 nostri *D* manauit—uestri *om. B* uestris *E* 23 fecos C^1 focos H^1 delectetur M^1 legistis B^2 elegisti γ 24 agnoscitis (ti *s. l. m. 1*) *B*

et uita. currite ad illum per illum; placete illi ex illo; uiuite in illo cum illo, de illo. adfectibus ueris et sanctissima castitate a uiro tali amate amari.

24. Audiat haec uirginis etiam sanctae prolis tuae auris interior. uidero, quantum te praecedat in regno regis illius: alia quaestio est. inuenistis tamen, mater et filia, cui contemptis nuptiis, illa omnibus, tu secundis, pulchritudine castitatis simul placere debeatis. certe si mariti essent, quibus placendum esset, iam te fortasse cum filia puderet ornari; nunc non pudeat agere quibus simul ornemini, quia non est criminosum, sed potius gloriosum, ut ab illo uno simul amemini. simulatum autem candorem ac ruborem et pigmentis inlitum non adhiberetis, etiamsi uiros haberetis, non putantes dignos, quos falleretis, nec uos, quae fallere deberetis. nunc ergo illi regi, qui unicae sponsae, cuius membra estis, speciem concupiuit, ueraciter simul placete, simul inhaerete, illa integritate uirginali, tu continentia uiduali, ambae pulchritudine spiritali. in qua pulchritudine etiam illius auia, socrus tua, quae iam certe senuit, est pulchra uobiscum. uigorem quippe huius pulchritudinis dum extendit in anteriora caritas, rugam in ea non facit annositas. habetis uobiscum anum sanctam et in domo et in Christo, quam de perseuerantia consulatis, quomodo cum illa uel illa temptatione pugnandum sit, quid agendum ut facile superetur, quod munimentum sumendum, ne facile

2 cum illo, in illo *bd* adfectibus ueris] morum *in ras. m. 2 C* ueris *om. H* san**ssima *Z* 4 audiant A^2D uirgines *AD* sanctae (*in mg.* filię) *B* prolis *om. B* 5 uideo *AD* uiderǫ *B* uide*o *I* quantum uero (uero *s. l.*) *B* regis] regni *IZ* 6 ali P^1 quęscio H^1 quã scio H^2 et *om. D* cui] tuis (s *m. 2 add.*) *B* 7 illą *B* (*in mg.* illū p̄) tu] cui *B* secundum C^2B secundã *IZ* pulchritudinẽ *B* pulchritudinis *IZ* 8 debetis P^1 10 augere *D* 11 uno] non γ ememini *H* 15 illi ergo *B* regi (gi *add. m. 2*) *P* 16 ueratiter *E* 17 tu] tũ *E* pulchritudinem C^1 18 spirituali *EN* 20 anterio *E* rogam (o *in ras.*) *X* 21 non facit in ea *XMN* 22 in *pr. om.* P^1 23 uel illa] bella $P\gamma^1H^1$ contra bella H^2MENXb belua *D* bello γ^2 temtatione *P* temptationum *MENXH*^{2} tentationẽ H^1 24 ut] uel *CIZ* superatur *CIZ* monimentum *IZ*

rursus insidietur; et si quid huius modi est, docet uos diuturnitate iam certa, amore beniuola, pietate sollicita, aetate secura. tu praecipue, tu consule in talibus eam, quae experta est quod experta es. nam proles uestra illud canticum cantat, quod in Apocalypsi nisi uirgines cantare non possunt. pro ambabus tamen uobis sollicitius orat quam pro se ipsa; sed magis pro nepte sollicita est, cui uincendarum temptationum spatium plus restat annorum: te autem uidet aeuo suo uiciniorem et eius filiae matrem, quam si nuptam, quod iam non licet atque absit, uidisses, puto quod parere cum illa erubuisses. quantum est ergo quod iam tibi periculosae restat aetatis, quae ideo non diceris auia, ut sanctarum cogitationum et operum fetibus cum filia possis esse fecunda? non itaque inmerito magis pro illa sollicita est auia, pro qua et tu mater, quia et maius est quod uouit et totum ei restat quod modo coepit. exaudiat dominus preces eius, et sancte obsequamini meritis eius, quae carnem uiri tui in iuuenta peperit, cor filiae tuae in senecta parturiit. omnes itaque pariter atque concorditer uniuiro unius coniugis, in cuius corpore uno spiritu uiuitis, placete moribus, instate orationibus.

XX. 25. Praeteritus dies non reuertitur in futurum, et post hesternum pergit hodiernus, et post hodiernum perrecturus est crastinus: et ecce omnia tempora et temporalia transeunt,

5 cf. Apoc. 14, 3. 4 17 cf. Hier. ep. 8

1 donet *I* 2 pietatate *H* sollicitate *B* aetate *om. B* et aetate *H* 3 tu *om.* $P\gamma HADMENX$ praecipu*e *A* quod experta es *om.* $P\gamma HADMENX$ 5 apocalipsi *B* apocalipsin *D* apokalipsi *E* apokalypsi *M* 6 uobis *om. E* sollicitus A^1 quam *s. l. D* 7 nepote γ uindarum γ^1 uincendorum *IZ* temptationē *IZ* spatii *B* 8 uide *I* uide* *Z* euo P^1 9 nupta *EX* 10 uidisset $P\gamma HAMENX$ erubuisset $D\gamma^1$ 11 periculosae tibi *E* 12 foetibus *IZ* fętibus *AB* 13 esse possis *N* fęcunda *AB* 15 nouit *IZ* restat ei *X* cępit *BM* cepit *E* 16 praeces $C\gamma$ et] ut C^2BDbd sanctae *CZAH* sanctis *MENX om. B* 17 in iuuenta] iuuenta (*in mg.* ł iuuentute) *A* in iuuentute *D* in senecta *om. N* 18 parturiuit *X* parturit *IZHEbd* 21 reuertatur *C* 22 perresurrecturus *A* perrectus *E*

ut ueniat mansura promissio, et qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. si mundus iam perit, nupta cui parit? aut corde paritura et carne non paritura cur nubit? si autem adhuc duraturus est mundus, cur non magis amatur per quem factus est mundus? si iam deficiunt inlecebrae saeculares, non est, quod christianus animus cupiditate conquirat; si autem adhuc manebunt, est, quod sanctitate contemnat. horum duorum in altero spes nulla libidinis, in altero maior est gloria caritatis. quot aut quanti sunt ipsi anni, quibus uidetur uigere flos carnalis aetatis? nonnullae feminae nuptias cogitantes et ardenter optantes, dum spernuntur aut differuntur, repente senuerunt, ut eas iam nubere puderet amplius quam liberet. multae autem nuptae recentissima sua coniunctione in longinqua profectis uiris suis reditum eorum expectando grandaeuae factae sunt et tamquam cito uiduatae aliquando nec remeantes saltem senes suos anus suscipere meruerunt. si ergo uel spernentibus uel tardantibus sponsis uel peregrinantibus maritis carnalis concupiscentia potuit contineri, ne stuprum aut adulterium committeretur, cur contineri non potest, ne sacrilegium committatur? si repressa est, cum ferueret dilata, cur non opprimitur, cum friguerit amputata? plus enim ardentem ferunt libidinem, quae non desperant eiusdem libidinis uoluptatem. quae autem innuptarum castitatem deo

1 Matth. 10, 22

1 ueniat (t *add. m. 2*) *C* 2 periit *PγADMENX* 3 par••ritura *C* quur *CB*^{1} 4 duraturus] ḍaṭuṛuṣ (*s. l.* amandus) *A* amaturus *D* quur *C*^{1} 5 iam] autem *X* defitiunt *B* 7 maneḅunt *B* iṇ sanctitate *P* contempnat *A* contemnatur *MN* 8 in *om. P*^{1} 9 castitatis *B* claritatis *IZ* quot aut] quod autem *CIZNBb* quod aut *H* quot autem *E* quanta *H* sit *H* ipsa *I* 10 uideretur *IZB*^{1} femiṇinae *A* 11 optanter (r *in ras.*) *I* 12 nubere• *P* iam puderet *om. P*^{1}, *γHA DMN* iam puderet nubere *E* 14 coniuntione *B*^{1} redditum *H* 15 exspectando *γ* grandeuae *PγAM* 16 remeando *N* saltim *IAMγ* 19 aut] uel *N* ulterium *B* tineri *P*^{1} 21 quur *C* obprimitur *γ* refriguerit *D* 22 ardenter *N* sperant *AD* 23 libidinis *om. P*^{1}*γHA DMENX*

uouent, ipsam spem subtrahunt, qui fomes amoris est. unde facilius concupiscentia refrenatur, quae nulla expectatione succenditur: contra quam nisi oretur, ut superetur, ipsa inlicita exoptatur ardentius.

XXI. 26. Deliciae igitur spiritales deliciis carnalibus in sancta castitate succedant: lectio, oratio, psalmus, bona cogitatio, bonorum operum frequentatio, spes futuri saeculi et cor sursum, atque de his omnibus gratiarum actio patri luminum, a quo sine ulla dubitatione omne datum optimum et omne donum perfectum scriptura teste descendit. nam quando pro deliciis nuptarum, quas in carne uirorum habent, aliarum carnalium deliciarum tamquam in solacio usus adsumitur, quid ego dicam, quae sequantur mala, cum breuiter apostolus dixerit uiuentem mortuam esse uiduam, quae in deliciis uiuit? absit autem a uobis, ut diuitiarum cupiditate capiamini pro cupiditate nuptiarum et in cordibus uestris nummus uiri amori succedat. intuentes enim hominum conuersationem saepe experti sumus in quibusdam lasciuia compressa creuisse auaritiam. nam sicut in ipsis sensibus corporis acutius audiunt qui non uident et tangendo multa discernunt nec tanta uiuacitate tangunt, qui oculis utuntur — ubi intellegitur ex uno aditu, id est luminum repressa intentione sentiendi eam se in alios sensus promptiorem dinoscendi acu-

9 cf. Iac. 1, 17 14 cf. I Tim. 5, 6

1 spem spe• subtrahunt *D* quae *BDbd* amaris *IZ* 3 succendatur *X* contra quam] cum *ex* com *H* quam] quam tamen $P\gamma IZ$ *HADMENXbd* 4 exoptat *IZB* 5 delitiae IZ^1 delitii• D^1 6 succe•dant γ lecto *E* 7 frequentio P^1 8 adque C^1 atque *ex* autquã *H* 11 diliciis *Z* nuptiarum γAD carnalibus *B* quas] quasi *PMENX* uiuorum habent γ uiros habentium H^2MENX 12 solatium *bd* 13 asumitur *C* 16 capi animi *E* 17 nummus] fi••minus *N* uiro $P\gamma$ amore $P\gamma XAME$ amorẽ *HB* succendat γB (*in mg.* uiri amori succedatur) enim] autem *MENX* 20 et (t *add. m. al.*) *P* 21 tanta] tamen *AD* uicacitate P^1 uibucitate H^1 22 aditu] auditu *AD* 23 sentiendo $P\gamma HADMENX$ se *om.* $P\gamma HADMENX$ alio HB^2 promtiore *PH* promptiore $\gamma ADMEXN$ disnoscendi *D*

mine exerere, tamquam ex altero conetur inplere, quod negatur in altero — ita etiam saepe carnalis cupiditas a concumbendi uoluptate cohibita maioribus uiribus in pecuniae se porrigit adpetitum et illinc auersa huc se inpetu ardentiore conuertit. in uobis autem amor diuitiarum simul frigescat cum amore nuptiarum, et pius usus rerum, quas possidetis, ad spiritales delicias conferatur, et liberalitas uestra magis ferueat adiuuandis egenis quam ditandis auaris. in thesaurum quippe caelestem non mittuntur dona cupidorum, sed elemosynae pauperum, quae in inmensum modum orationes adiuuant uiduarum. ieiunia quoque ac uigiliae, in quantum ualetudinem non perturbant, si orando, psallendo, legendo et in lege dei meditando insumantur, in delicias spiritales etiam ipsa quae uidentur laboriosa uertuntur. nullo enim modo sunt onerosi labores amantium, sed etiam ipsi delectant, sicut uenantium, aucupantium, piscantium, uindemiantium, negotiantium, ludo aliquo sese oblectantium. interest ergo quid ametur. nam in eo, quod amatur, aut non laboratur aut et labor amatur. et uide, quam pudendum et dolendum sit, si delectat labor, ut fera capiatur, ut cupa et sacculus inpleatur, ut pila iaciatur, et non delectat, ut deus adquiratur.

XXII. 27. In omnibus sane spiritalibus deliciis, quibus

1 ex«erere *Z* exercere *N* 2 a« *I* concombendi B^1 3 uoluptate— adpetitum *om. I* porrigat *A* 4 illiṇęç (*exp. m 2*) *B* illic γ aduersa *B* ha«c *I* hac *Z* se *om.* $P\gamma HADMENX$ appetitu (ti *s. l.*) *B* conuertitur *H* 6 quā *B* 7 delitias *A* dilicias γ et] ut $P\gamma HADMENXbd$ uestri *B* nostra *N* in adiuuandis *D* 8 thensaurum *P* thesauros (os *in ras.*) *A* tesauros *D* thensarum H^1 cęlestes *AD* caeleste $P\gamma H$ 9 aelemosinae *CB* elemosynae *IZH* aelimosinae *A* elemosinae $P\gamma DEMN$ elemosine *X* pauperorum *C* 10 quae *er. A* adiubant C^1 11 ualitudinem $\gamma IZHABDMENX$ 12 domini *MEXN* 13 insumatur $CIZB^1$ sumantur $P\gamma HADMENX$ ipsa *om.* P^1 uidentur (ui *s. l.*) *D* dentur *A* 14 modo enim $P\gamma HAMENXbd$ modo sunt enim *D* 15 animantium *Z* a««mantium *I* 16 piscantium *om. CIZB* se aliquo *N* 17 se $P\gamma HAMEX$ in eo] ideo *A* in ea H^1 19 si] di P^1 diu $\gamma ADMNXP^4$ rapiatur *N* 20 sęculus *I* saculus *E* pilaciatur *H* 22 diliciis *H*

fruuntur innuptae, sancta earum conuersatio cauta etiam debet esse, ne forte, cum mala uita non sit per lasciuiam, mala sit fama per neglegentiam. nec audiendi sunt siue uiri sancti siue feminae, quando reprehensa in aliquo neglegentia sua, per quam fit, ut in malam ueniant suspicionem, unde suam uitam longe abesse sciunt, dicunt sibi coram deo sufficere conscientiam, existimationem hominum non inprudenter solum, uerum etiam crudeliter contemnentes, cum occidunt animas aliorum, siue blasphemantium uiam dei, quibus secundum suam suspicionem quasi turpis quae casta est displicet uita sanctorum, uel etiam cum excusatione imitantium non quod uident, sed quod putant. proinde quisquis a criminibus flagitiorum atque facinorum uitam suam custodit, sibi bene facit; quisquis autem etiam famam, et in alios misericors est. nobis enim necessaria est uita nostra, aliis fama uestra. et utique etiam quod aliis ministramus misericorditer ad salutem, ad nostram quoque redundat utilitatem. unde non frustra apostolus, prouidemus, inquit, bona non solum coram deo, uerum etiam coram hominibus; item dicit: placete omnibus per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo, non quaerens quod mihi utile est sed quod multis, ut salui fiant. in quadam etiam exhortatione dicit: de cetero, fratres, quaecumque sunt uera, quaecumque sancta, quaecumque iusta, quaecumque casta, quaecum-

17 II Cor. 8, 21 19 I Cor. 10, 33 22 Phil. 4, 8. 9

1 innuptarum (arum *in ras.*) *A* sanctarum ea *CIZB*^{1} sanctarum *D* sancta eorum *HMENX* sancta *A* 2 ne] no *H*^{1} lasciuia *C*^{1} 3 neglegenciam *D* sancti] siue sancti *N* 4 repraehensa *C* 5 uitam suam *NX* 7 existimatione *C*^{1} solum inprudenter *D* 8 continentes *N* 9 plasphcmantium *DX* suspitionem γ 11 uel] siue *PγH ADMNEXbd* non quod non uident *D* 12 a—quisquis *om. I* atque *om. P*^{1} 14 etiam *om.* γ fama *ME* et in] et *CZ*^{1} etiam in *B* ad *IZ*^{2} 15 utque *P*^{1} 17 prouideamus *D* 18 uerum] sed *NX* 21 utili *H* 22 exortatione *A* 23 sunt uera quaecumque *om. N* sunt sancta *BN* 24 quaecumque carissima *om. MEX*

que carissima, quaecumque bonae famae, si qua uirtus, si qua laus, haec cogitate: quae didicistis et accepistis et audistis et uidistis in me. cernis, quemadmodum inter multa, quae exhortando commonuit, non neglexerit ponere: quaecumquae bonae famae, duobusque uerbis cuncta concluserit, ubi ait: si qua uirtus, si qua laus. ad uirtutem namque pertinent, quae antea memoraui bona, fama uero ad laudem. puto, quod non laudem hominum pro magno sumebat apostolus alio loco dicens: mihi autem minimum est ut a uobis diiudicer aut ab humano die, et alibi: si hominibus placerem, Christi seruus non essem, et iterum: nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. sed illorum duorum, id est bonae uitae et bonae famae uel, quod breuius dicitur, uirtutis et laudis, unum propter se ipsum sapientissime retinebat, alterum propter alios misericordissime prouidebat. sed quoniam quantalibet humana cautela suspiciones maleuolentissimas non potest omni ex parte uitare, ubi pro existimatione nostra quidquid recte possumus fecerimus, si aliqui de nobis uel mala fingendo uel male credendo famam nostram decolorare conantur, adsit conscientiae solacium planeque etiam gaudium, quod merces nostra magna est in caelis, etiam cum dicunt homines mala multa de nobis, pie tamen iusteque uiuentibus. illa enim merces tamquam stipendium est

9 I Cor. 4, 3 11 Gal. 1, 10 12 II Cor. 1, 12 22 cf. Matth. 5, 11. 12

1 castissima *PγHAD om. N* famae bonae *IZ* fame *γE* 2 hoc *A* et didicistis *PγHADMENXbd* 3 carnis *H* 4 quemammodum *PH* exortando *AB* 5 bonae *om. MEX* 7 namque] quippe *γ* pertinet *N* memorauit *IZbd* 8 famę *AD* 9 apostulus *H* in alio *MENX* 10 nobis *N* iudicer *PγHADMENX* 14 famae ụt *H* 15 uirtus *A* 17 quoniam *er. A* maliuolentissimas *IZH²DMENX* maliuolentis••• *A* 18 omnia *I* 19 quicquid *ADM* aliquiḍ (*exp. m. 2*) *γ* 20 uel *om. P¹* male *PAHγMENXb* figendo *E* male *om. EX* 21 canantur *H* assit *DMENX* planaeque *C¹* 22 magna est merces nostra *MENX* et iam *H* 24 enim] tamen *PγHAD om. MENX*

militantium per arma iustitiae non solum dextra, uerum et sinistra, per gloriam scilicet et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam.

XXIII. 28. Agite itaque cursum uestrum et perseueranter currite, ut conprehendatis; et exemplo uitae exhortationisque sermone rapite in eundem cursum uestrum quascumque potueritis. non uos ab hoc studio, quo multas ad imitandum excitatis, frangat querella uanorum, qui dicunt: quomodo subsistit genus humanum, si omnes fuerint continentes? quasi propter aliud retardetur hoc saeculum, nisi ut inpleatur praedestinatus numerus ille sanctorum, quo citius inpleto profecto nec terminus saeculi differetur. nec illud uos retardet ab studio persuadendi aliis bonum uestrum, si dicatur uobis: cum et nuptiae bonae sint, quomodo erunt omnia bona in Christi corpore, et maiora scilicet et minora, si omnes continentiae laude atque amore mutentur? primo, quia conando, ut omnes sint continentes, tunc erunt uel paucae; neque enim omnes capiunt uerbum hoc. sed quoniam scriptum est: qui potest capere, capiat, tunc capiunt quae possunt, si nec illis quae non capiunt taceatur. deinde nec timere debemus, ne forte omnes capiant et aliquid de minoribus bonis, id est coniugalis uitae, Christi desit in corpore. si enim omnes audierint et omnes ceperint, intellegere debemus hoc ipsum fuisse praedestinatum, ut coniugalia bona in illorum mem-

1 II Cor. 6, 7. 8 17 Matth. 19, 11. 12

1 dextera γ*ENXbd* et] etiam γ *om. PHADMENX* 2 scilicet *om.* γ per] et per *D* 5 comprehendatis (hendatis *add. m. 2*) *D* exempla $D\gamma^2$ exhortationesque $P\gamma D$ exhortationis••• *H* 6 in sermone $P\gamma AH^2$ nostrum DA^1 7 ab] ad C^1 ob *D* 8 quęrela *H* querela γ*ABDMENXbd* subsistet *bd* subsistat *B* 10 hoc saeculum *om. CIZB* praedistinatus *HA* 12 differatur *B* duos A^1 suos A^2 16 laudem atque amorem *b* mutentur] utentur γ mittentur DN^1 imitentur *bd* 18 hoc uerbum *E* 21 capiunt *A* coniugalibus *B* 22 uita *Bd* 23 coeperint $CP\gamma IHAB$ 24 praedistinatum *A* predistinatum *H* numero membrorum $P\gamma HADMENXbd$

brorum numero etiam sufficiant, quae tam multa ex hac uita transierunt. neque enim nunc, si omnes fuerint continentes, honorem continentium daturi sunt eis, qui tricenarium fructum. si in coniugali bono ipse intellegitur, iam dominicis horreis intulerunt. habebunt ergo illic omnia ista bona suum locum, etiamsi deinceps nulla uelit nubere uel nemo ducere uxorem. secure itaque instate quibus potestis, ut fiant quod uos estis; et orate uigilanter atque feruenter, ut adiutorio dexterae excelsi et abundantia misericordissimae gratiae domini et perseueretis in eo quod estis et proficiatis ad id quod eritis.

29. Deinde obsecro uos per illum, a quo hoc donum accepistis et huius doni praemia speratis, ut me quoque orationibus uestris memineritis inserere cum tota domestica uestra ecclesia. ordinatissime quippe prouenit, ut matri uestrae iam grandaeuae de oratione epistulam scriberem — ad ipsam quippe maxime pertinet orando concertare pro uobis, quae de se minus sollicita est quam de uobis — et ut ad te potius quam ad illam hoc de continentia uiduali opusculum facerem, quia tibi superare adhuc restat, quod iam aetas illius superauit. uirgo autem sancta proles uestra, si aliquid de sua professione desiderat ex laboribus nostris, habet grandem librum de sancta uirginitate, quem legat. de quo legendo etiam te commonueram, quoniam multa continet

3 cf. Matth. 13, 8 15 cf. Ep. ad Probam (130) 22 de s. uirg.

1 etiam] iam *HAMbd* tam] etiam *B* 2 nec *EX* continentes honorem *om.* P^1 3 continentium] continent AH^1 continen* *D* continentię H^2MENX 4 si—intellegitur *om. I* si in] sunt *C* 5 ergo] enim *N* omnia] communia $P\gamma HADMENX$ bona ista *N* 6 etiam *IZ* 7 securae *PHAB* itaquę *H* in*state *P* state γ 8 adiutoria $PAH^1_1^1$ dextre *EX* 9 habundantia *HAENXB*^{1} dei *E* et *fin.*] ut H^1 11 hoc] et hoc γ*HADMENXbd* et hoc (hoc *add. m. al.*) *P* 13 nostra *D om. MENX* 14 eclesia *C* uenit *B* 15 grandeu*e γ grandeuae *PM* grande *A* epistulam *om. N* scribere *EX* ipsū *EX* 16 pertinent $P\gamma AH^1$ 17 se *s. l. C* min*us *C* 18 illa $P\gamma A$ facererem *B* facere *EX* 20 professione sua *MENX* 23 te *om.* γ*HADM ENX* communueram $C\gamma^1$ continent γ

utrique necessaria castitati, hoc est uirginali atque uiduali, quae hic propterea partim tenuiter adtigi, partim omnino praetermisi, quia ibi copiosius disputaui. perseueres in gratia Christi amen.

1 utręque *ADN* adque C^1 2 huic *A* hąc *B* attigi tenuiter partim *N* partim *om. N* *post* omnino *er.* non *in P* 3 disputauit B^1 perseueres—Christi *om. NEX* perseuerans (n *s. l.*) *A, D* 4 amen *om. IZBMENXbd* Explicit liber sci Augustini de bono uiduitatis *219*^{b} *C, fol. 95*^{a} *B* Explicit sci Augustini de bono uiduitatis *fol. 98*^{b} *I, fol. 67*^{a} *Z* Explicit liber sci Augustini de bono uiduali *fol. 67*^{a} *P, fol. 78*^{b} *H, fol. 123*^{b} *M* Explicit liber de bono uiduali *fol. 71*^{b} *E, fol. 119*^{b} *X* Explicit liber sci Augustini de sca uiduitate *fol. 58*^{b} *D; subscriptio abest a codd.* γ *fol. 62*^{b}, *N fol. 106*^{a}, *A fol. 62*^{a}.

VIII.

S. Aureli Augustini

ad Pollentium de adulterinis coniugiis libri duo.

B = codex Bruxellensis 10799 s. VIIII.
T = codex Treuericus 160 s. VIIII.
V = codex Vaticanus 512 s. X.
E = codex Parisinus 16860 s. XI.
C = codex Cassinensis 170 s. XI
M = codex Victorinus 14805 s. XII.
N = codex Regius 1939 s. XII.
R = codex Trecensis 40 s. XII.
S = codex Trecensis 201, s. XII.
P = codex Monacensis 3826 s. XIIII.
t = codex Treuericus 165 s. XV.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1686.
Eug = Eugippii excerpta ex operibus s. Augustini ed. P. Knoell.

VIII.

AD POLLENTIVM DE ADVLTERINIS CONIVGIIS LIBRI DVO.

LIBER PRIMVS.

I. 1. Prima quaestio est, frater dilectissime Pollenti, earum quas ad me scribens tamquam consulendo tractasti, quod ait apostolus: his autem qui sunt in coniugio praecipio, non ego, sed dominus, mulierem a uiro non discedere; quodsi discesserit, manere innuptam aut uiro suo reconciliari; et uir uxorem ne dimittat, utrum ita sit accipiendum, ut eam prohibuisse nubere intellegatur, quae sine causa fornicationis discessit a uiro — id enim sentis — an, sicut ego sensi in eis libris, quos ante plurimos annos de sermone euangelico scripsi, quem secundum Matthaeum habuit saluator in monte, illas innuptas manere praeceperit, quae a uiris suis ea causa recesserint, quae sola permissa est, id est fornicationis. uidetur enim tibi tunc a uiro discedentem feminam nubere non debere, si nulla uiri fornicatione

7 I Cor. 7, 10, 11

2 Incipit ad Pollentium de adulterinis coniugiis liber primus *B*, *fol. 61*ᵃ *N* Incipit ad Pollentium de adulterinis coniugiis sci Augustini *fol. 49*ᵃ *T* Incipit ad Pollentium de adulterinis coniugiis liber I sci Augustini *V*, *fol. 25*ᵃ *E* Incipit liber primus Aurelii Augustini epi ad Pollentium de coniugiis adulterinis *fol. 1 M* Incipit liber primus beati Augustini epi de adulterinis coniugiis *fol. 29*ᵃ *R* Incipit ad Pollentium de adulterinis coniugiis liber primus sci Augustini epi *fol. 98*ᵃ *S* 5 polenti *S* harum *VEMSN*¹ arum *T*¹ 6 scribens litterarum (litterarum *s. l. m. 2 add.*) *T*, *VEN*¹ ut ait (ut *s. l. m. 2 add.*) *T* 7 apostolus (u *ex* o) *B* 10 non *T*¹*Sbd* 14 scribsi *B*¹ matheum (*ita semper*) *BT*, *EMNRS* 16 quod *C* quod *C* 18 faeminam (*plerumque* ae) *B*

conpulsa discesserit; nec adtendis, si nullam uir eius causam fornicationis habuerit, non eam discedentem manere innuptam, sed omnino discedere non debere. nam utique cui praecipitur, ut, si a uiro discesserit, innupta permaneat, non discedendi aufertur licentia, sed nubendi. quod si ita est, datur ergo licentia feminis, quae continentes esse uoluerint, nullum maritorum exspectare consensum, ut, quod dictum est: mulierem a uiro non discedere, eis praeceptum esse uideatur, quae possunt eligere non continentiam, sed tale diuortium quo liceret eis in aliorum nuptias conuenire. proinde quae dilexerint nullum desiderare concubitum, nullum ferre conubium, licebit eis uiros suos etiam sine ulla fornicationis causa relinquere et innuptas secundum apostolum permanere. et uiri similiter — quoniam par forma est in utrisque — si continentes esse uoluerint, etiam uxoribus non consentientibus deserent eas et sine ullis nuptiis permanebunt. tunc enim eis, ut putas, alia coniugia liceret inquirere, si fornicationis causa diuortium nasceretur. cum uero ista causa non est, superest secundum id, quod existimas, ut aut coniux non discedat a coniuge aut, si discesserit, sine coniugio maneat aut ad pristinum coniugium reuertatur. nulla ergo existente causa fornicationis cuilibet coniugi licebit unum de tribus eligere: aut non discedere a coniuge aut, si discesserit, sic manere aut, si non sic manserit, non alterum quaerere, sed priori se reddere.

II. 2. Et ubi est, quod idem apostolus nec ad tempus, ut uacetur orationi, nisi ex consensu uoluit coniuges carnali fraudare inuicem debito? quomodo saluum erit quod ait:

7 I Cor. 7, 10

1 eius uir *S* 2 ea *C* 3 cui] i T^1 si B^2 *om.* B^1VM praecipiatur *BT* 6 quod *C* noluerint T^1 7 expectare *EMR* 8 quod *C* 9 possent *Vbd* diuortiũ *T* 10 liceat *E* delegerint *R* 11 nullum ferre conubium *om. EMS* fere *BTVNb* 12 etiam] esse *C* 14 forma par *ES* par *om. BN*T^1 utrosque *BT*^{1} 15 et *C* 16 deserentęas (a *exp. m. 2*) *T* deserenteas (a *s. l. add.*) *M* deserentes *C* ut putas eis *E* 19 estimas *S* existimans *C* coniunx *S* 21 fornicationis causa existente *T* exsistente *B*

propter fornicationes autem unusquisque uxorem suam habeat, et unaquaeque suum uirum habeat. uxori uir debitum reddat, similiter autem et uxor uiro. uxor non habet potestatem corporis sui, sed uir; similiter et uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier? hoc quomodo uerum erit, nisi quia nolente coniuge non licet coniugi continere? nam si licet mulieri sic dimittere uirum, ut maneat innupta, non uir habet, sed ipsa sui corporis potestatem: quod etiam de uiro intellegitur. deinde cum dictum est: quicumque dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam moechari, quomodo dictum intellecturi sumus, nisi prohibitum esse homini dimittere uxorem, si nulla causa fornicationis extiterit? et dictum est quare, ne scilicet faciat eam moechari; utique ideo, quia, etiamsi non ipsa dimiserit, sed dimissa fuerit, erit moecha, si nupserit.

III. Propter hoc ergo tam magnum malum non licet homini dimittere uxorem nisi ex causa fornicationis. tunc enim non ipse dimittendo facit adulteram, sed dimittit adulteram. quid? si ergo dicat: dimitto quidem uxorem meam sine ulla causa fornicationis, sed continens permanebo, ideone dicemus eum inpune fecisse quod fecit? quis hoc dicere audebit, qui uoluntatem domini haec dicentis intellegit? quoniam nec continen-

1 I Cor. 7, 2—4 10 Matth. 5, 32

1 fornicationes (e *add. m. 1 s. exp.* i) *T* fornicationem *RC* 2 uirum suum *Vbd* uirum *om. N* 4 habeat *T* corpori B^1 5 similiter autem *EMSN*^{1} sui corporis *S* 6 quomodo (quo *s. l. m. 2*) *T* 7 coniuge *in mg. add. T* contineri *M* 8 sed ipsa sui *er. in M* 10 cum] quod *NR om. E* quodcumque *C* 11 fornicationis causa *TSP* mechari *MR* 12 esset *S* hominem T^2NP hominem non *M* 13 si] sed *P* exstiterit *BVbd* 14 facit *C* mechari (*semper* e) *EM* 15 ideo] idem *P* qui $B^1T^1N^1$ quod *MP* si non etiamsi *R* 16 moechata *TVMS* moecha** *N* mecha *E* 18 ex (*s. l. m. 1*) *TN. om. MRS* 19 quod *C* 20 ergo si *S* dicat ergo *P* ulla] illa *P* 21 fornicationis causa *S* 22 dicerem *C* audebit dicere *S* 23 dicentis haec *R* hoc *P*

tiae causa dimitti coniugem uoluit, qui solam causam fornicationis excepit.

3. Redeamus igitur ad ipsa apostoli uerba dicentis: his autem, qui sunt in coniugio, praecipio, non ego, sed dominus, uxorem a uiro non discedere; quodsi discesserit, manere innuptam, et eum uelut interrogemus et tamquam praesentem quodam modo consulamus: cur dixisti, apostole, quodsi discesserit, manere innuptam? licetne discedere an non licet? si non licet, cur praecipis discedenti, ut maneat innupta? si autem licet, profecto est aliqua causa, qua liceat. haec autem inquisita non inuenitur, nisi quam solam saluator excepit, id est causa fornicationis. ac per hoc non praecipit apostolus mulierem, si discesserit, manere innuptam, nisi quae illa causa discedit a uiro, qua sola ei discedere licitum est a uiro. ubi enim dicitur: praecipio non discedere; quodsi discesserit, manere innuptam. absit, ut contra hoc praeceptum faciat, quae sic discedit, ut innupta permaneat. nisi ergo illa intellegatur, cui licet discedere — non autem licet nisi uiro fornicante — quomodo iubetur innupta, si discesserit, permanere? quis est, qui dicat: si discesserit mulier a uiro non fornicante, innupta permaneat. cum ei nisi a uiro fornicante discedere omnino non liceat? sensus itaque iste tuus quantum aduersetur uinculo coniugali, ubi dominus nec continentiam uoluit suscipi nisi pari concordia atque consensu, puto quod iam intellegas.

IIII. 4. Sed rem ipsam paulo apertius proloquamur et

3 I Cor. 7, 10. 11

7 consolamus T^1 9 non] omnino non *TAMRSPC* si autem (*supra* autem *add.* non) *N* discedere licet *P* discedenti] dimitti *M* 12 solam *om. VES* id est] adest *P* 13 praecepit VN^2bd disserit T^1 manere *om. P* 14 illa quae *P* quod *C* illa *om. S* causa *om. P* discesserit *M* ei *om. C* eius *P* 15 licitum est discedere *VRPCbd* discedere a uiro licitum est *S* 19 a uiro *PC* 21 non *om. M* 22 a uiro nisi *T* 23 tuus iste *EMNS* 24 deus *PC* non *P* parique et concordi *C* concordique consensu N^2Pbd 26 ipsam rem *M* loquamur *S* quod uel loquamur *P*

quasi constituamus ante oculos. ecce placuit continentia mulieri, uiro non placet. discessit ab eo mulier et coepit uiuere continenter, ipsa scilicet casta mansura, sed factura, quod dominus non uult, adulterum uirum: qui cum se non continuerit, alteram quaeret. quid sumus dicturi mulieri, nisi quod dicit ecclesiae sana doctrina? redde debitum uiro, ne, dum tu quaeris unde amplius honoreris, ille unde damnetur inueniat. hoc enim et illi diceremus, si te nolente continere uoluisset. non enim habes potestatem corporis tui, sed ille; sicut nec ille habet potestatem corporis sui, sed tu. nolite inuicem fraudare nisi ex consensu. cum haec atque huius modi plura, quae ad hoc pertineant, dixerimus, placetne tibi, ut nobis mulier ex ista tua ratione respondeat: 'ego apostolum audio dicentem: praecipio mulierem a uiro non discedere; quodsi discesserit, manere innuptam aut uiro suo reconciliari? ecce discessi, nolo reconciliari uiro, sed innupta permaneo. non enim ait: si discesserit, manere innuptam, donec uiro suo reconcilietur, sed, manere, inquit, innuptam aut uiro suo reconciliari. hoc, inquit, faciat aut illud. unum e duobus eligendum permisit, non autem in horum alterum conpulit. manere innupta eligo ac sic praeceptum inpleo. corripe, argue, increpa, utere qua uolueris seueritate, si nupsero'.

V. 5. Quid huic contradicam nisi: apostolum non bene intellegis? neque enim ille praecepisset, si a uiro discesserit, innuptam manere mulierem, nisi eam, cui discedere licuisset, illa una uidelicet causa, quae ibi propterea tacita est, quia notissima

14 I Cor. 7, 10. 11

1 quasi] que sit *P* 2 placuit N^2RPCbd 4 uult non dominus *P* 5 nisi quod] non quidem *P* 7 unde ille *P* dampnetur (*semper* p) *E* 10 nolite—consensu *om. TVESC, in mg. add. N* 13 audio apostolum *T* 16 ecce—reconciliari *om. P* ecce inquis *VEMN*^{1}*C* ecce inquit *S* 18 suo *om. RC* inquit *om. ES* 20 e duobus unum *P* in horum autem *S* 24 apostolo *M* 26 manere innuptam *ES* permanere *T* ni T^1 ea *N* 27 causa scilicet *P* quae] quoniam *C* quae—magister *om. S*

est, hoc est fornicationis. hanc enim solam deus magister excepit, cum de dimittenda loqueretur uxore, deditque intellegi talem formam etiam a uiro esse seruandam, quoniam non solum mulier non habet potestatem corporis sui, sed uir; sed similiter et uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. cum ergo tuum maritum arguere de fornicatione non possis, quomodo te putas quod ab eo discedis non nubendo excusare, a quo tibi non licet omnino discedere? cum haec a nobis mulier audierit, puto, quod nolis eam sic respondere, ut dicat propterea se manere innuptam, quia sine ulla uiri fornicatione discessit; nam si ille fornicatus esset, non solum sibi discedere, uerum etiam nubere licuisset.

VI. 6. Nequaquam hoc illa diceret, cum ipse sis uerecundatus istam mulieribus dare licentiam. dixisti enim: 'si uir uxorem adulteram dimiserit et alteram duxerit, mulier tantum obprobrium habebit. si autem mulier supra dicta causa uirum dimiserit et alterum duxerit, non uir tantum, sed et mulier obprobrium habebit'. cuius sententiae tuae rationem reddens, 'dicent enim, inquis, eam ideo discessisse, ut alium uirum sibi coniungeret, etsi talis forte fuerit qualis a quo discessit; facile enim uiris perquam est in hoc morbi uitium inruere. si autem et ipsum dimiserit et alii nupserit, magis

4 cf. I Cor. 7, 4

1 fornicatio *C* 3 etiam] est *C* aetiam *E* a] in N^2PCbd quoniam] cū MN^1 4 *alt.* sed *om. PC* sed—mulier *lineis superductis del. assign. in T* 7 que modo *P* te] tu *P om.* EN^2bd 8 non licet tibi *R* discedere omnino *P* 9 q̣u̇ȯḋ *R* nolis] nobis *CR* 10 innuptam *om. VES* 12 etiam] ē *C* licuisse *P* 13 et nequaquam T^2VEMN^1SC ille BT^1MN^1S illi *VER* liceret *ES* et ipse TN^2PCbd sit *C* 14 dil̨existi (*del. m. 2*) *T* 15 alteram] aliam *PCbd* 16 tantum] enim *P* o̧bproprium (*exp. m. 2*) *T* 17 alteri nupserit *RC* alii nupserit N^2Pbd 18 tantū *m. 2 supra exp.* tuū *T* et *om. T* 19 dicet $BTMN^1$ inquis (in *s. l.*) *N* quis *BTM* 21 fuerit forte *S* 22 perquam facile est enim uiris *R* perquam facile enim uiris est *bd* perquam *om. VEMS* morbo *C*

magisque dicent eam numerositatem uirorum adpetisse'. hac reddita ratione concludis et dicis: 'his ergo pertractatis uel etiam discussis oportet mulierem uirum tolerare aut innuptam manere'. bonum plane dedisti consilium mulieribus, ut, cum sciant sibi esse permissum, si adulteros uiros dimiserint, aliis coniugari, non tamen faciant propter obprobrium, sed potius tolerent etiam adulteros uiros, ne uideantur hac occasione multis uelle misceri, eo quod difficile sit, ut non talem inueniat mulier cui nubat, qualis fuerit quem dimisit, quoniam ualde in hunc morbum sunt procliues uiri. cum igitur nos dicimus etiam illi mulieri, quae uirum fornicantem dimiserit, alteri nubere non licere, tu autem dicis licere quidem, sed non expedire, utrique procul dubio dicimus eam, quae fornicantem uirum dimittit, nubere non debere. uerum hoc interest, quod nos, quando coniuges ambo christiani sunt, mulieri, si a uiro fornicante discesserit, dicimus non licere alteri nubere, a uiro autem non fornicante non licere omnino discedere; tu uero dicis, si mulier a uiro non fornicante discesserit, non ei licere alteri nubere propter praeceptum; si autem a fornicante discesserit, non ei expedire nubere propter obprobrium. mulierem itaque non nupturam discedere a uiro siue fornicante siue non fornicante permitti.

VII. 7. Porro beatus apostolus, immo per apostolum dominus quia mulierem non permittit a uiro non fornicante discedere restat, ut eam prohibeat, si discesserit, nubere, quam

1 uitiorum *S* 2 his] hic *VE* 3 mulierem] meliorem *BT*^{1}*EMNS*^{1} 4 tollerare *T* bonum ergo *T* plane] tamen *R* 6 dimiserunt *C* permiserint *P* discessisse dicat ut (dicat *s. l. m. al.*) *B* coniugare *R* faciunt *T* 7 tollerent *T*^{1} 9 nubit *BT*^{1}*RPC* 10 dimittit *CN*^{2} 11 ergo *bd* illi *om. P* 12 dimiserit *om. P* 14 uirum fornicantem *C* 15 quando] quomodo *C* 16 mulier *VE* discesserit fornicante *R* 18 omnino] domino *P om. VEMSN*^{1} si mulier] similiter quod si *VES* similiter *T*^{1} 19 alteri *om. P* 20 ea *C* 21 utique *P* 23 permitti—fornicante *om. P* permittis *VEMNRSCbd* 26 discesserit a uiro *P*

permittit a fornicante discedere. de qua enim dicitur: si a uiro discesserit, non nubat, ea condicione discedere permittitur, ut non nubat. si ergo elegerit non nubere, non est, cur prohibeatur discedere, sicut illa, de qua dicitur: si se non continet, nubat, hac utique condicione non continere permittitur, ut tamen nubat. si ergo elegerit nubere, cogi non potest continere. sicut ergo ista incontinens conpellitur nubere, ut possit quod non continet non esse damnabile, sic a uiro illa discedens innupta conpellitur permanere, ut possit quod discedit non esse culpabile. culpabiliter autem a uiro non fornicante discedit, etiamsi innupta permanserit. illa ergo manere innupta praecipitur, si discesserit, quae a fornicante discedit. quae cum ita se habeant, si eo modo intellexerimus apostolum, ut mulieribus dicamus: ita nolite discedere a uiris uestris etiam pudicis, ut, si discedere uolueritis, innuptae maneatis, omnes, quibus placuerit continentia, etiam non consentientibus uiris existimabunt sibi licere discedere. quod procul dubio quia permittere non debemus, restat, ut quod dictum est: si discesserit, manere innuptam, de illa dictum docere debeamus, cui licere discedere utique a fornicante didicimus, ne, si aliter docuerimus, obtentu continentiae perturbemus christiana coniugia et contra misericordissimum domini praeceptum dimissos a continentibus mulieribus incontinentes uiros uel a continentibus uiris incontinentes mulieres in adulteria conpellamus.

5 cf. I Cor. 7, 9 18 I Cor. 7, 11

1 dicedere *om.* *P* 2 conditione *BTVEMN* 3 *fin.* non *om.* *P* cur non *BE* cur* *S* cur ñ (ñ *s. l.*) *T* 4 sic *P* illi *P* se] ēē T^1 5 itaque *VEMNRS* 6 ut] nō *P* cogi *om.* *P* 7 ista *om.* *T* ut] ut quod continere *P* 8 non—quod *om.* *BC* 10 autem] autem si *T* *om.* *BPC* 11 etiam T^1 innupta manere *VCbd*, (innupta *s. l. m. 2*) *N* innupta permanere *P* manere innupta (innupta *s. l. m. al.*) *BT* 12 quae] quoniam *C* a *om.* *C* 15 inpudicis *P* ut] aut *R* 17 estimabunt *SC* existimabạnt (*supra* ạ *add.* u) *B* qụịṣ *N* 19 debemus T^1P 20 utique] non utique *BMNRPCbd* ṇọṇ utique *T* a] nisi a *MRPbd* nisi a (si *s. l.*) *N* nisi *C* 23 dimissas ST^2 mulieribus *s. l. N* mulieribus —continentibus *om.* *TVEMS* uiros incontinentes *R* 24 copulamus *P*

VIII. 8. Illud ergo, quod dominus non quidem in sermone ipso, qui exponebatur a nobis, sed tamen alibi ait: quicumque dimiserit uxorem suam nisi ex causa fornicationis et aliam duxerit, moechatur, si hoc modo intellegendum est, ut quicumque causa fornicationis dimiserit et aliam duxerit, non moechetur, non uidetur in hac causa par forma esse mariti et uxoris, quandoquidem mulier, etiamsi causa fornicationis discesserit a uiro et alii nupserit, moechatur, uir autem, si eadem causa uxorem dimiserit et aliam duxerit, non moechatur. at si par forma est in utroque, uterque moechatur, si se alteri iunxerit, etiam cum se a fornicante disiunxerit. parem uero esse formam in hac causa uiri atque mulieris, ibi ostendit apostolus — quod saepe commemorandum est — ubi, cum dixisset: uxor non habet potestatem corporis sui, sed uir, adiecit atque ait: similiter et uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier.

VIIII. 9. 'Cur ergo, inquis, interposuit dominus causam fornicationis et non potius generaliter ait: quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, moechatur, si et ille moechus est, qui dimissa fornicante muliere alteram ducit?' credo, quia illud quod maius est, hoc dominus commendare uoluit. maius enim adulterium esse quis negat uxore non fornicante dimissa alteram ducere, quam si fornicantem quisque dimiserit et tunc alteram duxerit? non quia illud adulterium non est, sed quia minus est, ubi fornicante dimissa altera ducitur. nam simili locutione

2 Matth. 19, 9 14 I Cor. 7, 4

2 meo (*s. l.* ipso) *S* a nobis exponebatur *P* 3 ex *om. R* causa] consa *E* 6 moechatur *B* mechatur *R* 7 p̄ (*sic!*) *T* 9 dimiserit uxorem *S* 10 at] aut *R* in utroque] introque *B* 14 ubi] nisi *P* 18 cur] cum *B* 21 si] sed *P* 22 duxit *R* 23 deus *BEMN* commemorare N^2PCbd adulterium enim *T* 24 dimissa *T* 26 qui *B* illud] et hoc *Cbd* 27 nam—*356*, *16* ducunt *om. M*

usus etiam apostolus Iacobus ait: scienti igitur bonum facere et non facienti peccatum est illi. numquid ideo non peccatum est etiam illi, qui nescit bonum facere et ideo non facit? utique peccatum est; sed hoc grauius, si etiam sciat et non faciat, nec illud ideo nullum, quia minus. ut ergo eodem modo utrumque dicamus: sicut quicumque dimiserit uxorem excepta causa fornicationis et aliam duxerit, moechatur, ita quicumque scit bonum facere et non facit, peccat. sed quemadmodum hic recte dici non potest: ergo si nescit, non peccat — sunt enim etiam peccata ignorantium, quamuis minora quam scientium — ita nec illic recte dici potest: ergo si causa fornicationis dimiserit et aliam duxerit, non moechatur; est enim moechatio etiam eorum, qui alias ducunt relictis propter fornicationem prioribus, sed utique minor quam eorum, qui non propter fornicationem dimittunt et alteras ducunt. potest quippe, sicut dictum est: scienti bonum facere et non facienti peccatum est illi, eodem modo et illud dici: dimittenti uxorem sine causa fornicationis et aliam ducenti moechatio est illi. quemadmodum igitur si dixerimus: quicumque mulierem a marito praeter causam fornicationis dimissam duxerit, moechatur, procul dubio uerum dicimus nec tamen ideo illum, qui propter causam fornicationis dimissam duxerit, ab hoc crimine absoluimus, sed utrosque moechos esse minime dubitamus: ita eum,

1 Iac. 4, 17 16 Iac. 4, 17

1 iacobus apostolus *VENSP* igitur *om. R* 2 est *om. P* numquid—*17* illi *om. VESN*[1] 3 illi etiam *Rbd* iam illi *P* illi *N* bonum est *P* 4 faciunt *T* 5 facit *B* ideo illud *P* 6 utrunque *NR* quicunque *R* 8 facere bonum *P* 9 quemammodum *B*[1] 10 enim *om. P* 11 illi *TN* 13 eorum etiam *Nbd* aliis nubunt *P* 16 *uoculis* potest quippe *pergit M* 17 est illi *om. P* 18 *uoce* eodem *pergunt codd. VESN* eo *VENRP* dici poterit *VMN*[1]*S* dimittens *S* fornicationis causa *P* 19 alia *M* ducens *S* moechatus *VE* mechatus *MS* illi *om. VEMN*[1] quemammodum *B* 21 moechatur—duxerit *in mg. N* 23 ab] ad *P* crimene *P*

qui praeter causam fornicationis uxorem dimiserit et aliam duxerit, moechum pronuntiamus nec ideo tamen eum, qui propter causam fornicationis dimiserit et alteram duxerit, ab huius peccati labe defendimus. ambos enim, licet alterum altero grauius, moechos tamen esse cognoscimus. neque enim quisquam ita est absurdus, ut moechum neget esse qui duxerit eam, quam maritus propter causam fornicationis abiecit, cum moechum dicat eum, qui duxerit eam, quae praeter causam fornicationis abiecta est. sicut ergo isti ambo sunt moechi — unde, cum dicimus: quicumque mulierem praeter causam fornicationis a uiro dimissam duxerit, moechatur, de uno quidem ipsorum dicimus nec tamen ideo moechari negamus eum, qui eam duxerit, quam propter causam fornicationis maritus dimiserit — ita, cum ambo sint moechi, et ille scilicet, qui dimiserit uxorem suam praeter causam fornicationis et aliam duxerit, et ille, qui propter causam fornicationis uxore dimissa se alteri copulauerit, profecto quando de uno eorum legimus, non ita intellegere debemus, quasi ex hoc alter moechus negatus sit, quod alter expressus sit.

10. Sed si hoc euangelista Matthaeus, quia expressa una specie alteram tacuit, fecit ad intellegendum difficile, numquid non alii generaliter id ipsum ita complexi sunt, ut de utroque possit intellegi? nam secundum Marcum sic scriptum est: quicumque dimiserit uxorem suam et alteram du-

25 Marc. 10, 11. 12

1 uxorem *om. M* 3 aliam *TVEMNRS* ab] ad *P* 4 diffundimus *P* 5 tamen esse] maxime *P* agnoscimus *P* 6 esse] eum *R* quis *P* 7 fornicationis causă *P* abiecit—fornicationis *om. P* 8 indicat *T* duxerat *V* 9 sicut] si *T* sic *VENSbd* 10 cum dicimus] concedimus *P* 13 negauimus *T* ḍiçimuṣ (*s. l.* negamus) *S* 16 et aliam duxerit *om. R* preter *MS* 17 seḍ *T* (*exp. m. 2*) 19 quo *P* 20 expraessus *B* 21 mattheus *BEMN* matheus *RSP* expraessa *BT* 22 specię *E* facit N^2bd nunquid (*semper* n) *E* 23 id ipsum] adipsum *P* 24 posset *TNbd* nam si (si *s. l. add.*) *N* sic *om. EMS*

xerit, adulterium committit super eam; et si uxor dimiserit uirum suum et alii nupserit, moechatur; secundum Lucam sic: omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram, moechatur; et qui dimissam a uiro ducit. moechatur. qui ergo nos sumus, ut dicamus: est, qui moechatur uxore sua dimissa alteram ducens, et est, qui hoc faciens non moechatur, cum euangelium dicat omnem moechari qui hoc facit? proinde si quicumque hoc fecerit, id est omnis, qui hoc fecerit, ut uxore sua dimissa alteram ducat, moechatur, sine dubitatione ibi sunt ambo, et qui praeter causam fornicationis et qui propter causam fornicationis dimittit uxorem; hoc est enim: quicumque dimiserit, hoc est: omnis qui dimittit.

X. 11. Non autem — sicut nescio quare tibi uisum est — cum euangelii secundum Matthaeum uerba proferrem, praetermisi quod scriptum est: et aliam duxerit, et sic dixi: moechatur; sed haec uerba posui, quae in sermone illo prolixo leguntur, quem dominus habuit in monte; hunc enim tractandum susceperam. quae uerba illic ita leguntur, ut posui, id est: quicumque dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam moechari; et qui solutam a uiro duxerit, moechatur. ubi etsi nonnulla exemplaria uerbis diuersis eundem sensum habent interpretatum, non tamen ab eo quod intellegitur discrepant. alia quippe habent: quicumque dimiserit, alia: omnis qui dimi-

3 Luc. 16, 18 20 Matth. 5, 32

2 suum *om. M* 3 secundum—moechatur *om. P* 4 alteram ducit *Vbd* 5 quid *TVEMNR* qui *S* 7 omnem omnem *M* 8 moechare *N* 9 qui *om. P* ut *s. l. m. 1 N, om. B*[1]*TVEMS* 10 dubioçione *N* 11 fornicationis causam *T* et qui—fornicationis *om. BTPS, in mg. add. N* 12 dimittit—quicumque *om VE* 14 tibi *om. BTVENS* est *om. P* est michi *VES* 15 euangelio *T* mattheum *BMN* matheum *TERS* praetermissa *P* 16 et aliam—moechatur *om. S* 17 haec] ad haec *M* ea *Pbd* haec *exp. in N, post* uerba *positum in T* quae posui *T* 19 ita *om. N* 20 excepto *N* 23 interpraetatum *B* 25 qui dimiserit *om. P*

serit; itemque alia: excepta causa fornicationis, alia: praeter causam fornicationis, alia: nisi ob causam fornicationis; item alia: qui solutam a uiro duxerit, moechatur, alia: qui dimissam a uiro duxerit, moechatur. ubi puto quod uideas nihil interesse ad unam eandemque sententiam. quamuis illud ultimum, id est qui dimissam a uiro duxerit, moechatur, in eo sermone, quem dominus fecit in monte, nonnulli codices et graeci et latini non habeant. credo propterea, quia et ibi explicatus hic sensus putari potuit, quod superius dictum est: facit eam moechari; quomodo enim dimissa fit moecha, nisi fiat qui eam duxerit moechus?

XI. 12. Verba uero, quae ipse posuisti, unde tibi uisum est non moechari eum, qui propter causam fornicationis uxorem dimiserit et aliam duxerit, obscure quidem posita sunt. unde non miror in eis intellegendis laborare lectorem; sed non sunt in eo sermone domini, qui tunc a me tractabatur, quando illa conscripsi, quae cum legeres te mouerunt. alibi quippe idem Matthaeus ea dominum dixisse narrauit, non cum illum prolixum faceret in monte sermonem, sed cum interrogatus esset a pharisaeis, utrum liceret ex quacumque causa dimittere uxorem. sed quod minus intellegitur apud Matthaeum, apud alios euangelistas intellegi potest. quapropter cum legerimus in euangelio secundum Matthaeum: quicumque dimiserit uxorem nisi ob fornicationem, aut, quod magis in graeco legitur,

24 Matth, 19, 9

2 causa *T* alia—fornicationis *om. P* 3 a *om. BR* 4 alia—moechatur *in mg. T, om. P* 6 illud] id *in mg. P* qui *om. P* 9 explicatur *BT* explicaꝫ** (*corr. m. 2*) *S* 10 quod] quod *s. l. S* in eo, quod *bd* 13 tibi *om. P* 14 eum *om. M* 16 minor *EM* in eis intellegendis] intellegendis *T* in eis (*s. l. uoces pos.*) intellegendis hịs *N* in intellegendis his *M* intellegendis his *VES* labor est *VEMS* laborare (re *s. l.*) *N* lectori *VEMS om. P* 17 sunt difficilia *VES* sunt ḍiffiçilịa *N* 18 conscribsi *T* scripsi *S* 19 matheus *BTER* 20 sed] et *P* 21 phariseis *TEMRS* liceret homini *P* 23 cum *om. P* legeremus *E* 25 ob causā fornicationis *T* magis] tua *P*

praeter causam fornicationis et aliam duxerit, moechatur, non debemus continuo putare illum non moechari, qui propter causam fornicationis dimiserit et aliam duxerit, sed adhuc ambigere, donec euangelium secundum alios euangelistas, a quibus hoc narratum est, consulamus. quid? si enim secundum Matthaeum non quidem quod ad hanc rem pertinet dictum est totum, sed ita pars dicta est, ut intellegeretur a parte totum, quod tamquam explanantes Marcus et Lucas, ut clareret plena sententia, totum dicere maluerunt? cum itaque primum non dubitantes uerum esse, quod apud Matthaeum legitur: quicumque dimiserit uxorem suam praeter causam fornicationis et aliam duxerit, moechatur, quaesierimus, utrum tantum iste moechetur ducendo alteram uxorem, qui praeter causam fornicationis priorem dimiserit, an omnis, qui dimissa uxore alteram duxerit, ut ibi sit etiam ille qui fornicantem dimiserit, nonne secundum Marcum respondebitur nobis: quid quaeritis, utrum ille sit moechus et ille non sit? quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, adulterium committit. nonne etiam secundum Lucam dicetur nobis: quid ambigitis, utrum ille, qui propter causam fornicationis uxorem dimiserit et aliam duxerit, non moechetur? omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram moechatur. ac per hoc, quoniam fas non est, ut euangelistas quamuis diuersis uerbis de una re loquentes ab uno sensu eademque sententia dissentire dicamus, restat, ut Matthaeum intellegamus a parte totum significare uoluisse, eandem tamen tenuisse sententiam, ut dimittens uxorem et alteram ducens non quidam moechetur, id est qui praeter fornicationem dimiserit, quidam uero non

4 abigere *E* 6 mattheum *aut* matheum *semper codd.* 7 totum *om. P* 10 non dubitantes primum *R* 11 propter T^1*VEMPbd* 13 aliam *R* 14 fornicationis causam *P* 16 marchum *P* 19 alteram *VEMNSP* 20 ambigis *M* 22 non *om. P* moechet̃ et *EMSN*^{1} mechatur *P* 23 aliam ducit *P* 26 a parte totum intellegamus *EMNS* totam *TB*^{1} 27 eandemque *VE* tenuisse *om. P* 28 quidem *PSR*^{1} 29 propter *S* quidam—dimiserit *om. MS*

moechetur, id est qui propter fornicationem dimiserit, sed omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram, moechari minime dubitetur.

XII. 13. Nam et illud, quod etiam secundum Lucam sequitur: qui dimissam a uiro ducit, moechatur, quomodo est uerum? quomodo moechatur, nisi quia illa, quam duxit, eo uiuente, a quo dimissa est, adhuc uxor aliena est? si enim iam suae, non alienae miscetur uxori, utique non moechatur; moechatur autem. aliena est ergo cui miscetur. porro si aliena est, hoc est eius, a quo dimissa est, etiamsi propter fornicationis causam dimissa est, nondum dimittentis uxor esse cessauit. si autem illius esse cessauit, iam huius est, cui alteri nupsit; et si huius est, non moechus iudicandus est, sed maritus. sed quia non eum maritum dicit scriptura, sed moechum, adhuc illa illius erit, a quo etiam causa fornicationis abiecta est. et ideo quamcumque etiam ipse illa dimissa ducit uxorem, quia cum alieno marito concumbit, adultera est. unde autem fieri potest, ut adulter etiam ipse non sit, quem constat adulterare quam duxit?

XIII. 14. Iam nunc illud uideamus, quod ait apostolus: ceteris autem ego dico, non dominus, ad inparia scilicet, hoc est, ubi non ambo christiani fuerant, coniugia locuturus. quod mihi uisum est eum monendo dixisse. quia enim coniux fidelis relinquere coniugem licite potuit infidelem, ideo fieri hoc non dominus, sed apostolus prohibet. quod enim

5 Luc. 16, 18 21 I Cor. 7, 12

1 dimiserit *om. P* 2 alteram *om. M* 4 et *om. TVEMSN*^{1} etiam *om. S* 6 uerum est *P* ille *P* 9 si aliena *VEMSP* ergo *om. VEPMS* 10 *med.* est *om. P* 13 moechus est (*exp. m. 2*) *T* 14 eum non *P* 15 erit] erat *R* est *PN*^{2}*bd* 17 uxorem ducit *R* 18 etiam *om. P* quem] cū *N*^{2}*bd* 19 constet *Sbd* adulterare cū dixit qui dimissam duxerit moechatur *VMNE; sed in VN* cum—moechatur *expuncta sunt, in N supra expuncta uerba additur:* quam duxit dixit *BT*^{1}*S* 21 ego *om. P* scilicet et *E* 22 ibi *T*^{1} ubi non] ubinam *P* loquitur *Pbd* 24 coniunx *MRS* relinquere potuit licite coniugem *R* 25 quod—prohibet *om. P*

dominus prohibet, fieri omnino non licet. monet ergo apostolus, quod possit esse multorum occasio lucrandorum, ut fideles coniuges in relinquendis infidelibus permissa licentia non utantur. tibi autem uidetur infideles quoque dimitti a fidelibus non licere, quia hoc uetat apostolus, cum ego dicam licere, quia hoc non uetat, non tamen expedire, quia hoc ne fiat, monet apostolus: qui reddit etiam rationem cur fieri non expediat, quamuis liceat. quid enim scis, inquit, mulier, si uirum saluum facies? aut unde scis, uir, si uxorem saluam facies? cum etiam superius dixisset: sanctificatus est enim uir infidelis in uxore, et sanctificata est mulier infidelis in fratre, hoc est in christiano, alioquin filii uestri, inquit, inmundi essent; nunc autem sancti sunt. sic ad lucrandos coniuges et filios Christo etiam exemplis, quae iam prouenerant, uidetur hortatus. cur ergo non expediat etiam infideles coniuges dimitti a fidelibus, causa euidenter expressa est. non enim propter uinculum cum talibus coniugale seruandum, sed ut adquirantur in Christo, recedi ab infidelibus coniugibus apostolus uetat.

XIIII. 15. Multa sunt autem facienda non iubente lege, sed libera caritate; et ea sunt in nostris officiis gratiora, quae cum liceret nobis etiam non inpendere, tamen causa dilectionis inpendimus. unde prior ipse dominus, cum se tributum non debere monstrasset, soluit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad aeternam salutem gerens hominem consulebat. iam uero apostolus quemadmodum ista commendet, eius uerba testantur, ubi dicit: cum enim liber sim ex omnibus,

8 I Cor. 7, 16 10 I Cor. 7, 14 24 cf. Matth. 17, 24 sqq. 28 I Cor. 9, 19

2 quo *Pbd* esse *om. P* 3 in] nō *P* 4 quosque *R* 5 cum *om. P* 6 uetat dominus *VEMRSbd*, (dominus *s. l.*) *N* ne] nō *P* 7 reddet *P* redd̨idit *T* etiam *om. P* 9 facias *S* aut—facies *in mg. N* 10 saluum *T* 11 infidelis] sanctificatus *P* 13 fili *M* nunc —coniuges *om. P* 16 cur] cum T^1MN^1 19 in *om. RS* christum *Pbd*

omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem, cum paulo superius dixisset: numquid non habemus licentiam manducandi et bibendi? numquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi, sicut et ceteri apostoli et fratres domini et Caephas? an ego solus et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? quis militat suis stipendiis umquam? quis plantat uineam et de fructu eius non edit? quis pascit gregem et de lacte gregis non percipit? et paulo post, si alii, inquit, potestatis uestrae participant, non magis nos? sed non sumus usi hac potestate, sed omnia toleramus, ne quod inpedimentum demus euangelio Christi. deinde post pauca, quae ergo, inquit, mihi merces erit? ut euangelizans sine sumptu ponam euangelium, ut non abutar potestate mea in euangelio. continuoque subiungit quod paulo ante commemorauí: cum enim liber sim ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem. item alio loco de quibusdam quae ad escam pertinent, omnia, inquit, mihi licita sunt, sed non omnia expediunt; omnia mihi licita sunt, sed ego sub nullius redigar potestate. esca uentri et uenter escis, deus autem et hunc et has euacuabit. item alibi de hoc ipso: omnia licita sunt, sed non omnia expediunt; omnia licita sunt, sed non omnia aedificant. nemo quod suum est quaerat, sed id quod alterius est. atque ut ostenderet unde loque-

2 I Cor. 9, 4—7 10 I Cor. 9, 12 14 I Cor. 9, 18 17 I Cor. 9, 19 20 I Cor. 6, 12. 13 24 I Cor. 10, 23. 24

1 seruum me *VPbd* 3 licentiam] potestatem *RPbd* 4 circumduci *T* circumducere *S* 6 cephas *VEMRSPbd* 7 hoc] non *VEP* 8 plantauit *VNbd* non de fructu eius *P* 9 fructibus *T* aedet *B* edet *TP* 11 nonne *R* 12 usi sumus *R* usi hac] usu ac *N* tolleramus *T* 14 quae *ex* quare *T* mihi inquit *P* 17 quę *R* 21 sed—sunt *om. P* mihi *om. V* 22 reddar *P* potestatē *N* 24 omnia mihi *bd* 25 omnia mihi licita B^2bd 27 id] illud *P*

retur, omne, inquit, quod in macello uenit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. et tamen alibi dicit: non manducabo carnem in aeternum, ut non fratrem meum scandalizem, itemque alibi: omnia quidem munda, sed malum est homini qui per offensionem manducat. quod est 'omnia licita sunt', ipsum est 'omnia quidem munda'; et quod est 'sed non omnia expediunt', ipsum est 'sed malum est homini qui per offensionem manducat'. ita ostendit ea quae licita sunt, id est nullo praecepto domini prohibentur, sicut expedit, potius esse tractanda non praescripto legis, sed consilio caritatis. haec sunt, quae amplius erogantur saucio, qui curandus ad stabulum Samaritani illius miseratione perductus est. et ideo dicuntur non a domino praecipi, quamuis domino moneantur offerri, ut tanto intellegantur esse gratiora, quanto magis ostenduntur indebita.

XV. 16. Sed ea, quae in his talia sunt, ut, quamuis sint licita, non expediant, non in eis dici potest: bonum est hoc, sed illud melius, sicut dictum est: qui dat nuptum, bene facit; et qui non dat nuptum, melius facit. ibi enim utrumque licet, et hoc aliquando, aliquando illud expedit. nam illis, quae se non continent, utique expedit nubere, et quod licet, expedit; quae autem uouerint continentiam, nec licet nec expedit. porro discedere ab infideli coniuge licet, sed non expedit; manere autem cum illo, si cohabitare consentit, et

1 I Cor. 10, 25 3 I Cor. 8, 13 5 Rom. 14, 20 13 cf. Luc. 10, 33—35 19 I Cor. 7, 38

1 macellū *R* 4 ut non]-ne *RS* ut *TVEMNP* meum] non N^2P 5 munda sunt *R* 6 offendiculum *R* quod—manducat *om. S* omnia—est *om. BTVE* 7 quidem omnia *P* omnia—ipsum est *in mg. add. T* mundis *P* 11 praescripto] praecepto *P* 14 quamuis domino *in mg. add. N* 17 licita sint *S* 18 expediunt *BTVEM* in] de *S* non bonum *M* hoc est *R* 19 bene—nuptum *om. P* 21 utrunque *R* nam—*24* expedit *om. P* 22 qui *BTVEM*N^1*RS* 23 nouerint T^1N continentia *N* 24 discedere *om. P* licet discedere *P* 25 habitare *R* consentit] conducit *P*

licet et expedit, quia, si non liceret, expedire non posset. potest ergo aliquid licere et non expedire; expedire autem quod non licet non potest. ac per hoc non omnia quae licita sunt, expediunt, omnia uero inlicita non expediunt. sicut enim omnis, qui Christi sanguine redemptus est, homo est, non tamen omnis, qui homo est, etiam sanguine Christi redemptus est, ita omne quod non licet non expedit nec tamen omne quod non expedit etiam non licet. sunt quippe licita, quae non expediunt, sicut apostolo teste didicimus.

XVI. 17. Sed inter id, quod inlicitum est et ideo non expedit, atque id, quod licitum est nec tamen expedit, quid intersit, aliqua uniuersali regula definire difficile est. citius enim quisque dixerit: omne quod fieri non expedit, peccatum est; omne autem peccatum inlicitum est. omne ergo quod non expedit, inlicitum est. et ubi erunt illa, quae licita esse, sed non expedire apostolus dixit, si omne quod non expedit, licitum non est? quapropter quia uerum dixisse apostolum dubitare non possumus et aliqua peccata esse licita dicere non audemus, restat, ut dicamus fieri aliquid, quod non expediat, et tamen, si licitum est, non esse peccatum, quamuis quoniam non expedit, non sit utique faciendum. quodsi absurdum uidetur, ut aliquid fiat quod non expedit et dicatur peccasse qui fecerit, intellegendum est hoc ex consuetudine sermonis absurdum: quae ita late patet, ut etiam iumenta, quamuis sint rationis expertia, tamen plerumque dicamus debere uapulare cum peccant; peccare autem proprie non est nisi eius, qui utitur rationali uoluntatis arbitrio, quod in omnibus mortalibus animantibus nonnisi homini est diui-

1 si *om.* *P* 3 quę licita sunt *N* licita *MPbd* 4 uero] autem *VPbd* licita *T* 5 *alt.* est *s. l.* *T* *om.* *M* 6 xpi sanguine *TR* 8 non *ante* licet *er. in* *V* 9 dicimus *B* 11 id *N* est *om.* *S* 12 diffinire *TEMR* 17 quapropter *N* 18 licita esse *R* 20 esse] est *R* 21 expediat *R* 22 *supra* aliud *ser.* aliquid *S* 23 non peccasse *VEMNRSPbd* quid *T* ex] ei *BTR* consuetudini *BR* consuetudinis *T* 25 experta *M* 26 proprium *R* 27 quæ *T* nali—omnibus *om.* *E* uoluptatis *M* 28 hominis *T*

nitus adtributum. sed aliud est, cum proprie loquimur, aliud, cum uerba ex aliis rebus transferendo uel abutendo mutuamur.

XVII. 18. Vt igitur, si possumus, enitamur inter id, quod licet et non expedit, et id, quod non licet atque ideo nec expedit, aliquo certo fine distinguere, ea mihi uidentur licere et non expedire, quae per iustitiam quidem, quae coram deo est, permittuntur, sed propter offensionem hominum, ne ob hoc impediantur a salute, uitanda sunt; ea uero non licere et ideo non expedire, quae sic ipsa iustitia uetantur, ut facienda non sint, etiamsi ab eis, quibus in notitiam fuerint perlata, laudentur. quod si ita est, ideo nonnisi inlicita prohibentur a domino, ut ea, quae licita sunt et non expediunt, non legis uinculo, sed libera dilectionis beneficentia caueantur.

19. Quocirca si dimittere infidelem coniugem non liceret, hoc fieri dominus prohiberet neque id apostolus prohibens diceret: ego dico, non dominus. nam si propter fornicationem carnis permittitur homo a coniuge separari, quanto magis in coniuge mentis fornicatio detestanda est, id est infidelitatis, de qua scriptum est: quoniam ecce qui se longe faciunt a te, peribunt; perdidisti omnem qui fornicatur abs te!

XVIII. Sed quia ita licitum est, ut non expediat, ne propter coniugum separationes offensi homines ipsam doctrinam salutis, qua inlicita prohibentur, exhorreant ac sic peiores atque perituri in eadem infidelitate remaneant, intercedit apostolus et monendo fieri uetat, quod ita licitum est, ut non expediat.

17 I Cor. 7, 12 20 Ps. 72, 27

2 mutuamur (*s. l. ?* mutamus) *B* mutamus *VEMN*^{1} mutuamus *SN*^{2} 5 et—id *om. BTVES* ideo nec] ideo non *TVRPbd* 9 ideo nec *VPbd* 12 illic ita *B* 14 beneficientia *VEMN* 15 si *s. l. in N, ante* non *pos.* in *VES* 16 dominus fieri *S* id *s. l. in N, om. VES* prohibet dicens (*s. l. m. 1* prohibens diceret) *T* 18 a *om. B*^{1} 19 infidelita••s *N* infidelitas *Ebd* 20 quoniam qui se ecce longe faciunt *VE* longe se *bd* 23 ne] non *B* 25 exorreant *TE*

sic enim recedere ab infidelibus uxoribus uel maritis fideles uiri uel feminae non prohibentur a domino, ut neque iubeantur. nam si dimittere tales coniuges iuberentur, nullus locus esset consilio monentis apostoli, ne hoc fieret. nullo modo enim quod dominus iubet, seruus bonus fieri prohiberet.

20. Namque aliquando hoc dominus per Esdram prophetam iussit et factum est; dimiserunt Israhelitae uxores alienigenas, quicumque tunc habere potuerunt, per quas fiebat, ut et ipsi ad alienos seducerentur deos, non ut illae per maritos uero adquirerentur deo. nondum enim tanta gratia saluatoris inluxerat et promissis temporalibus ueteris testamenti adhuc inhiabat illius populi multitudo. et propterea cum bona terrena, quae pro magno expetebant a domino, uiderent etiam his abundare, qui multos falsos colebant deos, blanditiis uxorum prius eos reuerebantur offendere, deinde inducebantur et colere. unde iusserat dominus per sanctum Moysen, ne quis uxorem alienigenam duceret. merito ergo quas duxerant domino prohibente, domino iubente dimiserunt. cum uero coepisset gentibus euangelium praedicari, iam coniunctos gentiles gentilibus comperit coniuges: ex quibus si non ambo crederent, sed unus aut una et infidelis cum fideli consentiret habitare, nec prohiberi a domino debuit fidelis infidelem dimittere nec iuberi: ideo scilicet non prohiberi, quia iustitia permittit a fornicante discedere et infidelis hominis fornicatio est maior in corde, nec

6 cf. Esdr. 9, 7 seqq. 16 cf. Deut. 7, 3

2 neque ut *T* 3 esset locus *Vbd* 4 momentis *T* hoc fieret] obfieret *T* enim modo *R* 5 iubet *om. E* 6 namquę (*m. 2 exp.*) *T* hoc dominus aliquando *bd;* aliquando hoc quod dominus *M* ezdram *R* 7 israelitae *BVMNRSd* aligenigenas *T* 8 quecumque *N* 9 ad] ab *M* ad *s. l. N, om. VERS* alieno *M* sequerentur *R* ad deos *VES* ądeos (a *del. m. 2*) *T* a dō *M* ille *NR* 10 acquirentur *T* adquirentur *E* 11 iniabat *S* inhiniabat T^1 13 expectabant *E* exspectabant *VMNRbd* habundare *BTNS* 14 blanditis B^1 16 qui B^1T^1 alienam *M* 18 cepisset *RS* 19 iam con *om. M* gentibus *B* conperit *T om.* N^1 20 coniugibus *M* 21 et *om. VENSbd* įnfideli *T*

uera eius pudicitia cum coniuge dici potest, quia omne quod non est ex fide, peccatum est: quamuis ueram fidelis habeat pudicitiam etiam cum infideli coniuge, qui non habet ueram. ideo autem nec iuberi debuerunt fideles ab infidelibus separari, quia non contra iussionem domini gentiles fuerunt ambo coniuncti.

21. Quoniam ergo ab infideli fidelem discedere nec prohibet nec iubet dominus, ideo ut non discedat apostolus dicit, non dominus, habens utique spiritum sanctum, in quo dare posset utile et fidele consilium. unde cum dixisset de muliere, cuius uir mortuus fuerit: beatior autem erit, si sic permanserit, secundum meum consilium, ne quis hoc consilium tamquam humanum et non diuinum contemnendum putaret, adiecit: puto autem, et ego spiritum dei habeo. proinde intellegendum est etiam ipsa, quae non a domino iubentur, sed a sancto eius famulo utiliter suadentur, eodem domino inspirante suaderi. absit enim, ut quisquam catholicus dixerit, quando suadet spiritus sanctus, non dominum suadere, cum et ipse dominus sit et inseparabilia sint opera trinitatis. dicit tamen: de uirginibus autem praeceptum domini non habeo, consilium autem do, non ut hoc consilium alienum existimemus a domino, cum continuo sequatur et dicat: tamquam misericordiam consecutus a deo, ut fidelis essem. secundum deum ergo dat fidele consilium in eo spiritu, de quo ait: puto autem, et ego spiritum dei habeo.

22. Verum tamen aliud est domini iubentis imperium, aliud conserui secundum misericordiam caritatis, quae illi est a

1 Rom. 14, 23 11 I Cor. 7, 40 20 I Cor. 7, 25

3 cum fideli *BT* quę *MSR*^{2} 5 fuerant *TEMRbd* 8 dominus nec iubet *S* 10 et] ac *R* 13 et *om. Nbd* 14 et] quod et (quod *s. l.*) *B, VEMNRS* habeam *VEMNS* 15 a *om. E* 20 uirgibus *T* 21 autem *exp. m. 2 M* 23 domino *Vbd* 24 ergo deum *R* dat] dicat *BVE* consilium fidele *EMNS* 25 quod et *EMNRS* 26 habeam *EMS* habeo (o *in ras.*) *N* 27 uerumptamen *EN* est *om. R* est aliud *R* 28 conseruis *T* est illi *Vbd*

domino inspirata atque donata, fidele consilium. ibi aliud facere non licet, hic autem licet, ita sane, ut ipsum licitum partim quidem expediat, partim uero non expediat. expedit tunc, quando non solum per iustitiam, quae coram domino est, permittitur, sed etiam hominibus nullum ex hoc inpedimentum salutis infertur: uelut, cum dat consilium non nubendi apostolus uirginibus, unde praeceptum domini se non habere testatur, licet aliud facere, id est nubere et minus quam continentiae, bonum tamen tenere nuptiarum. ipsumque licitum etiam expedit, quoniam in uetita et inlicita ruituram carnis infirmitatem sic excepit honestate nubendi, ut neminem inpediat ad salutem, quamuis magis expediret magisque honestum esset, si uirgo consilium, quo praeceptum eam non conpellit, arriperet. tunc autem non expedit id quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis aliis affert inpedimentum salutis. sicut est, unde iam diu loquimur, discessio coniugis fidelis ab infideli, quam non prohibet dominus praecepto legis, quia coram illo iniusta non est, sed prohibet apostolus consilio caritatis, quia infidelibus affert inpedimentum salutis: non solum quia perniciosissime scandalizantur offensi, uerum etiam quia in alia coniugia cum ceciderint uiuentibus eis, a quibus dimittuntur, adulterinis nexibus colligati difficillime resoluuntur.

XVIIII. 23. Ideo hic, ubi id quod licet non expedit, non potest dici: si dimiserit infidelem, bene facit; si non dimiserit, melius facit, sicut dictum est: qui dat nuptum, bene facit; et qui non dat nuptum, melius facit, quoniam illud non solum utrumque pariter licet — unde ad nihil

26 I Cor. 7, 38

1 ubi *BT*[1] 2 ipsum] illud *S* ipsum quidem *R* 4 deo *EMNS* 7 uirgini** *N* uirgini *bd* 8 licet aũ (aũ *s. l.*) *S* id est] idem *M* quam *s. l. N om. VEM* 9 tamen *s. l. N om. VEMS* in nuptiis *VEMS* 10 ꝛuituram *N* 11 excipit *NRbd* inpediat ad salutem] cogat *VES om. BT, in mg. add. N* 17 fidelis coniugis *Vbd* 22 conligati *T* 23 difficile *EVMN*[1] 24 id] hoc *T*[1] *om. VEMN* 28 ad unde *N*

horum praecepto domini quisque conpellitur — sed etiam utrumque expedit, aliud minus, aliud amplius, unde ad id, quod amplius expedit, consilio apostoli quicumque potest capere prouocatur. hoc autem ubi de dimittendo uel non dimittendo infideli coniugio quaeritur, utrumque quidem pariter licitum est per iustitiam, quae coram domino est, et ideo nihil horum dominus prohibet; sed non utrumque expedit propter infirmitates hominum, et ideo id quod non expedit apostolus prohibet dante sibi domino liberum prohibendi locum, quia neque id, quod monet apostolus, prohibet dominus neque id, quod prohibet apostolus, iubet dominus. quod nisi ita esset, neque contra prohibitionem domini apostolus aliquid moneret neque contra iussionem aliquid prohiberet. proinde in his duabus causis, una de nubendo uel non nubendo, altera de infideli coniuge dimittendo uel non dimittendo, aliquid simile est in uerbis apostoli, aliquid dissimile. simile quidem illud quod et ibi dicit: praeceptum domini non habeo, consilium autem do, et hic dicit: ego dico, non dominus. quale est enim 'praeceptum domini non habeo', tale est 'non dicit dominus'; et quale est 'consilium do', tale est 'ego dico'. illud autem dissimile est, quia de nubendo et non nubendo potest dici, hoc bene fieri, illud melius, quoniam utrumque expedit, minus aliud, magis aliud; at uero de coniuge infideli dimittendo uel non dimittendo, quoniam unum horum non expedit, aliud expedit, dici non oportet: qui dimittit, bene facit; et qui non dimittit, melius facit, sed dici oportet: non dimittat, quia etsi licet, non expedit. sic ergo possumus dicere melius esse infidelem coniugem non dimittere, quamuis liceat et dimittere, quemadmodum recte

17 I Cor. 7, 25 18 I Cor. 7, 12

9 liberi *TB*¹ 11 quod *om. R* quod iubet *R* 13 iussionem eius *VEMNSbd* 17 et *s. l. N om. R* 22 fieri potest *ES* fieri potest *N* 23 unum minus *M* aliud *om. M* aliud magis *M* maius *TR* 24 coniugi *BT* fideli *BTVN*¹ 27 dimittet (*s. e add.* a) fi dimittat *T* sic] si *T* 29 et *om. T* quemammodum *B*¹

dicimus melius esse, quod et licet et expedit quam id, quod licet nec expedit.

XX. 24. His de causis factum est, ut exponens domini sermonem, quem prolixum in monte habuit, ubi uentum est ad quaestionem de coniugibus dimittendis uel non dimittendis, adhibitis apostolicis etiam testimoniis dicerem consilium esse apostoli, non praeceptum domini, ubi ait: ceteris autem ego dico, non dominus, monens eos, qui haberent coniuges infideles, ut consentientes habitare secum non dimitterent. quod utique ideo monendum, non iubendum fuit, quia non tanto pondere prohibendi sunt homines facere licita, quamuis non expediant, quanto pondere prohibentur inlicita. si autem alicubi apostolus etiam illa, quae iubenda sunt, monere dignatus est, hoc fecit parcendo infirmitati, non praeiudicando iussioni. unde si dixit: non ut confundam uos, haec scribo, sed ut filios meos carissimos moneo, quid habet quaestionis, ubi ait: ego dico, non dominus? item ubi ait: ecce ego Paulus dico uobis, quia si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit, numquid etiam hic dixit: ego dico, non dominus? non sunt itaque ista similia, quia etiam illa, quae iubet dominus, non est indignum neque contrarium, si eadem monet apostolus. monemus enim, quos caros habemus, ut faciant domini praecepta uel iussa. cum uero ait: ego dico, non dominus, satis ostendit dominum non prohibere, quod ipse prohibebat; prohibuisset autem dominus, si esset inlicitum. ergo secundum ea, quae supra

15 I Cor. 4, 14 18 Gal. 5, 2 24 I Cor. 7, 12

2 non N^1 3 exponens illum *R* sermonem dni *R* 4 que B^1 abiit N^1 6 adhibui monitum ab apostolo non praeceptum *sqq. VES* adhibitam ab apostolo non praeceptum *sqq. M* adhibitis etiam testimoniis dicerē consilii esse apostoli *sqq. N* etiam apostolicis *bd* apostolicis—esse *om. T* 7 domini praeceptum *T* autem *om. T* 8 dico ego *S* 12 sic *VM* si. *N* 13 dignatur *VMS* 14 est *om. B* facit *R* parendo TN^1 15 sic *VEMRS* ut non *T* 16 meos *s. l. T om. M* karissimi *R* 17 non ait *B* 22 monemus eos *T* 25 prohibeat *M*

diu diximus multumque uersauimus, licitum erat per iustitiam, sed etiam licitum non erat faciendum propter liberam beneuolentiam.

XXI. 25. Tu autem, cui placet ita non licere quod non uetat dominus, sed apostolus, quemadmodum non licet quod uetat dominus, cum exponere uoluisses, quid sibi uellet, quod ait: ego dico, non dominus, cum alloqueretur fideles, quibus essent coniuges infideles, dixisti: 'quia dominus iussit, ne coniugia sibimet diuersae religionis copularentur' et ipsum adhibuisti testimonium domini dicentis: non accipies uxorem filio tuo a filiabus alienigenarum, ne traducat eum post deos suos et pereat anima eius. addidisti etiam uerba apostoli, ubi dixit: mulier alligata est, quamdiu uir eius uiuit. quodsi mortuus fuerit uir eius, liberata est; cui uult nubat, tantum in domino. quod ita exposuisti, ut adiungeres 'id est christiano'. deinde secutus es et aisti: 'hoc est ergo domini praeceptum tam in ueteri quam in nouo testamento, ut nonnisi unius religionis et fidei coniugia sibi maneant copulata'. si hoc ergo est domini praeceptum tam in ueteri testamento quam in nouo et hoc iubet dominus, hoc docet apostolus, ut nonnisi unius religionis et fidei maneant copulata coniugia, quare contra hoc domini iussum, contra doctrinam suam, contra praeceptum testamenti ueteris et noui iubet apostolus, ut diuersae fidei coniugia maneant copulata? 'quia Paulus, inquis, gentium praedicator et apostolus, iam in coniugio positos non solum monet, sed etiam iubet,

11 Deut. 7, 3. 4 14 I Cor. 7, 39

2 illicitum si illud (si illud *m. 2 s. l.*) *V* illicitum scilicet illud *S* illicitum *E* 3 beniuolentiam *EMNR* 6 uoluisset *MR* 7 fideles (les *s. l. add. m. 2*) *T* 15 uoluerit *R* 16 quod si S^1 17 christiana T^1 dixisti *R* 19 testamento et hoc iubet dns hoc docet apostolus *R* 22 dominus et *T* 24 hoc *om. TVEMS* 27 praedicator gentium *M* 28 manet *M* iubet etiam *N*

ut si unus aut una e coniugibus credidisset, alterum non credentem, secum tamen habitare consentientem non dimitteret'. his uerbis tuis aliud hoc, aliud esse illud satis euidenter ostendis. illud enim de his coniugiis agitur, quae sibi primitus copulantur, ne nubat femina non suae religionis uiro uel uir talem ducat uxorem. id enim, ut dicis, iubet deus, docet apostolus, utrumque praecipit testamentum. hoc autem diuersum esse quis abnuat, ubi agitur non de coniungendis, sed de coniunctis? ambo quippe unius eiusdemque infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt; sed euangelium cum uenisset, alter sine altera uel altera sine altero credidit. si ergo aliud est hoc, quod sine scrupulo ullius dubitationis apparet, cur fidelem cum infideli in coniugio permanere non et dominus sicut apostolus iubet? nisi forte isto loco uacat, quod tam fidenter ipse ait: an uultis experimentum accipere eius, qui in me loquitur Christus? et utique dominus est Christus. intellegisne quid dicam? an in hoc explanando aliquanto diligentius immorabor?

26. Adtende, ut rem ipsam tamquam in conspectu considerandam planiore sermone ponamus. ecce coniuges duo unius infidelitatis; ita fuerunt quando iuncti sunt. nulla de his quaestio est, quae pertineat ad illam domini iussionem doctrinamque apostolicam et praeceptum testamenti ueteris et noui, quo prohibetur fidelis cum infideli copulare coniugium. iam sunt coniuges et adhuc ambo sunt infideles; adhuc tales sunt, quales fuerunt, antequam iungerentur, qualesque coniuncti

15 II Cor. 13, 3

1 unus aut una] alter *TVEMSN; N in textu; nam in mg. additum* un' aut una alterum uel alteram *R*, (uel alteram *s. l.*) *Nbd* 3 tuis *om. S* illud aliud esse *S* esse aliud illud *N* 6 uel] uel ne *EMS* uel ne̩ *N* ut] cum *T* 7 utrunque (*semper fere* n) *R* 13 in *om. VMRS, s. l. N* coniuge *R* 15 uocat N^1 uatat T^1 quod] illud quod *VEMS* illu̩d quod *N* 17 xps est *T* 19 attendo T^1 utrū (rū *s. l.*) *N* 20 ponamu̩s *N* duo coniuges *S* 21 coniuncti (con *s. l.*) *Nbd* 23 et *fin.*] ac *R* 26 coniungerentur *M*

sunt. uenit euangelii praedicator, credidit eorum aut unus aut una, sed ita ut infidelis cum fideli habitare consentiat. iubet fideli dominus, ne infidelem dimittat an non iubet? si dixeris 'iubet', reclamat apostolus: ego dico, non dominus; si dixeris 'non iubet', causam requiro. neque illam mihi responsurus es, quam tuis litteris indidisti: 'quia dominus prohibet fideles infidelibus iungi'. hic enim nullo modo est ista causa; de iam iunctis loquimur, non de iungendis. si ergo tu causam non inuenisti, cur non uetet dominus quod uetat apostolus — cernis enim iam, ut existimo, non esse ipsam quam esse putaueras — uide, ne forte illa sit, quae mihi uisa est, et tunc proferenda et nunc defendenda, ut scilicet illud intellegamus dicere dominum, quod habet coram illo nullo modo transgredienda iustitia, id est quod ita iubet aut uetat, ut aliud facere omnino non liceat; quod autem uolentis potestati ita permittit, ut nec agatur nec praetermittatur inlicite, ipsi seruorum suorum consilio locum dare, ut id potius suadeant quod uiderint expedire.

27. Teneatur hic ergo primitus ac maxime, ne committantur inlicita. ubi autem aliquid ita licitum est, ut aliud facere non sit inlicitum, fiat quod expedit [uel quod magis expedit]. illa igitur, quae dominus ita dicit ut dominus, id est non monentis consilio, sed dominantis imperio, non facere non licet et

4 I Cor. 7, 12

2 infideles (*s.* e *fin. add.* i) *T* fideles *B* infideli *S* 3 fideles *T* ịnfides T^2 dimittant T^2 an] aut *S* iubet *ex* nubat *S* dixeris ñ *TM* 5 requiram *R* 7 cum infidelibus *TS* ullo B^1T^1 9 tu] tuam *VETMS* tu* *N* uetet (*s. fin.* e *add.* a) *S* 10 uetat] prohibet *VEMNS* cernis] certus es (es *s. l.*) *S* 11 nę *N* 12 nunc *ex* tunc *N* 15 aut (*exp. m. 2*) *T* 16 ịtą *N* 17 inlicite (*s. l.* id licet) *B* licite *ES* ipsi] ibi *NRbd* seruo *VESM* suorum *om. VESM* consilii *VEMS* dare uidetur *VESMN* 18 suadeat *VEMSN*¹ uiderit *VEMSN*¹ 19 teneaṇtur (*exp. m. 2*) *T* hoc *VEMSN*¹ primatus *R* et *R* nec *B* 20 ịṇliquid (*s.* ịṇ *add.* a) *T* ita *om. BVESN*¹ 21 uel quod magis expedit *in mg. N, bd* uel magis expedit *R* 23 non *om. VEMSN*¹, *er. in B* faceret T^1

ideo nec expedit. dominus itaque praecepit mulierem a uiro non discedere; quodsi discesserit — ea utique causa, qua discedere licitum est — manere innuptam aut uiro suo reconciliari; mulier enim sub uiro uiuo marito iuncta est legi; et uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro, quoniam mulier alligata est, quamdiu uir eius uiuit. unde si uxor dimiserit uirum suum et alii nupserit, moechatur, et qui dimissam a uiro duxerit, moechatur. ideoque ex eodem praecepto domini et uir uxorem ne dimittat, quoniam qui dimiserit uxorem suam praeter causam fornicationis, facit eam moechari. sed si propter hanc causam dimiserit, etiam ipse sic maneat; omnis enim qui dimittit uxorem suam et ducit alteram, moechatur.

XXII. Haec constituta domini sine ulla retractatione seruanda sunt. habet enim haec iustitia, quae coram illo est, siue probent siue inprobent homines. et ideo dici non oportet propter offensiones hominum, aut ne inpediantur homines ab ea salute, quae in Christo est, non esse seruanda. quis enim christianus audeat dicere: ne homines offendam aut ut homines Christo adquiram, faciam moechari uxorem meam, ut ego ipse moechus fiam?

1 I Cor. 7, 10, 11 4 Rom. 7, 2. 3 6 I Cor. 7, 39 7 Marc. 10, 12 9 Luc. 16, 18 10 I Cor. 7, 11 11 Matth. 5, 32 13 Luc. 16, 18

1 nec] non *TRSN*¹ praecipit *VEMNbd* 4 reconliari *T* uiuo uiro *M* 5 marito *om. M* uincta *T* 6 altero *EMN* 7 quandiu *R* 10 eo *S* domini praecepto *S* et *om. EMSN*¹ ęt uxorem *T* 12 causam hanc *TEMNS* 13 dimiserit•ss• *B* 14 suam *om. R* 15 retractione *ST*¹ 16 habent *VMRS*, (n *s. l.*) *TN* iustitiam haec *T* hanc *EN*¹*M* iustitiam *VEMSN*¹ iustitia• *B* 17 probent *R* approbent *Nbd* probent siue *om. BTVEMS* inprobent siue laudent *VEMS* et ideo] nunquid hanc *VESN*¹ 18 aut enim *VESTN* impedimentū *R* homines habeant *R* 19 est hanc dixerim *VEMS* est ḥąnc ḍixęrim *N* seruandam *B*¹*TVEMS* 20 ut *om. VEN*¹ 21 ut] aut (a *s. l.*) *N* aut *Rbd*

28. Potest enim fieri, ut, cum adulteram uxorem quisque dimiserit christianus, ita temptetur, ut aliqua femina, quae nondum credidit, cupiens in eius nuptias conuenire, promittat se futuram esse christianam, non fallaciter, sed si ei nupserit hoc omnino factura. huic itaque iam conubium recusanti poterit suggerere ille temptator: dominus dixit: quicumque dimiserit uxorem suam praeter causam fornicationis et aliam duxerit, moechatur; tu autem, qui dimisisti propter causam fornicationis uxorem, si aliam duxeris, non moechaberis. huic talia suggerenti erudito corde respondeat moechari quidem illum grauius, qui praeter causam fornicationis uxore dimissa alteram duxerit, sed etiam illum, qui uxore fornicante dimissa sibi aliam copulauit, non ideo non moechari, quia moechantem relinquit: sicut moechatur qui eam, quae praeter causam fornicationis dimittitur, duxerit; nec ideo non moechatur, qui eam ducit, quam dimissam praeter causam fornicationis inuenerit. et propterea quod subobscure apud Matthaeum positum est, quoniam totum a parte significatum est, expositum esse apud alios, qui totum generaliter expresserunt, sicut legitur apud Marcum: quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, adulterium committit, et apud Lucam: omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram, moechatur. non enim alios dixerunt moechari, alios non moechari, qui dimissis uxoribus suis duxerint alteras, sed: quicumque dimiserit, omnem prorsus, qui dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, moechari eum sine ulla exceptione dixerunt.

6 Matth. 5, 32

1 quisquis (*supra alt.* quis *pos.* q;) *T* 3 credit *R* 4 se *s. l. N* futurum B^1 non] et hoc non *VEM* ęt hǫcnon *N* 5 facturam *VERS* h*uic *N* utique MN^1 itaque ręcųsąnți *T* iam] hoc (h *s. l.*) *N, bd* con*ubi*ū *T* 7 propter T^1 causa B^1 14 moech**antem *T* fornicantem *bd* reliquit *NRSbd* quę *ex* qui *N* 15 propter *corr. m. 1 in* p̄ter *T, ES* dimissam *M* dimissa est *VES* 16 propter *VNRbd* 17 sic subobscure *VES* 18. matheum *TEM* 19 esse] est *NR* 22 suam *om.* MN^1 23 dixerit *V* 27 ulla *om. R* dixerint *T*

XXIII. 29. Sed si haec ille christianus responderit temptatori, intellegens licuisse quidem sibi dimittere adulteram, sed aliam ducere non licere, quid? si dicat ille temptator: committe hoc peccatum, ut adquiras animam Christo in morte infidelitatis positae feminae, quae parata est, si tibi nupserit, fieri christiana? quid aliud christianus ad ista respondere debet et dicere, nisi se non posse, si hoc fecerit, euadere iudicium, quod commemorauit apostolus, ubi ait: et sicut dicunt nos quidam dicere: faciamus mala, ut ueniant bona? quorum iudicium iustum est? quomodo autem poterit esse salubriter christiana, quae cum illo a quo ducitur erit adultera?

XXIIII. 30. Non solum autem moechandum non est, quod facit non quidam, sed omnis, qui dimittit uxorem suam et ducit alteram, etsi propterea duxerit, ut faciat christianam, sed etiam quisquis non alligatus uxori continentiam deo uouerit, nullo modo debet ista conpensatione peccare, ut ideo credat uxorem sibi esse ducendam, quia promisit quae nuptias eius adpetit futuram se esse christianam. quod enim cuique, antequam uouisset, licebat, cum id se numquam facturum uouerit, non licebit; si tamen id uouerit quod uouendum fuit, sicuti est perpetua uirginitas uel continentia post experta conubia solutis a uinculo coniugali uel ex consensu uouentibus et carnalia debita sibi inuicem relaxantibus fidelibus castisque coniugibus, quod alterum sine altera uel alteram sine altero uouere fas non est. haec ergo et si qua alia sunt, quae rectissime uouentur, cum homines uouerint,

8 Rom. 3, 8

3 et committe *T* committere *M* 4 et hoc *R* 5 praeparata *R* opata N^1 6 respondere ad ista *VNbd* 7 fecerit *ex* faceret *T* 9 quidam nos *bd* quidem *BT* 11 salubriter poterit esse *R* salubritus *M* 12 ducitur erit] du**xerit *T* erit adultera] adulterat *VS* adultera *E* erit (*s. l.*) adultera *N* 15 fiat christiana *VESN*^{1} 19 futuram *om. R* se *om. T* christianam futuram *R* et quod *BT* 20 nouisset T^1 21 uouerit (u *init. in ras.*) *N* 22 sicut *S* 24 uiuentibus N^2 25 quod —*379, 25* etiam *desunt in M* 26 uoueri *BT*

nulla condicione rumpenda sunt, quae sine ulla condicione uouerunt, quia et hoc dominum praecepisse intellegendum est, ubi legitur: uouete et reddite domino deo uestro. unde apostolus de quibusdam, quae continentiam uouent et postea nubere uolunt, quod eis, antequam uouissent, utique licebat, habentes, inquit, damnationem, quoniam primam fidem inritam fecerunt.

31. Nihil ergo expedit, quod inlicitum est, et nihil, quod prohibet dominus, licitum est.

XXV. Quae autem nullo domini constringente praecepto in potestate dimissa sunt, in his audiatur apostolus in spiritu sancto monens et consulens, ut uel meliora capiantur uel ea, quae non expediunt, caueantur. ibi audiatur dicens: praeceptum domini non habeo, consilium autem do, et: ego dico, non dominus. ibi si meliora elegerit, qui audit: solutus est ab uxore, non quaerat uxorem, quia et si acceperit uxorem, non peccat, ibi uirgo non nubat. qui enim non dat nuptum, melius facit; et qui dat nuptum, bene facit. ibi beatior sit mulier sic permanendo, quae mortuo uiro suo in potestate habet, cui uult nubere, tantum in domino. quod duobus modis accipi potest: aut christiana permanens aut christiano nubens. non enim tempore reuelati testamenti noui in euangelio uel ullis apostolicis litteris sine ambiguitate declaratum esse recolo, utrum dominus prohibuerit fideles infidelibus iungi, quamuis beatissimus Cyprianus inde non dubitet nec in leuibus peccatis constituat, iungere cum infidelibus uinculum

3 Ps. 75, 12 6 I Tim. 5, 12 13 I Cor. 7, 25 15 I Cor. 7, 12 16 I Cor. 7, 27 18 I Cor. 7, 38 21 I Cor. 7, 39 26 cf. Cypr. de lapsis Hartel I p. 249, 21

1 conditione ulla *S* 4 qui *R* 12 maiora *S* 15 meliora *ex* maiora *corr. S* 16 es *S* ęş *N* quaeras (s *s. exp.* t) *S* 17 qui• *N* 18 non *post* enim *om. BR* melius] bene *R* 19 non dat *R* nuptum *om. TR* melius *R* sit] fit SN^1 20 quo *VE* 21 nubat (at *s. exp.* ere) *N* 23 non] neque *S* 24 esse *om. R* 26 ciprianus *ES*

matrimonii, atque id esse dicat prostituere gentilibus membra Christi. sed quia de his, qui iam coniuncti sunt, alia quaestio est, audiatur et hic apostolus dicens: si quis frater habet uxorem infidelem et haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam; et si qua mulier habet uirum infidelem et hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum, et sic audiatur, ut, quamuis fieri licitum sit, quia hoc non dicit dominus, non tamen fiat, quia non expedit. non enim omnia expedire, quae licita sunt, apertissime docet apostolus, sicut supra iam ostendimus. propter quodlibet tamen fornicationis genus, siue carnis siue spiritus, ubi et infidelitas intellegitur, et dimisso uiro non licet alteri nubere et dimissa uxore non licet alteram ducere, quoniam dominus nulla exceptione facta dicit: si uxor dimiserit uirum suum et alii nupserit, moechatur, et: omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram, moechatur.

32. His ita pro meo modulo pertractatis atque discussis quaestionem tamen de coniugiis obscurissimam et inplicatissimam esse non nescio. nec audeo profiteri omnes sinus eius uel in hoc opere uel in alio me adhuc explicasse uel iam posse, si urguear, explicare. illud autem, unde me idem in alia scheda consulendum existimatis, seorsum etiam ego enodare curarem, si mihi aliud, quam tibi uisum est, uideretur; cum uero eadem sit etiam nostra sententia, non hinc opus est diutius disputare.

3 I Cor. 7, 12. 13 9 cf. I Cor. 10, 23 14 Marc. 10, 12 16 Luc. 16, 18

1 gentibus *VESN*[1] 2 menbra *E* iis *bd* 7 uirum] illū *T* 8 quamuis] in aliquibus *VESN*[1] q cuiuis (i *fin. s. l.*) *T* 10 iam supra *S* 13 demissa *B* 15 alio *T* 16 et omnis—moechatur *om. VESN*[1] 18 itaque *TRS* 20 proferre (e *fin. s.* i *appos.*; *s.* ferre *superscr.* fiteri) *S* 22 urgear *VENRSbd* explicari *BVE* me *om. VES, er. in N* idem] itidem *Rbd* 23 sceda *BTENRS* existimati *TS* existimasti *N* 25 *uoce* etiam *continuatur oratio in cod. M* hi•c *N*

XXVI. 33. Catechumenis ergo in huius uitae ultimo constitutis, seu morbo seu casu aliquo si conpressi sint, ut, quamuis adhuc uiuant, petere sibi tamen baptismum uel ad interrogata respondere non possint, prosit eis, quod eorum fide christiana iam nota uoluntas est, ut eo modo baptizentur, quo modo baptizantur infantes, quorum uoluntas adhuc nulla patuit. non tamen propterea damnare debemus eos, qui timidius agunt, quam nobis uidetur agi oportere, ne de pecunia conseruo credita inprouidius quam cautius iudicare uoluisse iudicemur. satis quippe in talibus respiciendum est illud apostoli, ubi ait: unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. non ergo amplius inuicem iudicemus. sunt enim, qui uel in his uel etiam in aliis obseruandum putant, quod dixisse dominum legimus: nolite dare sanctum canibus neque proieceritis margaritas uestras ante porcos. et ista saluatoris uerba reuerentes baptizare non audent eos, qui pro se respondere nequiuerint, ne forte contrarium gerant uoluntatis arbitrium. quod de paruulis dici non potest, in quibus adhuc rationis nullus est usus. sed non solum incredibile est nec in fine uitae huius baptizari catechumenum uelle, uerum etiam, si uoluntas eius incerta est, multo satius est nolenti dare quam uolenti negare, ubi uelit an nolit sic non apparet, ut tamen credibilius sit eum, si posset, uelle se potius fuisse dicturum ea sacramenta per-

7 cf. Conf. IIII 4, 8 11 Rom. 14, 12 14 Matth. 7, 6

1 cathecuminis (*sic semper*) *TE* caticuminus *M* cathechuminis (*pr.* h *s. l.*) *S* cathecumini *R* constituti *RS* 2 seu morbo] si morbo *TMN²bd* si conpressi] sic oppressi *VMNRbd* sunt *T* 4 prodest *S* 5 in fide *BRN²bd* eo modo baptizentur *om. R* 6 nulla adhuc *Vbd* 7 patuit eo modo baptizentur *R* 9 inprouidius] improbius *N²bd* indicare *VMN¹* 11 ait] dicit *Vbd* 12 deo *N* iudicemur (*s. l.* ł s) *R* 13 aliis] his *T* 14 sanctum dare *Vbd* 15 proiceretis *R* 16 referentes *N²bd* 17 nequeunt *R* 18 generant *N* ge••rant *T* 19 rationis adhuc *R* nullus usus est rationis *T* 20 finem *BMT¹* baptizare *MN* cathecuminum *TR* cathicuminum *E* caticuminum *M* 23 credibile *VMSEN¹* 24 uelleț (*m. 2 exp.* t) *T*

cipere, sine quibus iam credidit non se oportere de corpore exire.

XXVII. 34. Si autem dominus, ubi ait: nolite dare sanctum canibus, hoc, quod isti cauendum putant, uellet intellegi, non ipse suo traditori dedisset, quod in suam ille perniciem sine culpa dantis cum dignis indignus accepit. unde cum hoc diceret dominus, credendum est significare uoluisse, quod lucem intellegentiae spiritalis inmunda corda non portant. et si portanda doctor ingesserit, quae non recte accipiunt, quia non capiunt, uel reprehensionis morsibus lacerant uel contemnendo conculcant. si enim beatus apostolus quamuis in Christo iam renatis tamen adhuc paruulis lac dicit se dedisse, non escam — necdum enim poteratis, inquit, sed nec adhuc quidem potestis — si denique ipse dominus electis apostolis dixit: adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo, quanto minus possunt ferre, quaecumque de incorporea luce dicuntur, inmundae mentes inpiorum!

XXVIII. 35. Sed ut sermo noster ad hoc potius claudatur, unde sumpsit exordium, ego non solum alios catechumenos uerum etiam ipsos, qui uiuentium coniugiis copulati retinent adulterina consortia, cum saluos corpore non admittamus ad baptismum, tamen, si desperati iacuerint nec pro se respondere potuerint, baptizandos puto, ut etiam hoc peccatum cum ceteris lauacro regenerationis abluatur. quis enim nouit, utrum fortassis adulterinae carnis inlecebra usque ad baptismum

3 Matth. 7, 6 13 I Cor. 3, 2 15 Ioh. 16, 12

3 sanctum dare *R* 5 traditori suo *R* 6 pernitiem *E* accepi *M* 8 lumẹn (*s. l.* cem) *T* 14 sic *T* 19 adhuc *MN* 20 cathicuminos *EM* 21 coniugium *M* 22 saluo corpore in his permanentes ñ admittendos *VSNb* ammittamus B^1T^1 23 si tamen *VESN* desperati et intra se pẹnitentes iacuerint *VESNb* si disperati B^1 fide sperati *P* nec— potuerint *om. VES* 25 lauocro *T* absoluatur *BTVERSN*^{1} qui *VES* nouit] ob id *B* ob id (*s. l.* ł nouit) *T* o᷒b id᷒ (*s. l.* nouit) *N* ob id fortassis *VES* non *M* utrum *om. VES*

statuerant detineri? si autem ab illa desperatione recreati potuerint uiuere, aut facient, quod statuerant, aut edocti obtemperabunt aut de contemptoribus fiet, quod fieri etiam de baptizatis talibus debet. quae autem baptismatis, eadem reconciliationis est causa, si forte paenitentem finiendae uitae periculum praeoccupauerit. nec ipsos enim ex hac uita sine arra suae pacis exire uelle debet mater ecclesia.

LIBER SECVNDVS.

I. 1. Ad ea, quae mihi scripseras, frater religiose Pollenti, iam rescripseram non paruum uolumen de his, qui uiuentibus coniugibus suis aliis copulantur. quod cum innotuisset dilectioni tuae, addidisti aliqua ad libellum tuum, etiam his me respondere desiderans. sed cum facere disponerem, addendo et ego ad meum, ita ut unus liber esset etiam responsionis meae, repente illud editum est, quod absolueram prius, flagitantibus fratribus et nescientibus, quod adhuc aliquid esset addendum. hinc factum est, ut altero seorsum opusculo ad ea, quae addidisti, respondere conpellerer. non autem quae addi-

1 hi statuerant *R* autem *om. VS, s. l. N* 2 faciant *T* quid *P* statuerant *bd* edocti] eo docti *T* ante docti *M* 3 fiat *RP* 4 eadem quae *B* 6 ipsum *VES* 7 arrha *bd* aecclesia *E* Explicit liber primus ad Pollentium de adulterinis coniugiis *B* Explicit liber primus de adulterinis coniugibus. sci Augustini ad Pollentium incipit retractatio eorundem librorum Incipit liber secundus *fol. 62ᵃ T* Incipit liber ·‖· de hoc opere ad eundem *V* Explicit liber primus de adulterinis coniugiis *fol. 32ᵃ E* Explicit liber primus de adulterinis coniugiis. Inc̄ retractatio eorundem librorum *fol. 19ᵃ M fol. 118ᵃ S* Explicit liber primus. Inc̄ liber secundus *fol. 36ᵇ R* Explicit liber primus de adulterinis coniugiis *fol. 69ᵇ N* Explicit primus liber. Inc̄ secundus eiusdem de eadem re ad eundem *P* 9 scripsistis *P* frater frater *M* 10 rescripseris B^1V rescribserâs *T* rescripseras *E* hiis *P* quibus (*s. l.* his) *T* 13 facerem *Pt* 14 unus] non nullus *VES* nullus (*s. l.* unus) *N* 15 editum] dictum *BTVENS* absoluerem *TVEMNS* 16 fratribus meis *R* fratribus nostris *Sb* nescientibus nostris *TEMN* 17 attendendum *VES* adtendendum *N* seorsūs *N* seorsus PB^1VEM 18 addidisti respondere *P*

disti, adiuncta sunt fini opusculi tui; sed ubi uisum est, eius interiecta sunt corpori.

II. 2. Horum primum illud est — cui quidem arbitror me respondere debere — quod in his apostoli uerbis, ubi ait: ceteris autem ego dico, non dominus, mulierem a uiro non discedere; quodsi discesserit, manere innuptam aut uiro suo reconciliari, non putas ita dictum esse 'si discesserit', ut a uiro fornicante discessisse intellegatur, qua sola causa discedere licitum est; sed potius existimas a pudico, et ideo iussam manere innuptam, ut possit ei reconciliari, si continere ille noluisset, ne uirum ad fornicandum, id est ad aliam se uiuente ducendam ipsa non reconciliata conpelleret. ceterum si a uiro fornicante discesserit, putas ei non praecipi, ut innupta permaneat, sed hoc eam facere, si continens esse uoluerit, non ut praecepti uiolatrix inueniatur esse, si nupserit. quae tibi uidetur forma et a uiro esse seruanda, ut uxorem non dimittat excepta causa fornicationis; si autem dimiserit, maneat sine coniugio, ut pudicae reconciliari possit uxori, nisi forte continentiam illa delegerit, ne uxoris castae reconciliationem refugiens ipse illam cogat moechari, si se non continens uiuente illo nupserit alteri; si autem fuerit ab uxore fornicante disiunctus, iam eum nullo praecepto ut se contineat detineri nec omnino moechari, si uiua illa alteram duxerit, quoniam id, quod ait apostolus idem: mulier alligata est, quamdiu uir eius uiuit; quodsi mortuus fuerit uir eius, liberata est; cui uult nubat, sic intellegendum existimas, ut, si uir fuerit fornicatus, pro mortuo deputetur et uxor pro mortua, et ideo

5 I Cor. 7, 12. 10. 11 25 I Cor. 7, 39

4 uerbis apostoli *Rt* 5 ego dico *om. P* dominus dico *P* 7 dictum est *P* 8 illud discesserit *P* ut—iussum *om. P* 10 innuptam—reconciliari *om. P* posset *VENRSPbd* 12 alienam *B* 17 fornicationis causa *T* 19 possit (posset *t*) reconciliari *Tt* dilexerit *VEMN¹S* 21 sese *bd* 22 desiunctus *P* 24 alteram] aliam *Mt* 25 idem apostolus *VSPbd* idem] id est *R om. t* 27 estimas *S*

liceat cuilibet eorum tamquam post mortem ita post fornicationem coniungi alteri.

III. 3. Quibus tuis sensibus consideratis abs te quaero, utrum quicumque duxerit mulierem, quae uiro alligata esse destiterit, adulter habendus sit. quod tibi existimo non uideri. ideo enim mulier uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro, quoniam mulier alligata est. quamdiu uir eius uiuit; hoc autem uinculum si ei cum uiro uiuente non esset, sine ullo adulteri crimine alteri nuberet. proinde si alligata est quamdiu uir eius uiuit, nullo modo nisi uiro mortuo soluta dicenda est ab hoc uinculo. porro si morte cuiuslibet eorum inter maritum et uxorem hoc uinculum soluitur et pro morte habenda est, sicut dicis, etiam fornicatio, procul dubio erit ab hoc et mulier soluta, quando fuerit fornicata. neque enim dici poterit haec alligata uiro, quando ab illa fuerit uir solutus. ac per hoc posteaquam fornicando alligata uiro esse destiterit, quisquis eam duxerit, adulter non erit.

IIII. Et uide, quam sit absurdum, ut ideo non sit adulter, quia duxit adulteram. immo uero, quod est monstrosius, nec ipsa mulier erit adultera, quoniam non erit posteriori uiro uxor aliena, sed sua. soluto enim per adulterium priore coniugali uinculo cuicumque iam nupserit coniugem non habenti non adultera cum adultero, sed uxor erit potius cum marito. quomodo ergo erit uerum: mulier alligata est, quamdiu uir eius uiuit? ecce uir eius uiuit, quia nec de corpore excessit nec fornicatus est, quod pro morte uis deputare; et

6 Rom. 7, 3 7 I Cor. 7, 39 25 I Cor. 7, 39

1 cuilibet nubere *t* culibet *T* eorum] illorum *TPbd*, *om. t* 2 coniungi] coniugis (s *s. l. N*, *Pbd* alteri copulari (copulari *s. l.*) *N*, *Pbd* 3 sensibus] sententiis *R* 5 sit] est *R* non *om. t* 7 mulier *om. VNbd* 10 quandiu *R* 11 uiro *om. t* est dicenda *S* ducenda *P* 16 ac] et hac *t* 20 monstruosius *VEMNRSPbd* 21 posterior *B* 23 cuicumque] cumque *BTES* cuicunque *R* cuique (*in ras.*) *N* habendo *S* 27 deputari (i *s. er.* e *add.*) *N*, *Pbd*

tamen ei mulier alligata iam non est. nonne adtendis, quam sit hoc contra apostolum dicentem: mulier alligata est, quamdiu uir eius uiuit? an forte dicturus es: uiuit quidem, sed uir eius iam non est, quoniam tunc esse destitit, quando illa per adulterium coniugale uinculum soluit? quomodo igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro? quandoquidem uir eius ille iam non est coniugali uinculo per mulieris adulterium iam soluto. quo enim uiuente uiro nisi suo uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro? at si uir eius esse ille iam destitit, non utique uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro, sed nullum habens uirum nubendo erit cum suo uiro. hoc qui sentit, nonne cernis quam contra apostolum sentiat? quod quidem non ipse sentis, sed hoc sequitur illa quae sentis. muta ergo antecedentia, si uis cauere sequentia, et noli dicere mortuum uirum uel mortuam uxorem hoc loco debere intellegi etiam fornicantem. quamobrem secundum doctrinam sanam mulier alligata est, quamdiu uir eius uiuit, id est nondum corpore abscessit; mulier enim sub uiro uiuo marito iuncta est legi, hoc est in corpore constituto. si autem mortuus fuerit, hoc est de corpore exierit, euacuata est a lege uiri. igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro. si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est a lege, ut non sit adultera, si fuerit cum alio uiro. haec uerba apostoli totiens repetita, totiens inculcata uera sunt, uiua sunt, sana sunt, plana sunt. nullius uiri posterioris mulier uxor

6 Rom. 7, 3 18 I Cor. 7, 39 19 Rom. 7, 2. 3

4 quoniam] cum *MEVN*^{1} 7 alio] altero *ES* adultero *N* 10 altero *VEMNS* 11 altero *EMNS* 12 erat *M* 14 sentit *BT* ille *N*^{1} 15 mu.ta *T* carere *BT* 19 e corpore *MNP* abcessit *T* uiuo uiro *TM* 20 uincta *B* 21 fuerit uir eius *S* hoc] id *P* exire *T* 23 alio] altero *EMNS* 24 lege uiri *VRSb* 25 altero *VEMNS* 26 toties (*bis*) *Pbd* 27 plena *N*^{1}*S*^{1} mulier uxor] nulli *P*

esse incipit, nisi prioris esse desiuerit. esse autem desinet uxor prioris, si moriatur uir eius, non si fornicetur. licite itaque dimittitur coniux ob causam fornicationis; sed manet uinculum pudoris, propter quod fit reus adulterii, qui dimissam duxerit etiam ob hanc causam fornicationis.

V. Sicut enim manente in se sacramento regenerationis excommunicatur cuiusquam reus criminis nec illo sacramento caret, etiamsi numquam reconcilietur deo, ita manente in se uinculo foederis coniugalis uxor dimittitur ob causam fornicationis nec carebit illo uinculo, etiamsi numquam reconcilietur uiro; carebit autem, si mortuus fuerit uir eius. reus uero excommunicatus ideo numquam carebit regenerationis sacramento etiam non reconciliatus, quoniam numquam moritur deus. remanet itaque, ut, si sapere secundum apostolum uolumus, non dicamus uirum adulterum pro mortuo deputandum et ideo licere uxori eius alteri nubere. quamuis enim sit mors adulterium non corporis, sed, quod peius est, animae, non tamen et de ista morte loquebatur apostolus, cum dicebat: quodsi mortuus fuerit uir eius, cui uult nubat, sed de illa sola, qua de corpore exitur, quoniam, si per coniugis adulterium coniugale soluitur uinculum, sequitur illa peruersitas, quam cauendam esse monstraui, ut et mulier per inpudicitiam soluatur hoc uinculo, quae si soluitur, libera erit a lege uiri, et ideo, quod insipientissime dicitur, non erit adultera, si fuerit cum alio uiro, quia per adulterium liberata est a priore uiro. quod si ita est a ueritate deuium, ut nullus

19 I Cor. 7, 39

1 desierit *S* uxor desinet *T* 2 uxori *P* uxor *N* non si] nisi *P* 3 coniunx *RS* uxor *T* hanc causam *T* sed—fornicationis *om. P* 4 pudoris] prioris *NRbd* fit] sit *E* si *M* 5 hanc *N om. VEMRSbd* 7 excommunicatus *M* caret illo sacramento *R* illo] ullo *M* 9 federis *RS* 11 uero] autem *VEMN*[1]*S* 13 reciliatus *T*[1] 15 deputatum *S* 16 uxorem *EMS* 18 et *om. T exp. N* ista] ipsa *VEMRS* 20 per] super *V* 21 soluitur coniugale *T* 22 et ut *N* 25 altero *EMNS* libata *S* 26 a ueritate deuium] auertat deus tale coniugium *VEN*[1]*S*

id, non dico christianus, sed humanus sensus admittat, profecto mulier alligata est, quamdiu uir eius uiuit, quod ut apertius dicam, quamdiu uir eius in corpore est. pari ergo forma et uir alligatus est, quamdiu mulier eius in corpore est. unde si uult dimittere adulteram, non ducat alteram, ne quod in illa culpat, ipse committat. similiter et mulier, si dimittit adulterum, non sibi copulet alterum; alligata est enim, quamdiu uir eius uiuit nec a lege uiri nisi mortui liberatur, ut non sit adultera, si fuerit cum alio uiro.

VI. 5. Quod autem tibi durum uidetur, ut post adulterium reconcilietur coniugi coniux, si fides adsit, non erit durum. cur enim adhuc deputamus adulteros, quos uel baptismate ablutos uel paenitentia credimus esse sanatos? haec crimina in uetere dei lege nullis sacrificiis mundabantur, quae noui testamenti sanguine sine dubitatione mundantur; et ideo tunc omni modo prohibitum est ab alio contaminatam uiro recipere uxorem, quamuis Dauid Saulis filiam, quam pater eiusdem mulieris ab eo separatam dederat alteri, tamquam noui testamenti praefigurator sine cunctatione receperit. nunc autem posteaquam Christus ait adulterae: nec ego te damnabo; uade, deinceps iam noli peccare, quis non intellegat debere ignoscere maritum, quod uidet ignouisse dominum amborum nec se iam debere adulteram dicere, cuius paenitentis crimen diuina credit miseratione deletum?

VII. 6. Sed hoc uidelicet infidelium sensus exhorret, ita ut nonnulli modicae fidei uel potius inimici uerae fidei, credo,

2 I Cor. 7, 39 17 cf. II Reg. 3, 14 20 Ioh. 8, 11

1 amittat BT^1 2 uiuit uir eius *S* 4 eius *om. S* 6 culpa *E* 7 dimittat *TVE* 9 altero *VEMNS* 11 coniunx *RS* assit *ERS* 13 senatos N^1 14 ueteri *TVEMRS* nouo testamento *T* in nouo testamento $VEMN^1S$ 15 in sanguine xpi $VEMN^1S$ 16 altero *R* uxorem recipere *T* 18 tanquam (*semper* n) *E* 19 praefiguratus *M* 21 uade *om.* $VEMN^1S$ iam *om.* *VEMNSbd* 22 dominum ignouisse *T* amborum *ex* arborem *B* 23 nec (c *s. l.*) *B* iam se *Vbd* 25 exorret *T* 26 fidei *N* fidei uerae *P*

metuentes peccandi inpunitatem dari mulieribus suis, illud, quod de adulterae indulgentia dominus fecit, auferrent de codicibus suis, quasi permissionem peccandi tribuerit qui dixit: iam deinceps noli peccare, aut ideo non debuerit mulier a medico deo illius peccati remissione sanari, ne offenderentur insani. neque enim quibus illud factum domini displicet, ipsi pudici sunt et eos seueros castitas facit; sed potius ex illo sunt hominum numero, quibus dominus ait: qui sine peccato est uestrum, prior in eam lapidem iaciat. nisi quod illi conscientia territi recesserunt et temptare Christum atque adulteram persequi destiterunt, isti autem et aegroti medicum reprehendunt et in adulteras adulteri saeuiunt: quibus si diceretur, non quod illi audierunt: qui sine peccato est — quis enim sine peccato? — sed: qui sine isto peccato est, prior in illam lapidem mittat, tum uero forsitan cogitarent, qui indignabantur, quod adulteram non occiderant, quanta illis misericordia dei parceretur, ut adulteri uiuerent.

VIII. 7. Sed cum haec eis dicimus, non solum nihil uolunt detrahere seueritati, sed irascuntur insuper ueritati et loquuntur atque respondent: sed nos uiri sumus. an uero sexus nostri dignitas hanc sustinebit iniuriam, ut, cum aliis feminis praeter uxores nostras si quid admittimus, in luendis poenis mulieribus comparemur? quasi non propterea magis debeant

8 Ioh. 8, 7

1 peccantibus *VEN*^{1} peccandibus *M* 2 auferent *B*^{1}*T*^{2}*MPS*^{1} auferant *RS*^{2} 3 peccanti *N*^{1} tribuerint *T* tribueret *EV* qui—debuerit *om. TVES, in mg. add. N* 4 deinceps iam *P* iam *om. MN* 5 mulieri *S* me dico *P* sanati *VES* 6 neque enim] quae enim *BT* non enim *VEMS* 7 perfecte pudici *VEMS* perfecte pudici *N* 8 sunt ex illo *R* 12 adulteris *fin. P* seuiunt *TEMNR* sciunt *P* 14 enim est *N* sine peccato est isto *R* 15 illam] eam *S* tunc *TVMNRS* 16 uero *om. EMNS* 17 occiderunt *S*^{1} occiderent *N*^{2}*MRPbd* dei misericordia *MNbd* deus *P om. VES* ut] si *VM, om. B*^{1} 19 eis haec *N* dicimus eis *R* 20 saeueritati *B* locuntur *S* 21 nos quidem *R* sexsus *T* 22 iustitiam iniuriam *P* 23 uxorem *P* nostram *P* luendis (d *exp. m. 2*) *T* 24 comparemus *M*

inlicitas concupiscentias uiriliter frenare, quia uiri sunt; quasi non propterea magis debeant mulieribus suis ad uirtutis huius exemplum se praebere, quia uiri sunt; quasi non propterea minus debeant a libidine superari, quia uiri sunt; quasi non propterea minus debeant lasciuienti carni seruire, quia uiri sunt. et tamen indignantur, si audiant adulteros uiros pendere similes adulteris feminis poenas, cum tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet et uirtute uincere et exemplo regere feminas. christianis equidem loquor, qui fideliter audiunt: caput mulieris uir, ubi se agnoscunt duces, illas autem comites esse debere. et ideo cauendum uiro illac ire uiuendo, qua timet, ne uxor sequatur imitando. sed isti, quibus displicet, ut inter uirum et uxorem par pudicitiae forma seruetur, et potius eligunt, maximeque in hac causa, mundi legibus subditi esse quam Christi, quoniam iura forensia non eisdem quibus feminas pudicitiae nexibus uiros uidentur obstringere, legant, quid imperator Antoninus, non utique christianus, de hac re constituerit, ubi maritus uxorem de adulterii crimine accusare non sinitur, cui moribus suis non praebuit castitatis exemplum, ita ut ambo damnarentur, si ambos pariter inpudicos conflictus ipse conuinceret. nam supra dicti imperatoris haec uerba sunt, quae apud Gregorianum leguntur. sane, inquit, litterae meae nulla parte causae praeiudicabunt. neque enim, si penes te culpa fuit, ut matrimonium solueretur et secundum

10 Eph. 5, 23 23 Vlpiani de adult. 13, 3

2 debent *P* 4 debeant—minus *om. MS* debeant *om. R* a *exp. in N* 5 carni• *N* 6 perpendere *P* 7 adulterinis *P* 9 equidem] si quidem *VEMS* 11 uiro iurgium *M* illac ire] illicere *VEMS* illati scire *P* illic (ic *in ras.; s.* i *add.* u) *N* 12 quia *VEMS* qui• *N* 13 uxorē (*s. l.* mulierē) *N* 15 xpo *VEMN*^{1}*S* 17 antonius *T*^{1}*VENSPb* 18 re *s. l. N om. V* ubi *om. P* 19 crimene *B*^{1} 20 dampnarentur *V* damn••entur *N* damnentur *EMRPbd Eug.* 21 ambo *VRbd* conuicerit *N*^{2}*RPbd Eug.* 22 greginianum *S* 23 sanae *B* meae litterae *Vbd* in illa (*s. exp.* i *add.* nu) *S* 24 praedicabunt *BT* enim *om. T* culpæ *N*

legem Iuliam Eupasia uxor tua nuberet, propter hoc rescripto meo adulterii damnata erit, nisi constet esse commissum. habebunt autem ante oculos hoc inquirere, an, cum tu pudice uiueres. illi quoque bonos mores colendi auctor fuisti. periniquum enim mihi uidetur esse, ut pudicitiam uir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. quae res potest et uirum damnare, non ob compensationem mutui criminis rem inter utrumque conponere uel causam facti tollere. si haec obseruanda sunt propter decus terrenae ciuitatis, quanto castiores quaerit caelestis patria et societas angelorum! quae cum ita sint, numquid ideo minor est, ac non potius maior et peior uirorum inpudicitia quam inest illis superba et licentiosa iactantia? non igitur exhorreant uiri, quod adulterae Christus ignouit; sed potius agnoscant etiam periculum suum et simili morbo laborantes ad eundem saluatorem supplici pietate confugiant et quod in illa factum legunt etiam sibi necessarium esse fateantur, adulteriorum suorum medicinam suscipiant, adulterare iam desinant, laudent in se dei patientiam, agant paenitentiam, sumant indulgentiam, mutent de poena feminarum et de sua inpunitate sententiam.

VIIII. 8. Quibus consideratis atque tractatis si communis condicio, commune malum, commune periculum, commune uulnus, communis salus fideliter et humiliter cogitetur, non

1 iuliani *MRS* 2 rescripto meo *Eug.:* rescriptum meum *lib.* 3 constat M^1P 4 hoc *exp. in N* tu *om. S* 5 mores bonos *MNS* 6 enim *om. BTVES* 7 exibet *MRS* 8 non *er. in S* 9 criminis matui *TERS* criminis utriusque mutui *M* uel rem *VES* iter *M* utrunque *R* 10 tolerare *BTVEMN*^{1}*RS* 12 patriae *VESN*^{1} et *om. VESN*^{1} nunquid *R* 13 ac] et *R* pudicitia T^1N^1 inpudicia *P* 14 quam] qm̃ *RS* quia (i *s. l.*) *N, VMPbd* illi *P* 15 exorreant *T* Christus] dn̄s *T* 16 cognoscant N^2bd 17 supplici *ex* simplici *T* suplicii *P* 18 etiam] et *P* esse *om. R* 21 sumant—sententiam *om. P* 23 sic BMT^1 24 commune malum *om. R* 25 cogitatur N^1P

erit turpis neque difficilis etiam post perpetrata atque purgata adulteria reconciliatio coniugum, ubi per claues regni caelorum non dubitatur fieri remissio peccatorum, non ut post uiri diuortium adultera reuocetur, sed ut post Christi consortium adultera non uocetur. uerum ecce non fiat, nemo conpellit, quia forte lex aliqua huius saeculi uetat secundum terrenae ciuitatis modum, ubi cogitata non est abolitio criminum per sanguinem sanctum. suscipiatur ergo continentia, quam nulla lex prohibet, in alia non eatur adulteria. et quid ad nos, si nec saltem diuina miseratione mundata marito reconcilietur adultera, dum tamen non reconciliatis adulteris non alia fiant quasi conubia, quae conuincuntur esse adulteria? mulier enim alligata est, quamdiu uir eius uiuit. ergo consequenter et uir alligatus est, quamdiu mulier eius uiuit. haec alligatio facit, ut aliis coniungi sine adulterina copulatione non possint. unde necesse est ex duobus coniugibus quattuor adulteros fieri, si et illa alteri nupserit et ille adulteram duxerit. quamuis enim sceleratius moechetur, qui non causa fornicationis uxore dimissa alteram ducit — quod genus adulterii commemorauit Matthaeus — tamen non solum ipse moechatur, sed, sicuti est apud Marcum, quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, adulterium committit super eam; et si uxor dimiserit uirum suum et alii nupserit, moechatur et, sicuti est apud Lucam, omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram, moechatur; et qui dimissam a uiro duxe-

12 I Cor. 7, 39 21 Marc. 10, 11. 12 25 Luc. 16, 18

1 neque] atque *S* petrata *M* 2 ubi] nisi *P* 3 dubitur N^1 non ut] nonne *P* 4 adultara *B* adulterare uocetur (re *exp. m. 2*) *T* 5 non *alt.*] ut *S* 6 hoc uetat *V* 7 cognita *T* abolicio *T* obolitio *N* 10 saltim B^1 reconcilietur a do (a do *s. l.*) *Nb* 12 adulteri *M* 15 facit] fuit *SEN*^{1} 16 non possint] neuter possit *VES* neuter possit *N* 17 alteri] adultero *VEN*^{1}*RS* adulteri *TM* adulteri (ad *s. l.*, u *in ras.*) *B* adulteram] alteram N^2bd 19 uxorē dimissam *T* duxit *R* duçit (*supra* çit *add.* xerit) *N* 20 matheus *EMR* 21 sicut* *N* 23 ea *M* 24 et sicuti—moechatur *om. P*

rit, moechatur. de quibus testimoniis satis in libro superiore disserui.

X. 9. Sed respondes mihi: 'continenter uiuere paucorum est; et ideo qui fornicantes coniuges dimiserunt, quoniam non possunt reconciliari, tantum se periclitari uident, ut legem Christi non humanam, sed feralem pronuntient'. o frater, quantum ad incontinentes pertinet, multas querellas habere possunt, quibus, ut dicis, legem Christi feralem pronuntient, non humanam. et tamen non propter illos euangelium Christi peruertere uel mutare debemus. te quippe sola illorum querella permoueret, qui coniuges causa fornicationis intercedente dimittunt, si alias ducere non sinantur, quoniam continere paucorum est atque ad id debent laude adhortari, non lege conpelli. itaque si dimissa adultera non ducitur altera, iustam querellam, sicut putas, habebit hominum incontinentia. sed adtende, quam plura sint, ubi, si querellas incontinentium uelimus admittere, necesse nobis erit adulteria facienda permittere. quid? si enim aliquo diuturno et insanabili morbo corporis teneatur coniux, quo concubitus inpeditur? quid? si captiuitas uel uis aliqua separet, ita ut sciat uiuere maritus uxorem, cuius sibi copia denegatur, censesne admittenda incontinentium murmura et permittenda adulteria? quid in hoc ipso, unde interrogatus est dominus responditque fieri non debere, sed ad duritiam

2 cf. p. 357 sqq. 3 Pollent. 24 cf. Matth. 19, 8

1 iam satis *PN²bd* superiore libro *R* superiori *P* 3 uiuerei *E* 6 uident periclitari *bd* periclitari uideant *M* 8 quaere•las *B* querelas *TVEMNRSPbd* 10 uertere *TES* 11 eorum *bd* quaere•la *B* quaerela *T* querela *VEMNRSbd* permouet *TEMNRS* 12 intercidente *E* qui si *M* 13 alia *T* aliae *EN¹* 14 at *M* adortari *TN* 15 sic *VES* non ducitur altera *om. VETSN¹* 16 incontinentiam *T¹* sed et *VSN¹* 17 pulchra (*s. l.* plura) *N* sunt *N²bd* incontium *E* 18 fienda *VEMSN¹* enim si *S* 19 sanabili *E* teneatur *om. M* coniunx *R* 21 separet] raperet *R* maritus uiuere *T* 22 amittenda *B¹* ammittenda *T¹B²* 24 debent *VEMS* duritiam inquit *VEMN*

cordis illorum Moysen permisisse dari libellum repudii et quacumque causa dimittere coniugem? nonne lex Christi incontinentibus displicet, qui uxores litigiosas, iniuriosas, imperiosas, fastidiosas et ad reddendum debitum coniugale difficillimas repudio interposito abicere uolunt et alteras ducere? iam ergo quia istorum incontinentia legem Christi horruit, ad eorum lex Christi arbitrium commutanda est?

10. Iam uero si maritum relinquat uxor uel maritus uxorem non causa fornicationis, sed potius continentiae sitque incontinens, cui repudium propter hoc datur, quaero utrum non erit adulter uel adultera, si alteri copuletur. si 'non erit' [ut] dicitur, domino contradicitur, cuius haec uerba sunt: dictum est autem: quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii. ego autem dico, quia omnis qui dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam moechari; et qui dimissam duxerit, adulterat. ecce dimissa est, non dimisit et quia continere paucorum est, incontinentiae cessit et nupsit; et tamen adulter adulteram duxit. ambo rei, ambo damnandi sunt, et quae nupsit uiuo marito et qui duxit eam, cuius uiuit maritus. numquid hic legem Christi dicimus inhumanam, qua constituitur rea tanti criminis atque punitur, quam uir nulla eius praecedente fornicatione dimisit et, quia paucorum est continere, dimittendo conpulit nubere? cur non hic dicimus habendum esse pro mortuo, qui male dimittendo prior coniugale uinculum rupit? nam qua ratione

3 cf. I Tim. 5, 13 13 Matth. 5, 31. 32

1 illorum inquit *S* moyse T^1 moyses *VEMS* permisit *VEMSN*^{1} et] ex *M* 2 coniugem non iussit *VEMS* ꝺoꝺ iuſſit *N* nonne] non *T* nam ęt *V* nam *EMSN*^{1} 3 impediosas *M* 4 coniugalem *B* 8 uero] ergo *T* porro N^2bd relinquit *RS* 10 continens *M* repudium] libellus repudii *R* 11 non *pr. om. R* 12 ut *om. TRbd exp. N* 14 dico uobis VN^2bd 18 incontinentia BT^1 20 nupsit] duxit EN^1 21 cui» *N* 23 nullo B^1 25 non] in *S* hic] hoc peccatum $VEMN^1S$ pro *s. l. B,* (*s. l. m. 2*) *T* mariꝺo pro *N* mortuo] marito *VES* 26 rumpit MN^1

dicturus es eum rupisse uinculum coniugale, qui, licet sit moechus, non dimisit uxorem, et eum non rupisse, qui etiam castam dimisit uxorem? ego autem dico in utroque manere hoc uinculum, quoniam mulier alligata est, quamdiu uir eius uiuit, siue continens siue moechus, et ideo moechari eam, quae dimissa nupserit, et moechari eum, qui dimissam duxerit, siue a moecho siue a continente dimissa sit, quoniam mulier alligata est, quamdiu uir eius uiuit. sed nunc de querellis incontinentium disputamus. quid enim uidetur iustius huius mulieris querella, quae dicit: dimissa sum, non dimisi; et quoniam continere paucorum est, non me continui. ne fornicarer nupsi; et dicor moecha quia nupsi? numquid propter huius quasi iustam querellam legem censebimus mutandam esse diuinam, ut istam non iudicemus adulteram? absit. sed respondebis non eam debuisse dimitti, quia fornicationis nulla causa praecesserat. uerum dicis; nam peccatum mariti eius dominus expressit, ubi ait: qui dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis facit eam moechari. sed numquid ista ideo nubendo postea non peccauit, quia prius dimittendo ille peccauit? quid ergo ei prodest, quod de lege Christi mulier incontinens queritur, nisi ut murmurans puniatur?

XI. 11. Iam nunc etiam illa uideamus, quae alio loco interponens addidisti meque ad ea respondere uoluisti. ubi te mouet et miseraris hominem, qui cubare cum adultera, etiamsi non incontinentia, certe filiorum procreandorum necessitate conpellitur, si non ei licet sic eam dimittere, ut ea uiuente alteram ducat. unde recte mouereris, si adulterium non esset

4 cf. I Cor. 7, 39 8 I Cor. 7, 39 18 Matth. 5, 32

4 quoniam] quo RN^2bd 5 et *s. l. B om. TEN*^{1} 9 quaerelis *T* disputemus *R* 13 moechata N^2bd 16 causa nulla *T* 17 meriti *BTMN*^{1} 22 lege (ge *s. l.*) *B* quaeritur *B* 25 meque] neque T^1VMNRb ad ea *om. TESN*^{1} 26 miserearis *R* miserearis *N* adulteram *M* 28 ei *om. S* eam sic *T*

quamuis adultera uiua uxore alteram ducere. si autem adulterium est, ut ea quae sunt disputata docuerunt, quid obtenditur procreandorum causa filiorum? non enim propterea flagitiorum est permittenda licentia. aut uero tam cauendum est sine posteris mori quam eligendum in posterum uiuere? quod non sinentur adulteri, quos necesse est post primam mortem secundae mortis aeternitate damnari. nam procreandorum filiorum ista causatio etiam non adulteras, sed castissimas feminas, si forte sint steriles, cogit dimitti et alteras duci: quod tibi existimo non placere.

12. Quapropter si causa incontinentiae non sunt excusanda adulteria, quanto minus excusantur procreandorum causa filiorum!

XII. Illi quippe infirmitati, hoc est incontinentiae uoluit apostolus subuenire honestate nuptiarum. non enim ait: si filios non habet, nubat, sed: si se non continet, nubat. filiorum quidem propagatione conpensatur, quod incontinentiae nubendo ceditur. nam utique incontinentia uitium est, coniugium autem non est uitium; et ideo fit per hoc bonum, ut illud ueniale sit malum. cum sint ergo nuptiae causa generandi institutae, ea causa fiebant a patribus, qui tantum officio generandi feminis, sed non inlicite, miscebantur. erat enim tunc quaedam propagandi necessitas, quae nunc non est, quoniam tempus amplectendi, sicut scriptum est, quod utique tunc fuit, et tempus continendi ab amplexu, quod nunc est. de quo tempore apostolus loquens ait: de cetero, fratres, tempus breue est; reliquum est, ut et qui

16 I Cor. 7, 9 24 cf. Eccle. 3, 5 26 I Cor. 7, 29

1 uxore *om. S* ducere sit peccatum *VEMSN*^{1} 3 causa procreandorum *R* 5 eligendum pudice (cę *E*) *VEMNS* 6 quod si *S* sinuntur sua uoluntate adulteri *VEMSN*^{1} 7 saecundae *B* 9 alteras] adulteras *BN*^{1} 11 quodpropter *T*^{1} 15 subueniri *Nbd* honestati *N* 17 progagine *bd* 18 caeditur *B* 19 sic fit *M* sic sit *N*^{1} aut *M* 20 sit ueniale *S* 21 fiebat *VES* a *om. BT*^{1}*ES* 22 generandis (s *exp. m. 2*) *T* 23 non *s. l. B om. T*^{1} 24 tempus est *R* quod *om. VESN*^{1} 25 tempus est *R* quod *om. VESN*^{1} 27 uti *E*

habent uxores, tamquam non habentes sint. unde nunc certissime dicitur: quae potest capere, capiat; quae autem se non continet, nubat. tunc ergo etiam continentia propter propagationem filiorum in nuptias descendebat officio; nunc autem uinculum nuptiale incontinentiae subuenit uitio, ut ab eis, qui se non continent, non per turpitudinem stuprorum, sed per honestatem coniugiorum fiat propagatio filiorum. cur ergo non dixit apostolus: si filios non habet, nubat? quia scilicet hoc tempore continendi ab amplexu non est necesse filios propagare. et quare dixit: si se non continet, nubat? utique propterea, ne per incontinentiam cogatur adulterare. si ergo se continet, nec nubat nec generet; si autem se non continet, licite nubat, ne turpiter generet aut turpius concumbendo non generet. quamquam hoc, quod ultimum dixi, nonnulli faciant etiam licite coniugati. inlicite namque et turpiter etiam cum legitima uxore concumbitur. ubi prolis conceptio deuitatur. quod faciebat Aunan filius Iudae, et occidit illum propter hoc deus. propagatio itaque filiorum ipsa est prima et naturalis et legitima causa nuptiarum. ac per hoc qui propter incontinentiam coniunguntur, non sic debent temperare malum suum, ut bonum exterminent nuptiarum, id est propagationem filiorum. de incontinentibus quippe loquebatur apostolus, ubi ait: uolo igitur iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. iam enim quaedam conuersae sunt retro post sata-

2 Matth. 19, 12 10 I Cor. 7, 9 17 cf. Gen. 38, 8—10 23 I Tim. 5, 14. 15

2 rectissime *VRN²bd* qui *VEMNSbd* (*item* 3) 4 nuptiarum *M* 5 officium *R* 6 eis] his *S* per *s. l. TN, om. B* 11 non T^1 per] propter *R* per eam *N* 13 non *s. l. B om.* T^1 15 etiam cum *R* coniugatis *R* 16 ꝑꝙ (*s. l.* cū) *N* 17 ubi—deuitatur *add. MRbd, in mg. N ceteri om.* aunan (*s. l. m. al.* ł onan) *BT* onan *VEMNRSbd* 20 iunguntur *S* coniugantur N^2bd 22 propaginem N^2bd 24 nubere, filios procreare *om. VESN*¹ 26 conuersae quaedam *Vbd* retrorsum *S* sathanan *NRS* satanam *bd*

nan. cum itaque dicebat: uolo iuniores nubere, hoc utique monebat propter ruinam continentiae fulciendam. sed ne forte ab eis sola carnalis concupiscentiae cogitaretur infirmitas, cui tantummodo esset opere conubii seruiendum, nuptiarum autem uel contemneretur uel neglegeretur bonum, continuo subiunxit: filios procreare, matres familias esse. qui uero eligunt continere, aliquid utique melius eligunt, quam est nuptiarum bonum; hoc est generatio filiorum. unde si eligitur continentia, ut bono nuptiarum melius aliquid capessatur, quanto potius custodienda est, ut adulterium caueatur! cum enim dixisset apostolus: quodsi se non continet, nubat, melius est enim, inquit, nubere quam uri, non dixit 'melius est moechari quam uri'.

XIII. 13. Non est igitur, ad quod exhortemur eos qui reconciliari timent coniugibus adulteris paenitendo sanatis nisi ad custodiendam continentiam, quoniam mulier alligata, quamdiu siue moechus siue castus uir eius uiuit, moechatur, si alteri nupserit, et uir alligatus, quamdiu siue moecha siue casta uxor eius uiuit, moechatur, si alteram duxerit. haec namque alligatio quandoquidem non soluitur, etiamsi per repudium coniux a casto coniuge separetur, multo minus soluitur, si non separata moechetur. ac per hoc non eam soluit nisi mors coniugis non in adulterium corruentis, sed de corpore exeuntis. quapropter si recesserit mulier ab adultero uiro et ei reconciliari non uult, maneat innupta; et si dimiserit uir adulteram mulierem et eam non uult recipere nec post paenitentiam, custodiat continentiam, etsi

11 I Cor. 7, 9

2 itaque *VES*^{1} incontinentiae *MRN*^{2}*S*^{2}*bd* 4 tamen modo *B* in opere *R* conubiis *BT*^{1}*EMN* 6 subiuxerit *T*^{1} 7 itaque *M om. R* 8 nuptiale *S* 9 bona *TN*^{1}*M*^{2} 10 capessantur *MN*^{1} custodiendum *VEMS* 11 se *om. S* 12 inquit *om. TEMN*^{1}*RS* 14 exortemur *B*^{1}*TN* exhortaemus *M* 15 adulteris coniugibus *T* 16 alligata est *BTESN*^{1} 17 quamdiu *post* castus *T* 18 uir ęius *N* alligatus est *T* 20 nanque *R* 21 coniunx *R* casta *VES* 22 moechatur (a *s. e m. 1) T* 26 recipere non uult *T*

non ex uoluntate eligendi potioris boni, certe ex necessitate uitandi perniciosi mali. ad hoc exhortarer, etiamsi uxor esset in languore insanabili atque diuturno, etiamsi alicubi esset corpore separata, quo maritus non posset accedere; postremo ad hoc exhortarer, etiamsi mulier uolens uiuere continenter, quamuis contra disciplinam, quia non ex consensu, tamen pudicum pudica dimitteret. puto enim christianum neminem reluctari adulterum esse, qui uel diu languente uel diu absente uel continenter uiuere cupiente sua uxore alteri commixtus est feminae. sic ergo et dimissa adultera adulter est cum altera, quoniam non ille aut ille, sed omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram, moechatur. quapropter si a coniugali uinculo inmunis minus adpetitur uita sanctorum, exhorreatur poena moechorum et timore saltem frenetur concupiscentia, si amore non eligitur continentia. si enim, ubi est timor, operetur labor, ubi erat labor, erit et amor. non enim confidendum est de nostris uiribus; sed oratio adiungenda conatibus, ut inpleat bonis, qui deterret a malis.

XIIII. 14. Respondeamus etiam ad illud, ubi putas maritos ad puniendas adulteras sine ulla miseratione conpelli, cum uolunt eas mori, si eis uiuentibus non eis licet alteras ducere. quam crudelitatem uolens exaggerare dixisti: 'non mihi uidetur, amantissime pater, hic diuinus esse sensus, ubi benignitas et pietas excluditur'. ita istuc dicis, quasi propterea mariti parcere debeant adulteris feminis.

11 Luc. 16, 18 23 Pollent.

2 ad hoc] ac per hoc ad hoc *BVRSEMN*^{1} exortarer *BTG* 4 corpora *N* 5 adhuc *D* exortarer *TM* uolens mulier *T* continenter uiuere *T* 7 pudica pudicum *T* neminem christianum *T* 8 adulterium *B*^{1}*E*^{1} adulterum eum *S* 9 uel *om. TN*^{1} 11 altera] adultera *VENRS* 13 a *om. TVEMSN*^{1} 14 exorreatur *N* moechorum *ex* monachorum *S* saltim *B* 18 impleatur *M* 22 licet eis *Vbd* 24 ama•tissime *N* 25 pietas et benignitas *T* ista *EMRSN* istud *Vbd* isti (*s. fin.* i *add.* a) *T* 26 adicis *T*

quia licet eis alteras ducere, ut, si non licet, non parcant, ut liceat. quin immo propterea debent peccatricibus praebere misericordiam, ut et ipsi pro suis peccatis misericordiam consequantur. et multo magis hoc eis faciendum est, qui dimissis uxoribus adulteris cupiunt uiuere continenter. tanto quippe debent esse misericordiores, quanto uolunt esse sanctiores, ut castitate in se ipsis seruanda diuinitus adiuuentur, dum castitatem ab uxoribus uiolatam nec ipsi humanitus ulciscuntur. et maxime uox illa dominica eis est in memoriam reuocanda: qui sine peccato est, prior in illam lapidem iaciat. non qui sine ipso peccato est. quoniam loquimur de pudicis uiris, sed qui sine peccato est: quod si esse se dixerint. se ipsos seducunt, et ueritas in eis non est. porro si se non seducunt et est in eis ueritas, non erit in eis cruenta seueritas. scientes enim se non esse sine peccato, dimittunt, ut dimittatur eis, nec ab eis benignitas et pietas excluditur. magis enim haec excluduntur, si peccatis coniugum ab eis impetret ueniam licentia libidinis, non cura pietatis; id est ut propterea parcant, quia licet eis alteras ducere, et non potius propterea, quia uolunt et sibi dominum parcere.

15. Quanto itaque melius, honestius, christiana denique professione dignius, ut parcant adulterarum sanguini uxorum, quod scriptum est eis dicimus. dimitte iniustitiam proximo tuo, et tunc precanti tibi peccata soluentur. homo homini conseruat iram et a domino quaerit

10 Ioh. 8, 7 13 cf. I Ioh. 1, 8 23 Eccli. 28, 2—5

1 adulteras *VEN*^{1} ut] aut *VEMNS* parcunt *T* 2 qui immo *VET*^{1} 4 eis *om. EV* illis *s. l. S* 6 misedicordes *S*^{1} 7 ut] ut et ad *bd* ut ad *RN*^{2} castitatem *VEMNRSbd* seruando *BVEMS* seruandam *NRbd* adiubentur *T* 8 humanius *B* humanitus (*s. l. ante* hu *i* in) *T* 9 uox] ux̣o̱r (*s. l.* uox) *B* uxor *T* est eis *Vbd* in *om. B* memoria *B* 11 ipso *om. R* peccato isto *R* 14 non se *Nbd* nosse ducunt *B*^{1} nosse dicunt *corr. al. m. B* 15 non esse] nosse *B* 16 ne *S* 17 excludatur *VEMSN*^{1} peccatum *R* 19 eis *s. l. T* 21 et honestius *B*^{2}*N*^{1}*VEMSbd* 23 est *om. S* 24 tunc *om. T*^{1} 25 seruat *VEMNS*

medellam? super hominem similem sibi non habet misericordiam et de peccatis suis deprecatur? cum ipse caro sit, conseruat iracundiam, quis propitiabitur peccatis illius? et de euangelio: dimittite, et dimittetur uobis — ut possimus dicere: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris — et de apostolo: nulli malum pro malo reddentes et si qua sunt huius modi in scripturis sanctis, quibus ad ulciscendum quando humanus animus excitatur, quia christianus est, mitigatur.

XV. Quanto, inquam, ista melius dicimus, quam ut dicamus: tantum adulteras istas dimittite, et earum nolite sanguinem quaerere; quidquid doloris ex earum flagitiis habetis, consolabuntur uos aliae, quas duxeritis; merito enim uelletis istas de uiuentium numero auferre, si earum uita inpedimento esset, quominus alias duceretis. nunc uero etiam istis uiuentibus cum liceat alia uobis matrimonia prouidere, quid eas tantopere uultis occidere? haec si dicimus, nonne adtendis, quam nostra suasio longe sit a charactere christiano? qui et falsum dicimus eis licere, quod non licet, hoc est istis uiuentibus, ut aliis copulentur, et si propterea illis pepercerint, non parcunt propter pietatem, sed propter aliarum nuptiarum liberam potestatem. postremo quaero abs te, utrum marito christiano liceat uel secundum ueterem dei legem uel romanis legibus adulteram occidere. si licet, melius est, ut ab utroque

4 Luc. 6, 37 5 Matth. 6, 12 7 Rom. 12, 17

1 medellam *B* medelam *TVEMNRSbd* 2 deprecatur ueniam *R* 3 seruat *VEMN* qui B^1 4 demitte B^1 dimitte *E* 9 ulcescendum *B* 10 qui *EMSN*^{1} 11 melius ista *Vbd* 12 dimittere *R* sanguinem nolite *S* 13 quicquid *TEMRS* 15 aufferre *T* impedimentū *S* 16 uobis esset *R* 17 uobis alia *TR* 18 si] cū *VES* si *s. l. TN* 19 longe nostra suasio *T* caractere *S* qui] quia *RN*^{2}*bd* 20 licere *alt. B* hoc est] ut *MNS* est *om. BT* istis] ut illis *R* ut istis *E* 21 ut *om. TREMN*^{1}*S*^{1} aliis *om. TBVEMN*^{1}*S*^{1} non] ut non *T* 22 parcant *TN*^{1} parcent *RN*^{2}*bd* 25 legibus *N* occidere *del. et s. l. add.* addici *N*

se temperet, id est et a licito illa peccante supplicio et ab inlicito illa uiuente coniugio. quodsi alterutrum eligere perseuerat, satius est ei facere quod licet, ut adultera puniatur, quam id quod non licet, ut ipsa uiua ille moechetur. si autem, quod uerius dicitur, non licet homini christiano adulteram coniugem occidere, sed tantum dimittere, quis est tam demens, qui ei dicat: fac, quod non licet, ut tibi liceat quod non licet? cum enim utrumque secundum legem Christi inlicitum sit, siue adulteram occidere siue illa uiuente alteram ducere, ab utroque abstinendum est, non inlicitum pro inlicito faciendum. si enim facturus est, quod non licet, iam faciat adulterium et non faciat homicidium, ut uiuente uxore alteram ducat et non humanum sanguinem fundat. quodsi est utrumque nefarium, non debet alterum pro altero perpetrare, sed utrumque uitare.

XVI. 16. Hic uideo, quid dici ab incontinentibus possit: quod uidelicet qui dimittit et uiuere permittit adulteram, si alteram duxerit, quamdiu illa prior uiuit, perpetuus adulter est nec agit paenitentiam fructuosam a flagitio non recedens; nec, si catechumenus est, ad baptismum admittitur, quoniam ab eo quod inpedit non mutatur; nec reconciliari paenitens potest in eadem nequitia perseuerans: si autem accusando adulteram occiderit, hoc peccatum, quoniam transactum est et in eo non permanetur, et, si a catechumeno factum est, baptismate abluitur et, si a baptizato, paenitentia et reconciliatione sanatur. sed numquid propterea dicturi sumus adulterium non esse adulterium, quod sine dubio committitur, si coniuge adultera uiuente altera ducitur? sed hoc adulterii genere excepto nempe non dubitas esse adulterium, si quisquam ducat

2 uiuente] iuuentute *N* alterum *EMS* alterutrū (trū *s. l.*) *N* eligendum *R* 9 adulteram ducere *VN*^{1}*E* 16 quid] quod *M* 17 qui mitti et *B* 18 prior illa *Vbd* 20 cathecuminus *MR* cathicuminus *E* est *om. VEMS* aṃittatur (*s.* ṃ *add. m. 2* d) *T* 22 perseueras *S* 24 permanet *BVRSbd* a *om. TE* cathicumino *E* 25 abluatur *T* reconciliatine *T* 29 dicat *T*

uiuentis uxorem a uiro suo per libellum repudii sine ulla mulieris fornicatione dimissam. quid ergo? cum uiderit se nec ad baptismum admitti, si catechumenus est, nec utiliter agere paenitentiam, si baptizatus hoc fecit, non corrigendo et relinquendo quod fecit, si eum uoluerit et potuerit occidere, cuius duxit uxorem, ut hoc scelus uel baptismate diluatur uel paenitendo soluatur atque ita etiam illud adulterium non permaneat euacuata muliere a lege uiri post mortem uiri. sed de transacto quod factum est per paenitentiam satis fiat uel regeneratione deleatur: numquid propterea est accusanda lex Christi, tamquam conpulerit fieri homicidium, cum sine crimine fornicationis repudiatam ducere dicit esse adulterium?

17. Hic enim, si parum quid loquamur adtendimus, multo grauiora dici possunt quam ipse dixisti. nam tu dum non uis esse adulteria, si aliae ducantur dimissis adulteris, hoc inuenisti: 'quoniam si haec adulteria dixerimus, cogentur mariti occidere adulteras, quarum uita inpediuntur alteras ducere'. atque, ut hoc exaggerares, dixisti: 'non mihi uidetur, amantissime pater, hic diuinus esse sensus, ubi benignitas et pietas excluditur'. si ergo quispiam nolens credere esse adulterium, quando a marito sine fornicationis crimine repudiata ab altero ducitur, et hoc contra te inueniat, quia ista ratione suadetur hominibus homicidia perpetrare et earum maritos, quas eo modo repudiatas duxerint, uel insidiis, quibus potuerint, uel calumniis adpetere uel aliquibus ueris criminibus accusare et occi-

16 Pollent.

2 uideris *M* si *T* esse *M* 3 cathecuminus *B* cathicuminus *E* est *om. TRbd* ẹṣṭ *N* 4 fecerit (er *s. l.*) *N* 5 occidit *T* 6 duxerit *TVEMS* ut] et *VES* 7 saluatur T^1 8 euacuta T^1 9 de] et *ES* 10 generatione *TEN*^{1} accusanda est *TEMS* accusanda ẹṣṭ *N* 13 multa *T* 14 posse *VES* 15 djcantur (*s.* j *add.* u) *B* 18 exaggeraris N^1 19 ama*tissime *N* pater omnibus *BVE*, (omnibus *exp. m. 2*) *T*, *NS* his *VEM* 21 quispiam (quis *add. s. l. m. al.*) *B* pium *T* 22 fornicationes *B* 23 hoc *s. l. T* 25 calumpniis *S*

dere, ut eis mortuis possint esse coniugia, quae uiuis fuerant adulteria, nonne id exaggerando tibi dicturus est: 'non mihi uidetur, amantissime pater, hic diuinus esse sensus, ubi non solum benignitas et pietas excluditur, sed etiam ingens malignitas et inpietas excitatur?' quandoquidem multo est leuius et tolerabilius, ut adulteras mariti, quam ut maritos adulteri occidant. placetne tibi, ut propter hanc uanissimam inuidiam dominicae defensionem sententiae deseramus uel eam insuper accusemus, dicentes non debere adulterium iudicari, etiamsi praeter causam fornicationis repudiata a uiro alteri coniugetur, ne maritum eius, a quo dimissa est, conpellatur occidere, dum adulterium in conubium cupit uiri prioris morte conuertere? scio tibi hoc non placere, ut propter hanc uanissimam inuidiam lex Christi, cum uera inueniatur et sana, dura et inhumana dicatur. sic itaque non tibi debet uideri ideo negandum esse adulterium, quando uxore adultera uiuente ducitur altera, quia potest maritus per hoc cogi adulteram occidere, dum cupit sibi licere illa extincta alteram ducere, si hoc ea uiuente non licet facere. quid? si enim et illud dicant christianae fidei detractores, cogi homines occidere uxores suas insidiarum sceleribus, quas molestas ferre non possunt, siue diuturno languore laborantes et pati concubitum non ualentes siue pauperes siue steriles siue deformes, aliarum spe ducendarum, sanarum, opulentarum, fecundarum, pulcherrimarum, quia eas, quas perpeti nolunt, praeter causam fornicationis repudiare non licet et alteras ducere, ne perpetuo

1 esse possint *Vbd* quae prius *R* 3 amatissime *N* pater *BVEMN¹S:* frater *TN²Rbd* 6 tollerabilius *T* maritis *M* 7 adulterii *T¹* adultere *RS* adultere *EM* placetne—*15* dicatur *in mg. add. N* 8 hanc *om. bd* 9 deferamus *M* differamus *VES* inaccusemus (*exp. m. 2*) *T* 10 adulteram *VE* uindicari *NM¹bd* propter *VERS* 11 coniungetur *BT* coniungatur *VEMS* coniungitur *R* 12 adulterum *E* 13 hoc tibi *VNbd* hoc *om. T* non *s. l. T* minime *VES* 17 altera ducitur *TVbd* 18 exstincta *BVbd* 20 detractatores *E* 22 connubitum *S* 24 ducandarum *T* 25 quia] qui *BTVEMRN¹S¹* causas *B* 26 fornicationum *VEM*

deuincti adulterio nec baptizari possint nec paenitendo sanari, numquid propterea, ne ista homicidiorum scelera perpetrentur, dicturi sumus non esse adulteria repudiatis praeter causam fornicationis uxoribus sibi alteras copulare?

XVII. 18. Iam uero ex hoc, quod sapis non esse adulterium, si uir uxorem causa fornicationis abiecerit et alteram duxerit, nonne arbitraris cauendum, ne discant uiri uxores suas, quas propter alias innumerabiles causas ferre non possunt, moechari cogere, ut ab eis uinculo coniugali per fornicationem, sicut putas, soluto liceat eis alteras ducere, et ex eo, quod illas moechari coegerunt, aut baptismate ablui aut paenitendo sanari, quoniam illis et gratia et medicina negabitur, quamdiu cum adulteris uiuent, si prioribus praeter causam fornicationis repudiatis alteras duxerint? nisi forte quis dicat neminem posse uxorem suam moechari facere, si pudica est. et tamen dominus, omnis qui dimiserit, inquit, uxorem suam praeter causam fornicationis facit eam moechari. utique propterea, quia cum esset pudica cum uiro, tamen dimissa cogitur per incontinentiam uiuo priore alteri copulari, et hoc est moechari. quodsi hoc ista non fecerit, tamen ille, quantum in ipso est, facere conpulit; et hoc ei deus peccatum, etiamsi illa casta permaneat, inputabit. sed quis nesciat, quam sint rarissimae, quae ita pudice uiuant cum uiris, ut, etiamsi ab eis dimittantur, alios non quaerant? incomparabiliter quippe numerus est amplior feminarum, quae cum pudice adhaereant maritis, tamen, si dimissae fuerint a maritis, non differunt nubere. cum ergo crediderint homines

16 Matth. 5, 32

3 adulterium *S* si repudiatis *S* 4 si sibi *VES* copulauerint *VES* 6 adiecerit *P* 10 solito (*s.* i *add.* u) *TS* illas *om. P* 11 cogerunt TN^1P ablui *om. M* ablui aut] abluant *P* 12 sanari non possint *VE* sanari possint (i *ex* u) *S* 13 uiuunt *BTMS* repudiatis praeter causam fornicationis *R* 15 facere moechari *S* 21 ipso] illo *T* 22 peccatum deus *T* permanet *P* imputauit *BT* 23 pudicae *B* 24 querant *E* requirant N^2bd 25 numerus quippe *T* 26 pudicae *B*

domino dicenti: omnis qui dimiserit uxorem suam praeter causam fornicationis facit eam moechari, si crediderint et tibi dicenti muliere fornicante licere uiro eius alteram ducere, quisquis uoluerit propter alias quaslisbet molestias carere uxore, cui iunctus est, prius eam moechari faciat sine fornicatione dimittendo, ut tunc ducat alteram, cum fuerit illa moecha nubendo, ac sic a priore peccato, quo eam moechari fecit, siue per baptismum siue per paenitentiam liberatus sine suo adulterio sibi habere uideatur, quam post prioris adulterium tamquam hinc soluto matrimonii uinculo alteram duxit. quod quidem si fuerit machinatus, et uxorem suam moecham faciet et ipse quamuis post adulterium coniugis aliam ducendo moechus erit nihilque illi proderit, quod tibi credidit et non ei potius, qui nullo excepto ait: omnis qui reliquerit uxorem suam et aliam duxerit, moechatur.

XVIII. 19. Quibus omnibus consideratis atque tractatis restat, ut ab eis, qui haec fideliter audiunt, dicatur nobis, quod domino dictum est: si talis est causa cum uxore, non expedit nubere. quibus et nos quid respondeamus, nisi quod ipse respondit? non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est. sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt; et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus; et sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum. qui potest capere, capiat. ergo qui potest capiat, quod non omnes capiunt. possunt autem capere quibus hoc praestat dei misericordia occulta, sed non iniusta. sed in his omnibus,

1 Matth. 5, 32 14 Luc. 16, 18 19 Matth. 19, 10—12

1 dicente T^1 3 uiro eius licere T 4 propterea T^1 5 uxorē B coniunctus N^2P 6 facit BSP, *s. l.* N, *om.* T 7 illa fuerit ES 8 facit R 9 adiutorio V eā sibi ES 11 duxerit bd 12 faciat M 13 illi] ei T 14 crediderit ES 15 relinquerit BT 21 hoc uerbum E 26 capere *s. exp.* accipere *m. 2* T 27 hi quibus bd praestat hoc T 28 dei *om.* $BVESN^1$ non iniusta] iusta N^2bd iustas P omnibus *om.* MP

qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum, alii sunt, qui in utroque sexu concubitum nesciunt, alii, qui experti et auersi sunt, partim quidem inlicite, partim uero licite experti. porro in his, qui licite experti sunt, quidam sunt, qui nonnisi licite, quidam et licite et inlicite. sunt quippe in eis, qui coniugia sua tantum sciunt; sunt autem, qui et alias feminas ac stupra quaelibet. sed qui post concubitum coniugum se ipsos castrant propter regnum caelorum, aut morte amittunt coniuges aut ex consensu cum eis continentiam profitentur aut necessitate diuortiorum, ne uiuis coniugibus se aliis copulando adulteria perpetrent, castrant se ipsos propter regnum caelorum, non ut clariores ibi esse possint, sed quod aliter esse ibi non possunt. nam qui non ista necessitate se continent, sed boni adpetitione melioris, possent ibi esse etiam seruata pudicitia coniugali, quamuis in praemiis minoribus, tamen intus; qui uero propterea se continent, quia prioribus coniugibus uiuis timent aliis coniugari, maiorem curam debent gerere pro salute, quam gesserunt illi, a quibus continentia pro munere dilecta est ampliore. tunc quippe ibi erunt, si adulteri non erunt; si autem non continent, adulteri erunt, quia uiuentibus coniugibus pristinis non coniugibus alteris, sed adulteris adhaerebunt. et si a regno caelorum aberunt, ubi erunt, nisi ubi salui non erunt?

2 introque *T* concubitu *P* ali *T* 3 experti sunt *P* et auersi *om. VES* sunt *om. P* 4 in his] hi *BTMRS* hii• *N* 5 quidam qui *T* et illicite et licite *VPRbd* et licite *om. P* 7 ac] aut *S* postęșț (*exp. m. 2*) *T* potius *P* 8 coniug•um *T* castrauerunt *T* 10 continentiam] continent iā Ią (*exp. m. 2*) *T* continent qui autem continentiam profitentur *VES* aut *om. VES* ex necessitate B^2Rbd 11 seq *T* perpetrant *P* castrantes *M* 13 sed—possunt *om. P* ibi esse *VRbd* possint *VRbd* 14 sed ut $VESMN^1$ bona *T* 15 meliores *TMSVE* possint *VES* 16 impraemiis *B* intus erunt $VEMN^1S$ quae $BVET^1S$ 18 coniungi *R* saluto *B* soluto *T* 19 delecta *bd* 20 si adulteri—adulteri erunt *om. VES. in mg. add. N* 21 se continent *R* pro uiuentibus *S* 22 alteris] propriis $VEMN^1S$ 23 abierunt *VE* ab•erunt *N*

XVIIII. 20. Hos igitur alloquor, ut quod facere deberent, si haberent coniuges diuturno languore marcentes uel loco sibi inaccessibili absentes uel animositate inlicita continentes, hoc faciant, si habuerint coniuges adulterina inquinatione sordentes et propter hoc a suo consortio diuortientes, non alia quaerant coniugia, quia non erunt coniugia sed adulteria. cum enim par forma sit in hoc uinculo uiri et uxoris, sicut uxor uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro, ita et uir uiuente uxore uocabitur adulter, si fuerit cum alia muliere. etsi enim grauius, qui praeter causam fornicationis, omnis tamen, qui dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, moechatur. non eos terreat sarcina continentiae; leuis erit, si Christi erit; Christi erit, si fides aderit, quae impetrat a iubente quod iusserit. non eos frangat, quod uidetur eorum continentia necessitatis esse, non uoluntatis, quia et illi, qui eam uoluntate delegerunt, fecerunt eam esse necessitatis, quoniam iam sine damnatione ab illa deuiare non possunt, et qui in eam necessitate contrusi sunt, faciunt eam esse uoluntatis, si non de se ipsis, sed de illo, a quo est bonum omne, confidunt. illi ad eam conscenderunt causa maioris gloriae, ut amplius aliquid inuenirent; isti ad eam confugerunt cura salutis nouissimae, ne perirent; utrique permaneant, utrique in quod peruenerunt ambulent usque in finem, ferueant studiis, supplicent uotis, quia et illis salus cogitanda est, ut ab eo quod uoluntas arripuit cadere timeant, et istis gloria desperanda non est, si in eo quod necessitas intulit, persistere diligant. fieri enim potest, ut deo terrente

8 cf. Rom. 7, 3 11 cf. Luc. 16, 18

2 aberent *T* marcescentes *VNbd* 3 inaccessibile B^1 4 abuerint *B* 5 et *om.* ESN^1 diuertentes *in ras.* *R* diuortiantes *Nbd* non ut (ut *s. l.*) *S* 6 quia—coniugia *om.* *S* 10 enim *om.* EMN^1 propter *M* 16 uoluntate eam *S* ea *T* 17 iam *om.* *TVEMS* dampnatione *S* 18 in ea *VEMS* in ea« *B* 19 se *om.* $VEMSN^1$ 20 omne bonum *RS* confidunt *om.* *S* condescenderunt *MS* 21 aliquid amplius *bd* 22 utrique permaneant *om.* *S* 23 in quod] inquid *E* 27 deligant *d*

et hortante, conuertente et inplente humanus in melius mutetur affectus, atque ita uoueant sine coniugiis et sine ullo concubitu atque inmunda libidinis attrectatione perseuerantissime uiuere, ut etiamsi separata coniugia locum ducendi alias moriendo aperuerint, claudatur ex uoto, quod patet ex licito et quod erat ex necessitate coeptum, fiat caritate perfectum. talibus profecto id retribuetur, quod illis, qui uel pari consensu cum coniugibus hoc uouerunt uel nullis coniugiis alligati propter maius bonum continentiam delegerunt. si autem ita se continent, ut, si moriantur quarum uita coniugari impediuntur, alias ducere cogitent, profecto, etiamsi prius ipsi in tali continentia de corpore abscedant, non eis inputatur nisi ad pudicitiam coniugalem, propter quam non faciunt. quod facerent, si liceret. hac quippe intentione continenter uiuere parum est ad accipienda illius quae liberius eligitur continentiae praemia, sed sufficit ad cauenda adulteria.

XX. 21. Haec autem me de utroque sexu memineris dicere. sed maxime propter uiros, qui propterea se feminis superiores esse arbitrantur, ne pudicitia pares sese dignentur: in qua etiam praeire debuerunt, ut eos illae tamquam sua capita sequerentur. quando autem lex prohibet adulteria, si obtentu incontinentiae carnalis infirmitatis admittatur excusatio, multis sub nomine falsae inpunitatis pereundi aperitur occasio. neque enim carnem non habent feminae, quibus uiri aliquid tale nolunt licere, quasi eis, quia uiri sunt, liceat. sed absit, ut melioris sexus tamquam honori debeatur, quod pudori detrahitur, cum honor iustus uirtuti, non uitio debeatur. quin immo cum a feminis utique habentibus carnem tantam flagitant castitatem, ut, quando ab uxoribus diutissime peregrinantur, uelint eas

2 effectus *M* ita *om. T* moueant *V* sine coniugiis et *om. T* illo *EM* 4 reparata *VESN* 6 ex *ante* necessitate *om. VN²bd* 7 id] omnino *R* uel qui *R* 8 uotum hoc *VEMSN¹* 15 eliguntur *T* 18 femines *T¹* 19 sese] esse *T²Nbd* esse se *M* 22 amittatur *BT¹* admittitur *VEMSN¹* 24 tale aliquid *R* 25 absit hoc a meliori sexu ut *VEMN¹S* 26 sexsus *T* 28 tantam] tamquam *MSN¹* flagitent *R* 29 ut] et *VEMN¹*

ab adulterino concubitu incontaminatas feruorem transigere iuuentutis — et plurimae pudicissime transigunt, maxime Syrae, quarum mariti negotiandi quaestibus occupati iuuenes adulescentulas deserunt et uix aliquando senes ad aniculas reuertuntur — eo ipso euidentius conuincuntur non esse impossibile, quod se non posse causantur. si enim hoc non posset infirmitas hominum, multo minus id posset sexus infirmior feminarum.

22. Vnde istos, qui uirilem non putant excellentiam nisi peccandi licentiam, quando terremus, ne adulterinis coniugiis haerendo pereant in aeternum, solemus eis proponere etiam continentiam clericorum, qui plerumque ad eandem sarcinam subeundam capiuntur inuiti eamque susceptam usque ad debitum finem domino adiuuante perducunt. dicimus ergo eis: quid? si et uos ad hoc subeundum populorum uiolentia caperemini, nonne susceptum caste custodiretis officium, repente conuersi ad impetrandas uires a domino, de quibus numquam antea cogitastis? sed illos, inquiunt, honor plurimum consolatur. respondemus: et uos timor multo amplius moderetur. si enim hoc multi dei ministri repente atque inopinate inpositum susceperunt, sperantes se inlustrius in Christi hereditate fulgere, quanto magis uos adulteria cauendo uiuere continenter debetis, metuentes non in regno dei minus lucere, sed in gehenna ignis ardere! haec atque huius modi eis, ut possu-

1 intaminatas *TB*^{1} feruori (ri *in ras.*) *M* transiere *M* transiere *N* 2 iuuentis *T* et *om. VEMSN*^{1} plurimae quidem *VEMSN*^{1} et maxime *TNbd* 4 senex *T*^{1} 5 reuertuntur at nimis eos desipere dixerim quid id in feminis putant possibile quod se non *sqq. VESN*^{1} 7 potest *VEMSN*^{1} hominum] uirorum *EMNS* multo *om. R* potest *VEMNS* 9 excellentiam non putant *Vbd* 10 in peccandi *R* terrenus *T*^{1} 11 herendo *s l. T* eis *om. S* etiam proponere *S* 13 subeundē *T*^{1} 17 antea numquam *EMN* 18 consalatur *T* 19 respondeamus *M* uobis *Rbd* 20 inopinante *TN*^{1} inopinanter *VEMS* 21 sperantes] et sperant *VEMSN*^{1} sese *VES* esse *MT*^{1} 22 uos *om. T* continenter uiuere *T* 23 licere (*s.* i *add.* u) *T* 24 itaque *T* eis *om. R* possimus *N*^{1} possumus eis *R*

mus, dicimus, qui quoquo modo a se discedentibus uel propter adulterium dimissis coniugibus suis alias uolunt ducere et, cum prohibentur, infirmitatem nobis carnis obponunt. sed iam liber etiam iste claudendus est et rogandus deus, ut aut eos temptari non sinat separationibus coniugum aut ita sinat, ut timor periclitantis salutis fiat illis amplioris siue probationis occasio castitatis.

1 quoquo (*pr.* quo *s. l. add. m. 2*) *T* 4 etiam *om. S* 5 coniugii *S* 6 siue] suae *E* Explicit liber II ad Pollentium de adulterinis coniugiis *BV, fol. 74*^{b} *T, fol. 77*^{a} *N, fol. 42*^{a} *R, fol. 37*^{b} *E* Expliciunt libri de coniugiis adulterinis *fol. 27*^{b} *M* Explicit liber secundus beati Augustini de adulterinis coniugiis *fol. 111*^{b} *P; a codice S fol. 120*^{b} *subscriptio abest* Explicit de adulterinis coniugiis liber II *t.*

VIIII.

S. Aureli Augustini

de mendacio.

M = codex Monacensis 14431 s. VIIII.
R = codex Regius 1924 s. VIIII.
S = codex Sangermanensis 13366 s. VIIII.
φ = codex Riccardianus 256 s. VIIII—X.
C = codex Casinensis 168 s. XI.
F = codex Trecensis 610 s. XII.
L = codex Trecensis 40 uol. 2 s. XII.
E = codex Regius 1939 s. XII.
β = codex Vossii Leidensis 49 s. XIII.
γ = codex Regius 2044 s. XIII.
W = codex Vindobonensis 735 s. XIII.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1686.
Eug. = Eugippii excerpta ex operibus s. Augustini ed. P. Knoell.

VIIII.

DE MENDACIO.

I. 1. Magna quaestio est de mendacio, quae nos in ipsis cotidianis actibus nostris saepe conturbat, ne aut temere accusemus mendacium, quod non est mendacium, aut arbitremur aliquando esse mentiendum honesto quodam et officioso ac misericordi mendacio. quam quaestionem tam sollicite pertractabimus, ut quaeramus cum quaerentibus; utrum autem aliquantum inueniamus, nihil nobis temere adfirmantibus lectori bene adtendenti satis indicabit ipsa tractatio. latebrosa est enim nimis et quibusdam quasi cauernosis anfractibus saepe intentionem quaerentis eludit, ut modo uelut elabatur e manibus quod inuentum erat, modo rursus adpareat et rursus absorbeatur. ad extremum tamen sententiam nostram uelut certior indago conprehendet. in qua si ullus error est, cum ab omni errore ueritas liberet atque in omni errore falsitas

2 Liber Consentii de mendacio *fol. 65ª M* Incipit de mendacio *fol. 136ª R, fol. 69ᵇ C* Incipit liber sci Augustini cuius titulus est de mendacio *fol. 1 S* Incipit Augustini Aurelii liber de mendacio *fol. 224ª* φ Incipit liber de mendacio *fol. 110ª L, fol. 140ª F, fol. 123 E* Incipit sci Augustini liber de mendatio *fol. 1ª* γ. *fol. 17ª* β 3 questio (*semper fere* e) γ mendatio (*saepissime* t) *F* 4 sepe *M*, (*semper fere* e *pro* ae) βγ 6 offitioso (t *pro* c *et* c *pro* t *saepissime*) β 7 misericorde *C* questionem *S* 8 ut] aut *R* 9 aliquantum] aliquid *Mφβγ* aliquid... *E* inueniamur *W* nichil (*semper fere*) *Fβγ* 10 attendente *M* 11 nimis *om. F* amfractibus *MRφ* anfranctibus *E* sepe *R* 12 querentis (*saepe* e *pro* ae) *R* uelud β uelut—modo *om.* γ^1 14 obsorbeatur *MRC* uelud *Cγ* 15 cercior γ compraehendæt γ comprachendet φ comprehendit *SEFβW* ullus] utilis *SLE*^{1}*W* 16 in *om. MCφ* omnis *C* erroris *C* errori φ

inplicet, numquam errari tutius existimo, quam cum in amore nimio ueritatis et reiectione nimia falsitatis erratur. qui enim seuere reprehendunt, hoc nimium dicunt esse; ipsa autem ueritas fortasse adhuc dicat: nondum est satis. sane quisquis legis, nihil reprehendas, nisi cum totum legeris; atque ita minus reprehendes. eloquium noli quaerere; multum enim de rebus laborauimus et de celeritate absoluendi tam necessarii cotidianae uitae operis: unde tenuis, ac prope nulla fuit nobis cura uerborum.

II. 2. Exceptis igitur iocis, quae numquam sunt putata mendacia — habent enim euidentissimam ex pronuntiatione atque ipso iocantis affectu significationem animi nequaquam fallentis, etsi non uera enuntiantis: quo genere utrum sit utendum perfectis animis, alia quaestio est, quam modo enodandam non suscepimus — exceptis ergo iocis prius agendum est, ne mentiri existimetur qui non mentitur.

III. 3. Quapropter uidendum est, quid sit mendacium. non enim omnis, qui falsum dicit, mentitur, si credit aut opinatur uerum esse quod dicit. inter credere autem atque opinari hoc distat, quod aliquando ille, qui credit, sentit se ignorare quod credit, quamuis de re, quam se ignorare nouit, omnino non dubitet, si eam firmissime credit; qui autem opinatur, putat se scire quod nescit. quisquis autem hoc enuntiat quod uel creditum animo uel opinatum tenet, etiamsi falsum sit, non

19 cf. de util. cred. u. XXV p. 31 sq. ed. Z.

1 nusquam *RMC*φγ errare *M* existimet *C* cum *om. MC*φ 2 erratur *om. MC* 3 seuere *om. MRC*φγ¹ repraehendunt φ autem] enim γ 4 quisque γ 5 deprehendas γ perlegeris *MC*γ*E*² ita] ita forte *MRCE*²*W*γφβ 6 reprehendis *SFW* reprehendas *C* 7 de *om. F* 8 cotidiane *S* cotidiani *W* tenuis] hactenus *S*²*FLW*β ac tenus (ac *s. l. m. 2*) γ, *S*¹*E* aut tenuis *bd* ac prope] proprie *SFLW* aut prope *bd* 13 falsitatis *SW* uerae φ uere γ¹ nuntiantis φγ annuntiantis β 14 enotandam φ 15 non *om. CF, er. in L* 22 du-bitet *S* si eam] sic enim *SFL* firme *SFE*¹*W* opinatur autem *ME*βγφ 23 quiquis φ autem *om. F* hoc *s. l. M* 24 opinatum *in ras. E* putatum *WSFL*ξ

mentitur. hoc enim debet enuntiationis suae fidei, ut illud per eam proferat, quod animo tenet, et sic habet, ut profert. nec ideo tamen sine uitio est, quamuis non mentiatur, si aut non credenda credit aut quod ignorat nosse se putat, etiamsi uerum sit; incognitum enim habet pro cognito. quapropter ille mentitur, qui aliud habet in animo et aliud uerbis uel quibuslibet significationibus enuntiat. unde etiam duplex cor dicitur esse mentientis, id est duplex cogitatio: una rei eius, quam ueram esse uel scit uel putat et non profert; altera eius rei, quam pro ista profert sciens falsam esse uel putans. ex quo fit, ut possit falsum dicere non mentiens, si putat ita esse, ut dicit, quamuis non ita sit; et ut possit uerum dicere mentiens, si putat falsum esse et pro uero enuntiat, quamuis reuera ita sit, ut enuntiat. ex animi enim sui sententia, non ex rerum ipsarum ueritate uel falsitate mentiens aut non mentiens iudicandus est. potest itaque ille, qui falsum pro uero enuntiat, quod tamen uerum esse opinatur, errans dici et temerarius; mentiens autem non recte dicitur, quia cor duplex cum enuntiat non habet nec fallere cupit, sed fallitur. culpa uero mentientis est in enuntiando animo suo fallendi cupiditas; siue fallat, cum ei creditur falsum enuntianti; siue non fallat, uel cum ei non creditur uel cum uerum enuntiat uoluntate fallendi quod non putat uerum. quod cum ei creditur, non utique fallit, quamuis fallere uoluerit: nisi

1 suae *in mg. m. 2* γ 3 ideo] inde *W* sine uitio] in nullo uitio *MC*βγφ*E*^{2} aut] autem *F* 4 credendo *MRC* se *om. SE*^{1} 5 enim *om. F* 6 aliut *M* in *om. W* ịn uerbis *E* in uerbis *W* 7 etiam—ueram esse *om. W* cor—duplex *om. MRC* 8 esse dicitur *F* eius rei *MR*φ eius *del. in E om.* β 9 altera—profert *om. MRFL* 10 falsum *SFL* 11 non *om. SFLW*^{1} 12 ut *alt. om. MCR*γ^{1}φ uerum] ut non β 15 aud *C* 17 enuntia• φ^1 19 dupplex (*semper ita*) γ non habet cum enuntiat *F* 20 in enuntiando est *F* est *om. SE*^{1}*W* in animo *F* suo *om. F* fallendi *in mg. m. 2 E* 21 *post* fallat *sequitur in E* ṣịụẹ ṇọṇ cum—enuntianti *om. SFLW* falsum—creditur *om. E*β. *del.* γ 22 fallat *om. SFLW* uel *er. in C* 23 ẽntiat γ fallendi *in mg. m. 2* γ

hactenus fallit, quatenus putatur ita etiam nosse uel putare ut enuntiat.

4. Quamquam subtilissime quaeratur, utrum, cum abest uoluntas fallendi, absit omnino mendacium.

IIII. Quid enim? si quisque falsum loquens, quod falsum esse existimat, ideo tamen facit, quia putat sibi non credi, ut eo modo falsa fide absterreat eum, cui loquitur, quem sentit sibi nolle credere? hic enim studio non fallendi mentitur, si mendacium est enuntiare aliquid aliter quam scis esse uel putas; si autem mendacium non est nisi cum aliquis enuntiat uoluntate fallendi, non mentitur iste, qui propterea falsum loquitur, quamuis nouerit uel putet falsum esse quod loquitur, ut ille, cui loquitur, non ei credendo non fallatur, quia eum sibi non crediturum uel scit uel putat. unde si adpareat fieri posse, ut aliquis propterea falsum dicat, ne fallatur ille, cui dicitur, existit aliud e contrario genus propterea uerum dicentis, ut fallat. qui enim uerum ideo loquitur, quia sentit sibi non credi, ideo utique uerum dicit, ut fallat; scit enim uel existimat propterea falsum putari posse quod dicitur, quoniam ab ipso dicitur. quamobrem cum ideo uerum dicit, ut falsum putetur, ideo uerum dicit, ut fallat. quaerendum ergo est, quis potius mentiatur: utrum ille, qui falsum dicit, ne fallat, an ille, qui uerum dicit, ut fallat, cum et ille sciat uel putet falsum se dicere et iste sciat uel putet uerum se dicere. iam enim diximus eum, qui nescit

1 actenus *MRC*^{1}φ quatinus *F*βγ nosse uel] nos siue *R* 2 ut *om. WE*^{1} 5 quis β si γ, *sed add. post* enim si enim *MRC* quis *F* 6 tamen] non *W* 8 hinc *R* 9 scit *W* 10 putat *W* aliquid *MRE*βγφ aliquit *C* 11 enuntiatur *Ebd* 12 putat *W* 13 ille cui loquitur *om. SWL*^{1}*E*^{1}, *F haec uerba post* fallatur *praebet* 14 scit] nouit *MRCE*^{2}φγ 15 nec *W* 16 dixerit *W* exsistit *M* existat *C* aliud *s. l. m. 2* γ e *om. MC*^{1} contrario aliud (*exp. m. 2*) β 17 uerum *pr. om. F* 18 utique—putari *om. SFLWE*^{1} itaque γ^1 20 *ad pr.* dicitur *in mg. add. m. 2* utique fallere uult *F* 21 dicit uerum γ 22 est ergo γ est *om. W* 24 se falsum *MRC*γφ 25 se uerum *E*

falsum esse quod enuntiat, non mentiri, si hoc putat uerum, eumque potius mentiri, qui etiam uerum enuntiat, cum falsum putat, quia ex animi sui sententia iudicandi sunt. de illis itaque non parua quaestio est, quos proposuimus: unum, qui scit aut putat se falsum dicere et ideo dicit, ne fallat — uelut si aliquam uiam nouerit obsideri a latronibus et timens, ne per illam pergat homo, cuius saluti prospicit et eum scit sibi non credere, dicat eam uiam non habere latrones ad hoc, ut illac non eat, dum ideo credit latrones ibi esse, quia ille dixit non ibi esse, cui non credere statuit mendacem putans — alterum autem, qui sciens aut putans uerum esse quod dicit, ad hoc tamen dicit, ut fallat; tamquam si homini non sibi credenti dicat latrones in illa uia esse, ubi reuera eos esse cognouit, ut ille, cui dicit, per illam uiam magis pergat atque ita in latrones incidat, dum putat falsum esse quod ille dixerit. quis ergo istorum mentitur: ille, qui elegit falsum dicere, ne fallat, an ille, qui elegit uerum dicere, ut fallat? ille, qui falsum dicendo egit, ut uerum sequeretur cui dixit, an iste, qui uerum dicendo egit, ut falsum sequeretur cui dixit? an forte ambo mentiti sunt? ille, quia uoluit falsum dicere, iste, quia uoluit fallere. an potius neuter eorum mentitus est? ille, quia uoluntatem habuit non fallendi, et ille, quia uoluntatem habuit uerum dicendi. non enim nunc agitur, quis eorum peccauerit, sed quis mentitus sit. cito enim uidetur ille peccasse, qui uerum dicendo egit, ut homo incideret in latrones, ille autem non

1 nuntiat *RCM*^{1} si—mentiri *om. S, in mg. E* 6 uelud *M* ueluti φ 7 illam] eam *E* cuius] uiuus φ 8 eam] illam *E* latronem *R* latros *M* ad—*10* esse *om. F* 9 ille *S* quia (a *s. l.*) *E* quia —esse *om. S* ille—cui *in mg. E* 10 cui] qui ei *S* qui *F* statuit credere γ 11 alter *F* 12 ad—dicit *om. SFE*^{1}β ut *ex* et *M* 13 illa *s. l. m. 2* γ reuera] uera (*m. rec. corr. in* uere) φ 14 cui dicit] qui iuit *SF* qui ibat *L* magis] mą̄gṇ̄ (*exp. m. 2*) γ ita *om.* γ 15 incedat *S*^{1} 16 falsum elegit β eligit γ^1 17 eligit φγ qui] quidem *SFL* dicendo falsum *F* 18 egit] elegit *SFL* an—dixit *in mg. m. 2 E, om. SF* 20 noluit *M*φ 22 falendi φ 24 alicui uidetur *F* ille uidetur *E*

peccasse uel etiam bene fecisse, qui falsum dicendo egit, ut homo perniciem deuitaret. sed possunt exempla ista conuerti, ut et ille aliquid grauius eum pati uelit, quem falli non uult — multi enim quaedam uera cognoscendo sibi intulerunt perniciem, si talia fuerunt, ut eos latere debuerint — et iste aliquid commodi uelit adipisci eum, quem uult falli. nonnulli enim, qui sibi mortem intulissent, si aliquid mali, quod uere contigerat, de caris suis cognouissent, falsum putando sibi pepercerunt; atque ita falli eis profuit, sicut aliis offuit uera cognoscere. non ergo id agitur, quo animo consulendi aut nocendi uel ille falsum dixit, ne falleret, uel iste uerum dixit. ut falleret; sed exceptis commodis aut incommodis eorum. quibus locuti sunt, quantum ad ipsam ueritatem falsitatemque adtinet, quaeritur, quis eorum an uterque neuterue mentitus sit. si enim mendacium est enuntiatio cum uoluntate falsum enuntiandi, ille potius mentitus est, qui falsum dicere uoluit et dixit quod uoluit, quamuis, ne falleret, dixerit; si autem mendacium est quaelibet enuntiatio cum uoluntate fallendi. non ille, sed iste mentitus est, qui etiam uerum dicendo fallere uoluit. quodsi mendacium est enuntiatio cum uoluntate alicuius falsitatis, ambo mentiti sunt, quia et ille suam enuntiationem falsam esse uoluit et ille de uera sua falsum credi uoluit. porro si mendacium est enuntiatio falsum enuntiare uolentis, ut fallat, neuter mentitus est, quia et ille habuit uoluntatem falsum dicendo uerum persuadere et iste, ut falsum persuaderet, uerum dicere. aberit igitur omnis temeritas atque omne mendacium, cum et id, quod uerum creden-

1 uel] sed β fecisse] egisse *F* 2 conuerti ita exempla γ ista] ita *MC*^{3}φ 3 et *om. C* grauius aliquid β 4 uera quaedam *CLbd* 5 taliam R^1 eo *MR* ea *C* lacere *M* tacere *C* debuerunt φ 8 contingerat *S* 9 perpecerunt $φ^1$ obfuit *EFLbd* 14 quare (*in textu*, quęritur *in mg.*) *F* an]aut *SE* 22 ille] iste β*bd* 25 et—persuaderet *om.* E^1 et iste ut *om. S* iste—dicere] ille uerū dicendo falsum attendi *FL*, *sed L in mg.; in textu habetur:* fạlsụm dīcęrę 26 persuaderet *om. S* fạlsụm uerum (*exp. m. 2*) *E* 27 cum et] si *SLFbd* credendum *SFL* credendōmue φ credendumue (ue *s. l.*) *E*, β*γbd*

dumque cognouimus, cum opus est, enuntiamus et id uolumus persuadere, quod enuntiamus. si autem uel quod falsum est uerum putantes uel quod incognitum est nobis pro cognito habentes uel quod credendum non est credentes uel, cum id non opus est, enuntiantes tamen non aliud quam id, quod enuntiamus, persuadere conamur: non abest quidem temeritatis error, sed abest omne mendacium. nulla enim definitionum illarum timenda est, cum bene sibi conscius est animus hoc se enuntiare, quod uerum esse aut nouit aut opinatur aut credit, neque uelle aliquid nisi quod enuntiat persuadere.

5. Sed utrum sit utile aliquando mendacium, multo maior magisque necessaria quaestio est. utrum ergo mentiatur quisquis fallendi non habet uoluntatem uel etiam id agit, ne fallatur, cui aliquid enuntiat, quamuis enuntiationem ipsam falsam habere uoluerit, quia ideo uoluit, ut uerum persuaderet; et utrum mentiatur quisquis etiam uerum uolens enuntiat causa fallendi, dubitari potest. nemo autem dubitat mentiri eum, qui uolens falsum enuntiat causa fallendi. quapropter enuntiationem falsam cum uoluntate ad fallendum prolatam manifestum est esse mendacium. sed utrum hoc solum sit mendacium, alia quaestio est.

V. Interim de hoc genere, in quod omnes consentiunt, inquiramus: utrum aliquando sit utile falsum aliquid enuntiare cum uoluntate fallendi. nam qui hoc sentiunt, adhibent testimonia sententiae suae, commemorantes Sarram, cum risisset, angelis negasse quod riserit; Iacob a patre interrogatum

25 cf. Gen. 18, 15 26 cf. Gen. 27, 19

1 recognouimus *SFL* 3 pro cognito] cognitum *SFW* 4 quod uel φ 5 opus non *F* 6 quidem *om. WE*¹ temeritas et error *MRCE*²βγ*b* 7 sed tamen *MRCE*²βγφ diffinitionum *R* diffinitionum *MF*βγ 9 aut (*s. add.* uel) *E* aut *med.* (*s. add.* uel) *E* 10 uelit *F* 13 uoluntatem non habet *F* id agit *om.* γ¹ 14 qui *S* alicui *SF* *om. L* denuntiat *SFL* enuntianti omnem *C*¹ 15 suaderet *MR*φγ¹ 18 quiapropter *MR* 19 falsam *om. SFL, s. l. E* 24 adhibent] habent *SFL* 25 sententiae suae testimonia γ sa*ram *S* saram *LEFbd* 26 negasset *R*

respondisse, quod ipse esset Esau maior filius eius; Aegyptias quoque obstetrices, ne infantes Hebraei nascentes interficerentur, etiam deo adprobante et remunerante mentitas et multa eius modi exempla eligentes eorum hominum mendacia commemorant, quos culpare non audeas atque ita fatearis aliquando esse posse non solum reprehensione non dignum, sed etiam dignum laude mendacium. addunt etiam, quo non solos premant diuinis libris deditos, sed etiam omnes homines sensumque communem dicentes: si quis ad te confugiat, qui mendacio tuo possit a morte liberari, non es mentiturus? si aliquid aegrotus interroget, quod ei scire non expedit, qui etiam possit te non respondente grauius adfligi, audebisne aut uerum dicere in perniciem hominis aut silere potius quam honesto et misericordi mendacio ualitudini eius opitulari? his atque talibus copiosissime se arbitrantur urgere, ut, si consulendi causa exigit, aliquando mentiamur.

6. Contra illi, quibus placet numquam mentiendum, multo fortius agunt, utentes primo auctoritate diuina, quoniam in ipso Decalogo scriptum est: falsum testimonium ne dicas, quo genere complectitur omne mendacium; quisquis enim aliquid enuntiat, testimonium perhibet animo suo. sed ne quis contendat non omne mendacium falsum testimonium esse appellandum, quid dicturus est ad id, quod scriptum est: os quod mentitur occidit animam? quod ne quis arbitretur exceptis aliquibus mentientibus posse intellegi, alio loco legat: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

1 cf. Ex. 1, 19. .20 19 Ex. 20, 16 24 Sap. 1, 11 26 Ps. 5, 7

1 egyptias γ egiptias φ 2 haebrei *MS* hebrei βγ 3 approbantes γ 6 reprẹhensione *M* 7 laude dignum *E* addunt—non] annunciantes ut non *SF* annuntiant ut non *L* 8 set *M* 10 es] est *MC* 12 te non respondente possit *ECbd* aut *exp. E om.* γ 14 ualetudini *MRbd* 15 urguere *SC* 16 mentiantur *F* 17 illis *R* numquam *om.* ϸ sic mentiendum *MC*γφ 19 decalago φ¹ non *SEF* 21 annuntiat (*prim.* n *s. l.*) *S* 22 contendat] concedat *SF* omnẽ *R* 24 occidet *R*¹*C*φ 26 locuntur *MRE*βγφ

unde ore suo ipse dominus, sit, inquit, in ore uestro: est est, non non; quod autem amplius est, a malo est. hinc et apostolus, cum exuendum ueterem hominem praeciperet, quo nomine omnia peccata intelleguntur, consequenter ait in primis ponens: quapropter deponentes mendacium loquimini ueritatem.

7. Nec illis, quae de ueteribus libris mendaciorum exempla prolata sunt, terreri se dicunt: ubi quidquid gestum est, figurate accipi potest, quamuis reuera contigerit; quidquid autem figurate fit aut dicitur, non est mendacium. omnis enim enuntatio ad id, quod enuntiat, referenda est. omne autem figurate aut factum aut dictum hoc enuntiat, quod significat eis, quibus intellegendum prolatum est. unde credendum est illos homines, qui propheticis temporibus digni auctoritate fuisse commemorantur, omnia, quae scripta sunt de illis, prophetice gessisse atque dixisse; nec minus prophetice eis accidisse, quaecumque sic acciderunt, ut eodem prophetico spiritu memoriae litterisque mandanda iudicarentur. de obstetricibus autem, quia non eas possunt dicere prophetico spiritu significandi futuri ueri gratia aliud pro alio renuntiasse Pharaoni, etiamsi aliquid ipsis nescientibus quod per eas actum est significauit, pro gradu suo dicunt adprobatas et remuneratas a deo. qui enim nocendi causa mentiri solet, si iam consulendi causa mentiatur, multum profecit. sed aliud est, quod

1 Matth. 5, 37 5 Eph. 4, 25

1 sit] ait sit (*m. al. add.*) *S* in ore uestro sit *F* inquid *C*γ autem *E*¹ inquit *E*² *om. SF* in ore uestro] sermo uester γ in ore ꝟuꝝ uestro β 2 *alt.* est *om. R* 3 et *om. E*¹ exsuendum *M* 4 peccata—ait *suppleta in ima pag.* φ 7 qui *F* 8 quicquid *MS*γφ 9 quicquid *S*γφ 10 omnes *M* 13 unde et *F* 15 commorantur *M* 16 prophetisse γ egisse *E*²βγ² gessisse—prophetice *om.* γ¹ prophetisse β 17 ut eǫdem (*s.* ǫ *scr.* a) danda iudicarentur memorię litterisque mandanda iudicarentur φ 18 memoriae—spiritu *in mg. m. 1 add.* β 20 pharahoni (h *alt. m. 1 s. l.*) *S* 22 est *om.* β 24 mentitur *M*φ proficit *MEF*γ²β prof.cit (*una litt. euan.*) *R*

per se ipsum laudabile proponitur, aliud, quod in deterioris conparatione praeponitur. aliter enim gratulamur, cum sanus est homo, aliter, cum melius habet aegrotus. nam in scripturis ipsis iustificata etiam Sodoma dicitur in conparatione scelerum populi Israhel. et ad hanc regulam dirigunt omnia mendacia, quae proferuntur de ueteribus libris nec reprehensa inueniuntur uel reprehendi non possunt, ut aut indole proficientium et spe adprobentur aut significationis alicuius causa non sint omnino mendacia.

8. Et ideo de libris noui testamenti exceptis figuratis significationibus domini, si uitam moresque sanctorum et facta ac dicta consideres, nihil tale proferri potest, quod ad imitationem prouocet mentiendi. simulatio enim Petri et Barnabae non solum commemorata, uerum etiam reprehensa atque correcta est. non enim, ut nonnulli putant, ex eadem simulatione etiam Paulus apostolus aut Timotheum circumcidit aut ipse quaedam ritu iudaeico sacramenta celebrauit, sed ex illa libertate sententiae suae, qua praedicauit nec gentibus prodesse circumcisionem nec iudaeis obesse. unde nec illos astringendos ad consuetudinem iudaeorum nec illos a paterna deterrendos censuit. unde illa uerba eius sunt: circumcisus quis uocatus est? non adducat [praeputium]. in praeputio quis uocatus est? non circumcidatur. circumcisio nihil est, et praeputium nihil est sed obseruatio mandatorum dei. unusquisque in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. quomodo enim potest adduci praeputium quod praecisum est? sed 'non ad-

3 cf. Ez. 16, 52 13 cf. Gal. 2, 12. 13 15 cf. Epist. 75 Aug. n. 9—11 21 I Cor. 7, 18—20

1 ponitur *F* 4 dicitur sodoma *F* in] ex E^1 7 proficiendum *MR* proficientes *SF* proficientis *L* et] met *S* aut β 12 nil β potest proferri γ 13 enim] nanque *in ras. E* namque *bd* 14 reprehensa est atque correcta *SEF*β 17 iudaico *SEFL*βγφ*bd* 18 sententiae] scientiae *F* 19 iudeis *R* adstringendos *R* 22 addurat β preputium *S om.* M^1, *quod uocab. inclusi* 25 quo *M* 27 precisum *S* precissum β

ducat' dixit 'non ita uiuat', quasi praeputium adduxerit, id est, quasi in eam partem, quam nudauit, rursus tegmen carnis adtraxerit et quasi iudaeus esse destiterit, sicut alibi dicit: circumcisio tua praeputium facta est. et hoc non tamquam cogens dixit apostolus aut illos manere in praeputio aut iudaeos in consuetudine patrum suorum, sed ut neutri in alteram cogerentur, potestatem autem haberet quisque manendi in sua consuetudine, non necessitatem. neque enim, si uellet iudaeus, ubi nullum perturbaret, recedere a iudaeicis obseruationibus, prohiberetur ab apostolo, quando-quidem consilium in eis permanendi ad hoc dedit, ne superfluis perturbati iudaei ad ea, quae saluti essent necessaria, non uenirent, neque ab illo prohiberetur, si uellet quisquam gentilium ideo circumcidi, ut hoc ipsum ostenderet, non se detestari quasi noxium, sed indifferenter habere tamquam signaculum, cuius utilitas iam tempore praeterisset; non enim, si salus ex eo iam nulla esset, etiam exitium inde metuendum fuit. ideoque et Timotheus, cum in praeputio uocatus esset, tamen, quia de iudaea matre ortus erat et ostendere cognatis suis debebat ad eos lucrifaciendos non hoc se didicisse in disciplina christiana, ut illa sacramenta, quae legis ueteris essent, abominaretur, circumcisus est ab apostolo: ut hoc modo demonstrarent iudaeis non ideo gentes non ea suscipere, quia mala sunt et perniciose a patribus obseruata, sed quia iam saluti non necessaria post aduentum tanti sacramenti, quod per tam longa tempora tota uetus illa scriptura propheticis figurationibus parturiuit. nam et Titum circum-

4 Rom. 2, 25 18 cf. Act. 16, 1. 3 27 cf. Gal. 2, 3. 4

1 dixit id est *F* 2 partem *om. F* 4 facta est sed extiterit (exstiterit *R*) *MR*φ 5 in *om. M* 6 preputio *S* iudaeos *om. F*¹ 7 neuter *S* altera *SF* cogeretur *SFE* 8 necessitate, *M* necessitate *R*φ 9 enim *om.* β 10 iudaicis *S*φ²*EFL*β*bd* 11 consilium—iudaei ad *om. SFLE*¹ 13 quisque *F* 14 hostenderet *E* 18 preputio *MS* 19 iudea *M* ęţ (*s.* ęţ *add.* ut) ostenderet φ 20 lucrifatiendos *R* 22 abhominaretur *F*β*γ*φ 23 demonstrarent *M*γ demonstraret *F*βφ¹*b* 24 et] aut *F* 27 appropheticis γ titum non est compulsus *F* circumcidere *SF* (*in mg.* aℓ ñ ē cōpulsus circumcidi) *L*

cideret, cum hoc urgerent iudaei, nisi subintroducti falsi fratres ideo fieri uellent, ut haberent, quod de ipso Paulo disseminarent, tamquam eorum ueritati cesserit, qui spem salutis euangelicae in circumcisione carnis atque eius modi obseruationibus esse praedicarent et sine his nemini Christum prodesse contenderent, cum contra nihil prodesset Christus eis, qui eo animo circumciderentur, ut ibi esse salutem putarent, unde est illud: ecce ego Paulus dico uobis, quia, si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit. ex hac igitur libertate Paulus paternas obseruationes obseruauit, hoc unum cauens et praedicans, ne sine his salus christiana nulla putaretur. Petrus autem simulatione sua, tamquam in iudaismo salus esset, cogebat gentes iudaeizare, quod uerba Pauli ostendunt dicentis: quomodo gentes cogis iudaeizare? non enim cogerentur, nisi uiderent eum sic eas obseruare, quasi praeter illas salus esse non posset. Petri ergo simulatio libertati Pauli non est conparanda. et ideo Petrum amare debemus libenter correctum, non autem astruere etiam de auctoritate Pauli mendacium, quia et Petrum coram omnibus in rectam uiam reuocauit, ne gentes per eum iudaeizare cogerentur, et ipse suae praedicationi adtestatus est, qui cum putaretur hostis paternarum traditionum eo quod nolebat eas inponere gentibus, non aspernatus eas ipse more patrio celebrare satis ostendit hoc in eis Christo adueniente remansisse, ut nec iudaeis essent perniciosae nec gentibus necessariae nec iam cuiquam hominum salutares.

8 Gal. 5, 2 14 Gal. 2, 14

1 cum] dum *SF*β urguerent γ nisi] ne *F* nisi (aℓ ne) *L* 2 habere S^1 quid *F* 4 circuncisione *F* circūcisionē *R* huiusmodi *F* 6 contenderent—prodesset *om. MR* 9 nihil uobis *bd* 10 ••seruauit *E* seruauit β 12 nulla simulatione β 13 iudaizare *SEFL*βγφ²*bd* 14 dicentes φ 15 iudaizare *SEFL*βγφ²*bd* 16 ea *S*β illa *S*β 17 libertate $φ^1$ 19 de pauli auctoritate *R*βγφ*bd* pauli de auctoritate *M* qui *MRE*βγφ*bd* 20 iudaizare *SEFL*βγ*bd* 23 eas *pr. om.* β 24 ſtatis φ in *om. F* 25 esse *R* perniciose *M* perniosae R^1

9. Quodsi auctoritas mentiendi nec de antiquis libris proferri potest, uel quia non est mendacium, quod figurate gestum dictumue recipitur, uel quia bonis ad imitandum non proponitur, quod in malis, cum proficere coeperint, in peioris conparatione laudatur, nec de noui testamenti libris, quia correctio potius quam simulatio, sicut lacrimae potius quam negatio Petri est imitanda.

VI. Iam illis exemplis, quae de communi uita proferuntur, multo confidentius adserunt non esse credendum. prius enim docent iniquitatem esse mendacium multis documentis litterarum sanctarum et eo maxime, quod scriptum est: odisti, domine, omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. aut enim, ut solet scriptura, sequenti uersu exposuit superiorem, ut, quoniam latius solet patere iniquitas, intellegamus nominato mendacio tamquam speciem iniquitatis significare uoluerit, aut, si aliquid interesse arbitrantur, tanto peius est mendacium, quanto grauius positum est 'perdes' quam 'odisti'. forte enim odit aliquem deus aliquanto mitius, ut eum non perdat; quem uero perdit, tanto uehementius odit, quanto seuerius punit. odit autem omnes, qui operantur iniquitatem; at omnes, qui loquuntur mendacium, etiam perdit. quo constituto quis eorum, qui haec asserunt, commouebitur illis exemplis, cum dicitur: quid? si ad te homo confugiat, qui mendacio tuo possit a morte liberari? illa enim mors, quam stulte timent homines, qui peccare non timent, non animam, sed corpus occidit, sicut

11 Ps. 5, 6. 7

3 recipitur *ex* recolitur *E* imitendum *M* non *om.* γ 4 proficere coeperint] profecerint *SFL* ceperint βγ 5 de noui] donauit *MR* 7 est *om. SF* aestimanda *S* estimanda *FL* 8 illis *er. E* 10 litterarum *S* 11 quo *S* 12 domine *om. F* omnes *om. E*β, *in mg. add. M* iniquitatem *om. M* perdes (des *m. 2 s. l.*) *S* 13 locuntur φ 16 tamquam] ⁂quam *E* quam βγφ*b* 18 est positum β perdes *s. l. E* hodisti *R* 19 odis β deus aliquem *F* 20 seuerius *S* 21 at] ad *R* aut β 22 locuntur *R*βφ perdet *MRE*βγφ 25 stultis *E* stulti $\beta\gamma^2$

dominus in euangelio docet — unde praecipit, ne ipsa timeatur — os autem, quod mentitur, non corpus, sed animam occidit. his enim uerbis apertissime scriptum est: os autem, quod mentitur, occidit animam. quomodo ergo non peruersissime dicitur, ut alter corporaliter uiuat, debere alterum spiritaliter mori? nam et ipsa dilectio proximi ex sua cuiusque terminum accepit. diliges, inquit, proximum tuum tamquam te ipsum. quomodo ergo quisque diligit tamquam se ipsum, cui ut praestet uitam temporalem, ipse amittit aeternam? quandoquidem si pro illius temporali uita suam ipsam temporalem perdat, non est iam diligere sicut se ipsum, sed plus quam se ipsum: quod sanae doctrinae regulam excedit. multo minus igitur aeternam suam pro alterius temporali mentiendo amissurus est. temporalem plane uitam suam pro aeterna uita proximi non dubitabit christianus amittere; hoc enim praecessit exemplum, ut pro nobis dominus ipse moreretur. ad hoc enim et ait: hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem, sicut et ego dilexi uos. maiorem dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis. non enim quisquam est ita desipiens, ut dicat aliud quam saluti sempiternae hominum consuluisse dominum uel faciendo, quod praecepit, uel praecipiendo, quod fecit. cum igitur mentiendo uita aeterna amittatur, numquam pro cuiusquam temporali uita mentiendum est. enimuero isti, qui stomachantur et indignantur, si nolit aliquis mendacio perimere animam suam, ut alius senescat

1 cf. Matth. 10, 28 3 Sap. 1, 11 7 Leu. 19, 18; Matth. 22. 39; 19, 19 17 Ioh. 15, 12. 13

1 precipit *S* precepit *E*β ista *SF*, (*in tex.*) *E* ipse γ 3 autem] enim *E om. FL*β*bd* 4 occidet *RM*φ[1] 6 spiritualiter *S*β 7 cuiusque dilectione *MR*βγ*b*, (*s. l.*) *E* cuiusquae dilectione (ne *s. l.*) φ diligens *R* inquid *R*[1] inquis φ 8 tamquam] sicut β 9 prestes β 10 si *om. RM*φ illius in *s. l.* β ipsius *E* 11 aut suam *M* perdet β iam non est γ 13 igitur minus γ 14 temporalis *R* 15 aeternam *S*[1] 19 maiorem hac *F* 20 ponat quis *R*β, (quis *s. l. m. 2*) *E* 22 precipit *SF* 25 sthomacantur *S* stomacantur *E* 26 in carne senescat *F*

in carne, quid, si etiam furto nostro, quid, si adulterio liberari possit aliquis de morte? ideone furandum est aut moechandum? nesciunt enim ad hoc se cogere, ut, si laqueum ferat homo et stuprum petat, confirmans, quod sibi collum ligabit, nisi ei concedatur, quod petit, consentiatur propter animam, sicut ipsi dicunt, liberandam. quod si absurdum et nefarium est, cur animam suam quisque mendacio corrumpat, ut alter uiuat in corpore, cum, si suum corpus propterea corrumpendum daret, omnium iudicio nefariae turpitudinis damnaretur? proinde non est in ista quaestione adtendendum, nisi utrum iniquitas sit mendacium. quod cum supra commemoratis documentis asseratur, uidendum est ita quaeri, utrum pro alterius salute mentiri aliquis debeat, ac si quaereretur, utrum pro alterius salute iniquus esse aliquis debeat. quod si respuit animae salus, quae non potest nisi aequitate seruari, et se ut praeponamus non solum alterius, sed etiam nostrae saluti temporali iubet, quid restat, inquiunt, quo dubitare debeamus numquam omnino esse mentiendum? non enim dici potest esse aliquid in temporalibus commodis salute ac uita corporali maius aut carius. unde si nec ipsa praeponenda est ueritati, quid obici potest propter quod mentiendum esse contendant, qui aliquando putant oportere mentiri?

VII. 10. Pudicitia quippe corporis quia multum honorabili persona uidetur occurrere et pro se flagitare mendacium, ut, si stuprator inruat, qui possit mendacio deuitari, sine dubitatione mentiendum sit, facile responderi potest nullam esse pudicitiam corporis, nisi ab integritate animi pendeat: qua disrupta cadat necesse est, etiamsi intacta uideatur, et ideo non in

2 posset *F*β mechandum *MR*β moecandum *E* 6 nefarium *ex* necessarium *E* 7 quisquae φ corumpat φ 8 ꝓꝓterea (*s. l. m. 2* ideo) *E* ideo β 9 dampnaretur γ 11 memoratis M^1 12 utrum—*14* debeat *omnia in mg. m. 2 F* 13 ac—debeat *om. MR* 15 et se *om. SFE*^{1} 17 quo] quod φ*RF*γ 18 nonquam γ esse *om. SFE*^{1} esse *fin. om.* β 21 quod *S* 23 pudicitie β pudicitiae E^2*bd* honorabilis βγ*bd* 25 sine—sit *om.* β, (*del. m. 2*) *E*γ 26 pudicitiam esse *F* 27 dirupta *RF*βγ diꝛupta *E* 28 in *om. M*

rebus temporalibus esse numerandam, quasi quae inuitis possit auferri. nullo modo igitur se animus mendacio corrumpit pro corpore suo, quod scit manere incorruptum, si ab ipso animo incorruptio non recedat. quod enim uiolenter non praecedente libidine patitur corpus, uexatio potius quam corruptio nominanda est. aut si omnis uexatio corruptio est, non omnis corruptio turpis est, sed quam libido procurauerit aut cui libido consenserit. quanto autem praestantior est animus corpore. tanto sceleratius corrumpitur. ibi ergo seruari potest pudicitia. ubi nulla nisi uoluntaria potest esse corruptio. certe enim si stuprator corpus inuaserit, qui nec ui contraria possit nec ullo consilio uel mendacio deuitari, necesse est fateamur aliena libidine pudicitiam non posse uiolari. quapropter quoniam nemo dubitat meliorem esse animum corpore, integritati corporis integritas animi praeponenda est, quae in aeternum seruari potest. quis autem dixerit integrum animum esse mentientis? etenim libido quoque ipsa recte definitur adpetitus animi, quo aeternis bonis quaelibet temporalia praeponuntur. nemo itaque potest conuincere aliquando esse mentiendum. nisi qui potuerit ostendere aeternum aliquod bonum obtineri posse mendacio. sed cum tanto quisque ab aeternitate discedat, quanto a ueritate discedit, absurdissimum est dicere discedendo inde posse ad boni aliquid aliquem peruenire. aut si est aliquod bonum aeternum, quod non conplectatur ueritas, non erit uerum, et ideo nec bonum erit, quia falsum erit. ut autem animus corpori, ita ueritas etiam ipsi animo praepo-

2 igitur] ergo *F'* animus se *Ebd* corrumpat $F^2\varphi$ 3 scit] sit *MR*β 5 uexatio *R* est nominanda *R* 9 paciencia pudicitia *E* 10 uolumptaria *R* 11 contraria] contrairi (iri *in ras.*) *E*, (iri *s. l. m. 2*) γ posit *R* 12 euitari *F* fateatur φ 13 pudicitia *S* 14 integritate *M* 17 diffinitur *M*βγ difinitur *R* apetitus *M* etpetitus *R* 18 quolibet β 20 optineri *R*β 21 aeternitati *M* 22 quando *R* discedit] discendat *R* disc•dat (*s. ras.* or) *E* discordat (*in ras.*) γ, β*b* *post* discordat *sequitur:* qui (quia β) autem (*om.* β) mentitur a ueritate discedit (*in mg.*) *E*γ, β 23 discendo *RM* posse *s. l. m. 2 E, om. SF* boni *om. MR*φγ^1 26 autem *om. F* etiam ueritas *bd*

nenda est, ut eam non solum magis quam corpus, sed etiam magis quam se ipsum adpetat animus. ita quippe erit integrior et castior, cum eius potius inmutabilitate quam sua mutabilitate perfruetur. si autem Loth, cum ita iustus esset, ut angelos etiam hospites suscipere mereretur, stuprandas filias Sodomitis obtulit, ut feminarum potius ab eis corpora quam uirorum corrumperentur, quanto diligentius atque constantius animi castitas in ueritate seruanda est, cum uerius ipse corpori suo quam corpus uirile femineo corpori praeferatur!

VIII. 11. Quodsi quisquam putat ideo cuiquam pro alio esse mentiendum, ut interim uiuat aut in his rebus, quas multum diligit, non offendatur, quo possit ad aeternam ueritatem peruenire discendo, non intellegit primo nullum esse flagitium, quod non eadem condicione suscipere cogatur, sicut iam superius demonstratum est, deinde ipsius doctrinae auctoritatem intercipi et penitus interire, si eis, quos ad illam perducere conamur, mendacio nostro persuademus aliquando esse mentiendum. cum enim doctrina salutaris partim credendis, partim intellegendis rebus constet nec ad ea, quae intellegenda sunt, peruenire possit, nisi prius credenda credantur, quomodo credendum est ei, qui putat aliquando esse mentiendum, ne forte et tunc mentiatur, cum praecipit ut credamus? unde enim sciri potest, utrum et tunc habeat aliquam causam, sicut ipse putat, officiosi mendacii, existimans falsa narratione hominem territum posse a libidine cohiberi atque hoc modo etiam ad spiritalia se consulere mentiendo arbitretur? quo genere admisso atque adprobato omnis omnino

4 cf. Gen. 19, 8

2 animus appetat β 3 mobilitate β*b* 4 perfruitur *SF* esset iustus *E* 6 foeminarum *E* 8 corpore *E* 10 cuiquam uel *R*βγφ, (uel *s. l.*) *E* alio] aliquo *MRE*²βφ 12 diligat *M* 14 condicionem *R* 15 iam *om.* *E*¹ auctoritate *R*² 16 paenitus *S* quos (s *sup.* ḍ) φ 19 quae ad intelligenda β 20 peruenire *M* 21 credum *S*¹ 23 enim] etiam β scire *F* 24 et ipse β aestimans *SE*¹ estimans *F*β 27 ammisso *MRS*¹

fidei disciplina subuertitur: qua subuersa nec ad intellegentiam peruenitur, cui capiendae ista paruulos nutrit. atque ita omnis doctrina ueritatis aufertur, cedens licentiosissimae falsitati, si mendacio uelut officioso alicunde penetrandi aperitur locus. aut enim temporalia commoda, uel propria uel aliena, ueritati praeponit, quicumque mentitur — quo quid fieri potest peruersius? — aut cum ueritati adipiscendae opitulante mendacio uult facere idoneum, intercludit aditum ueritati; uolens enim, cum mentitur, esse aptus fit, cum uerum dicit, incertus. quamobrem aut non est credendum bonis aut credendum est eis, quos credimus debere aliquando mentiri, aut non est credendum bonos aliquando mentiri: horum trium primum perniciosum est, secundum stultum; restat ergo, ut numquam mentiantur boni.

VIIII. 12. Sic ista quaestione ex utraque parte considerata atque tractata non tamen facile ferenda sententia est; sed adhuc diligenter audiendi, qui dicunt nullum esse tam malum factum, quod non in peioris deuitatione faciendum sit; pertinere autem ad facta hominum non solum quidquid faciunt, sed quidquid etiam cum consensione patiuntur. unde, si extitit causa, ut eligeret christianus turificare idolis, ne consentiret stupro, quod persecutor ei, nisi faceret, minabatur, recte uidentur quaerere, cur non etiam mentiretur, ut tantam illam turpitudinem deuitaret. ipsam enim consensionem, qua se stuprum pati mallet quam turificare idolis, non passionem dicunt esse, sed factum: quod ne faceret, elegit turificare.

2 nutrit] mittit β 3 caedens *S* 4 falsitati si] falsitatis *MR* uel *LE*βγ*bd* officio *F*¹βφ aliunde *SE*¹ perpetrandi *F*¹ 5 aut enim] autem *MR* in temporalia *MR* 6 ueritate *M* 9 ueritatis *M*φ aptus] apertus *LF*¹ 11 eis] his γ debere *om. F* debere—bonos *in mg. m. 2* γ 13 horum ergo *F* trium—stultum *in mg. m. 2 F* 18 deuitatine *R* pertine β 19 facti β quicquid *M*γ *om.* β 20 existit *SF* exstitit *MRbd* 21 eligeretur *M* eligeret uir *R*βγφ 22 persecutore inisi *M* 23 quur *MR* ullam *F om. L* 24 ipsa *R* se *om. RM*βγ, *er. in E* 26 elegi *R*¹ turificaret *R*

quanto igitur mendacium procliuius elegisset, si mendacio posset a sancto corpore tam inmane flagitium remouere!

13. In qua propositione ista sunt, quae merito quaeri possunt: utrum talis consensio pro facto habenda sit; aut utrum consensio dicenda sit, quae non habet adprobationem; aut utrum adprobatio sit, cum dicitur: expedit hoc pati potius quam illud facere; et utrum recte ille fecerit turificare quam stuprum pati; et utrum mentiendum esset potius, si ea condicio daretur, quam turificandum. sed si talis consensio pro facto habenda est, homicidae sunt etiam, qui occidi maluerunt quam falsum testimonium dicere, et quod est homicidium grauius, in se ipsos. cur enim hoc pacto non dicatur, quod ipsi se occiderint, quia hoc elegerunt in se fieri, ne facerent quod cogebantur? aut si grauius putatur alium occidere quam se ipsum, quid? si haec condicio martyri proponeretur, ut, si nollet de Christo falsum testimonium dicere atque immolare daemonibus, ante oculos ipsius alius non quilibet homo, sed pater eius occideretur, rogans etiam filium, ne id perseuerantia sua fieri permitteret, nonne manifestum est illo in testimonii fidelissimi sententia permanente solos homicidas futuros fuisse. qui patrem eius occiderent, non illum etiam parricidam? sicut ergo huius tanti sceleris particeps iste non esset, cum elegisset patrem suum potius ab aliis interfici, etiam sacrilegum, cuius anima raperetur ad poenas, quam fidem suam falso testimonio uiolare: sic talis ille consensus non eum faceret tanti flagitii participem, si male facere ipse nollet, quidquid alii propterea fecissent, quia ipse non faceret. quid enim tales persecutores

2 ſanctǫ (*in mg. m. 2* suo) *F* flagitium tam inmane *Mγφ* flagitium tam inmaneret *R* remoueri *MEβγφ* moueri *R* 4 consentio β aut] an *F* 5 consentio β 6 aut] an *F* potius pati *F* 7 faceret *R* ille recte *F* turificaret *R* 12 cur *ex* quo *F* 13 occiderunt *F* elegerunt hoc *βbd* 14 quam se ipsum *om.* φ 15 quod γ^1 martiri *γE* manū β postponeretur β 17 demonibus *Mγ* ipsius] eius β 20 sententiam permanentē *R* homicida *M* 21 etiam] esse *F* 24 raeperetur *R* reperetur *M* penam γ penas β 25 uiolaret *MRFS*^{1}φγ^1 26 ipso *S*^{1} quicquid *RM*ϛ

dicunt nisi: fac male, ne nos faciamus? qui si uere nobis facientibus non fecissent, nec sic eis nostro scelere suffragari deberemus. nunc uero, quando iam faciunt, cum ista [non] dicunt, cur nobiscum potius quam soli turpes atque nocentes sint? non enim consensus ille dicendus est, quia non adprobamus quod faciunt, semper optantes et, quantum in nobis est, prohibentes, ne faciant, factumque ipsorum non solum non committentes cum eis, sed etiam quanta possumus detestatione damnantes.

14. Quomodo, inquis, non cum eis facit, quando illi hoc non facerent, si ipse illud faceret? hoc modo frangimus ianuam cum effractoribus, quia, si non eam clauderemus, illi non frangerent, et occidimus homines cum latronibus, si scire contingat hoc eos esse facturos, quia, si nos praeuenientes eos occideremus, illi non occiderent alios. aut si fateatur nobis aliquis parricidium se facturum, nos cum eo facimus. si, cum possumus, eum, priusquam faciat, non interficimus. quando aliter eum uel cohibere uel inpedire non possumus. totidem uerbis enim dici potest: fecisti cum eo, quia hoc ille non fecisset, si tu illud fecisses. ego utrumque malum fieri nollem; sed id tantum cauere potui, ne fieret, quod erat in mea potestate; alterum autem alienum, quod meo praecepto extinguere non potui, meo malefacto inpedire non debui. non ergo peccantem adprobat, qui pro alio non peccat; et neutrum placet ei, qui utrumque nollet admitti, sed illud, quod ad se pertinet, etiam potestate non perpetrat, quod autem ad alterum, sola uoluntate condemnat. et ideo

1 uere] iure *SF*^{2} 3 non *om.* *MR*βγφ*b*, *er. in E* 5 sunt *MR*βγ᷑ concesus γ^1 9 dampnantes *R* 11 ianua *R* 13 hominē β 14 contigat *R*β 15 alios *om.* *MR*βγφ, *er. in E* 16 nos] non *M om.* *FSE*^{1} eos *S* 17 possimus *SF* interficiamus *F* 19 enim uerbis *Eγbd* ille hoc *FE* 20 non fecisses *MR* utrumquae φ fieri malum *SE*β 21 fieri *om.* *F* ne fieret—potui *om.* φ 24 debuit *R* approbat peccantem *F* aprobat *S*^{1} 25 nolet *MR* emitti *MR*^{1} ammitti *S*^{1} 26 p᷑ netret (*s. l.* petrat) *E* 27 uolūptate β condempnat γφ

proponentibus illam condicionem atque dicentibus: si non turificaueris, hoc patieris, si respondisset: ego neutrum eligo, utrumque detestor, ad nihil horum uobis consentio, inter haec uerba atque talia, quae certe quoniam uera essent, nulla eius consensio, nulla adprobatio teneretur; quaecumque ab eis passus esset, illi deputaretur iniuriarum acceptio, illis commissio peccatorum. debuitne igitur, ait quispiam, stuprum perpeti potius quam turificare? si quaeris, quid debuerit, neutrum debuit. si enim dixero aliquid horum debuisse, aliquid horum adprobabo, cum inprobem utrumque. sed si quaeritur, quid horum potius debuit euitare qui utrumque non potuit, sed alterutrum potuit, respondebo: suum peccatum potius quam alienum et leuius potius, quod suum, quam grauius, quod alienum. ut enim salua diligentiore inquisitione interim concedam grauius esse stuprum quam turificationem, illa tamen ipsius erat, illud alienum factum, quamuis id ipse perpeteretur; cuius autem factum, eius et peccatum. quamuis enim grauius sit homicidium quam furtum, peius est tamen facere furtum quam pati homicidium. itaque si cuiquam proponeretur, ut, si furtum facere nollet, interficeretur, hoc est committeretur in eum homicidium, quia utrumque euitare non posset, id euitaret potius, quod suum peccatum esset, quam quod alienum. nec ideo et illud eius fieret, quia in eum committeretur et quia id posset euitare, si suum uellet admittere.

2 pateris E^1 non respondisset β 3 utrumquae φ consensio *RM* inter—consensio *om. SFLE*^{1} 5 consentio β approbatione *SFL* quacumque *M* 8 quod *SREbd* 9 dixerit β aliquid horum debuisse *om. MR* 10 quod *bd* 11 sed—potuit *in mg. F* 12 alterũtr̃um φ potius peccatum *F* 13 potius] leuius *M om. R* 14 *post* alienum *sequitur uers. 23* nec ideo—admittere *in SFLβE, sed in E haec uerba deleta sunt; post* admittere *sequitur* ut enim *seqq. in his codd.* 15 illud *SFL* 16 et illud *F* id *er. in R* ad φ^1 patereтur *MRβγE*^{2}φ 17 eius] eis β 18 tamen est γ 20 hoc—homicidium *in mg. F* 21 eo *FL* uitare γφ et uitare *M*^{1} 22 deuitaret *MRSF*γφ 23 in eum—quia *om. MR* 24 possit *SFL*β, *sed repet.* posset β e*uitare *S* ammittere *S*^{1}*MR*

15. Totus itaque huius quaestionis nodus ad hoc adducit. ut quaeratur, utrum alienum nullum peccatum, quamuis in te commissum, tibi inputetur, si leuiore tuo peccato id possis euitare nec facis, an excepta est omnis inmunditia corporalis. nemo enim aliquem inmundum fieri dicit, si occidatur aut mittatur in carcerem aut in uinculis habeatur aut flagelletur ceterisque tormentis et cruciatibus adfligatur aut proscribatur damnisque afficiatur grauissimis usque ad ultimam nuditatem aut spolietur honoribus atque ingentes accipiat contumelias per quaecumque conuicia: quidquid horum quisque iniuste passus fuerit, nemo est tam demens, qui eum inmundum fieri dicat. at si fimo perfundatur aut si tale aliquid ei per os infundatur uel inculcetur patiaturue muliebria, omnium fere sensus abhorret, et constupratum atque inmundum uocant. ita igitur concludendum est, ut quaecumque aliena peccata exceptis his, quae inmundum faciunt in quem committuntur. non euitet quisque peccatis suis neque pro se neque pro quoquam, sed ea sufferat potius fortiterque patiatur, etsi nullis peccatis suis ea debet euitare neque mendacio, illa uero, quae ita committuntur in homine, ut eum faciant inmundum, etiam peccatis nostris euitare debeamus, ac per hoc nec peccata dicenda sint, quae propterea fiunt, ut illa inmunditia deuitetur. quidquid enim ita fit, ut, nisi fieret, iuste reprehenderetur, non est peccatum. ex quo conficitur, ut nec illa inmunditia uocanda sit, quando euitandi eam nulla facultas est; habet enim etiam tunc, quod recte agat qui eam patitur, ut patienter ferat.

1 **ducit *E* ducit β 2 nullum alienum *F* 3 leuiori β peccato *om.* β *er. in E* 4 neç φ facias *MRF*γφ*b* excipienda *F* est *om. MRE*^{1}γ^{1} 8 dampnisque *F* 9 exspolietur *Mbd* expolietur *E*^{2}*R*β̣γ 10 conuitia *M* quicquid *SM* iniuste quisque *F* quicque β̣ 11 tam* *S* 12 a*t *E* 13 inconculcetur φγ patiaturne β 14 sensum φ exorret *M* exhorrct *E*^{2}βφ et *om. SF* constupratum] conspurcatum *M*βφ*bd*, (*s. l.*) *E*^{2} conspurgatum *R*γ 16 iis *Ebd* committitur *S* 17 nonne uitet *MR* 19 *uitare *E* 20 hominem *E*β̣*bd* 22 sunt *F* fiant *M* 23 quicquid *RM* ita] uita *R* 25 enim *exp. E om.* β 26 recte *ex* certe *E* ea *MRE*β̣γ*bd* pacienter β̣

quidquid non potest euitare. nullus autem recte agens inmundus fieri potest quolibet contagio corporali. inmundus est enim ante deum omnis iniquus. mundus ergo est omnis iustus, etsi non ante homines, tamen ante deum, qui sine errore iudicat. proinde nec cum ea patitur data euitandi potestate, contactu ipso inmundus fit, sed peccato, quo ea, cum posset, noluit euitare. nullum enim peccatum esset, quidquid propter illa euitanda factum esset. propter haec igitur euitanda quisquis mentitus fuerit, non peccat.

16. An aliqua etiam mendacia excipienda sunt, ut satius sit hanc pati quam illa committere? quod si ita est, non quidquid factum fuerit, ut illa inmunditia deuitetur, non est peccatum, quandoquidem sunt quaedam mendacia, quae grauius sit admittere quam illam pati. nam si aliquis ad stuprum quaeratur, qui possit occultari mendacio, quis audet dicere nec tunc esse mentiendum? at si tali mendacio possit latere, quod alterius famam laedat eius inmunditiae falso crimine, ad quam patiendam ille quaeritur — tamquam si dicatur quaerenti nominato aliquo casto uiro atque ab huius modi flagitiis alieno: uade ad illum, et ipse tibi procurabit, quo libentius utaris, nouit enim tales et diligit, atque ita iste ab eo, quem quaerebat, posset auerti — nescio utrum alterius fama mendacio uiolanda sit, ne alterius corpus aliena libidine uioletur. et omnino numquam pro aliquo mentiendum est eo mendacio, quod alterum laedat, etsi leuius laeditur, quam ille, nisi ita mentireris, laederetur, quia nec panis alienus inuito, quamuis ualentiori, auferendus est, ut alatur

1 quicquid *SM* 3 dominum $R\beta\gamma\varphi$ mundi R^1 est *om.* γ 4 dominum $R\beta\gamma\varphi$ 6 fit, sed peccato *in mg. cum signo* al; *in textu haec habentur:* immundus scilicet peccato dum cum posset *F* quo] dum *SF* 7 enim *om.* $M\varphi\gamma^1$ ille uitanda *R* 10 An] in *MR* sanctius *F* 11 hanc *om. F* 12 euitetur βbd •uitetur *E* 14 ammittere *MRS*^{1} amittere γ illā φ: illa *MRSEFL*$\beta\gamma bd$ 16 ad *R* at• *M* 17 ledat *MS* inmunditia $S^1R\beta\gamma\varphi$ 18 quam *om.* β 19 eiusmodi *M* 20 quod S^1 quid F^1 21 enim deus *S* 24 aliquo] alio (*in ras.*) *E*, β 26 nisi tu (tu *in ras.*) γ

infirmior, nec innocens inuitus uirgis caedendus est, ne alius occidatur. plane, si uelint, fiat, quia nec laeduntur, cum ita uolunt.

X. Sed utrum etiam uolentis fama falso stupri crimine laedenda sit, ut ab alterius corpore stuprum auertatur, magna quaestio est. et nescio, utrum facile reperiatur, quomodo iustum sit uolentis famam falso stupri crimine maculari quam ipso stupro corpus inuiti.

17. Sed tamen si talis optio proponeretur ei, qui turificare idolis quam muliebria perpeti maluit, ut, si illud uellet euitare, famam Christi aliquo mendacio uiolaret, insanissimus esset, si faceret. plus etiam dico, quia insanus esset, si alienae libidinis euitandae causa, ne id in eo fieret, quod nulla sua libidine pateretur, Christi euangelium falsis Christi laudibus infalsaret, magis euitans alienam corruptionem in corpore suo quam in doctrina sanctificationis animarum atque corporum corruptionem suam. quamobrem a doctrina religionis atque ab eis omnino enuntiationibus, quae propter doctrinam religionis enuntiantur, cum illa docetur et discitur, omnia penitus mendacia remouenda sunt; nec ulla omnino causa inueniri posse credatur, cur in rebus talibus mentiendum sit, quando nec ideo in ea doctrina mentiendum est, ut ad eam ipsam quisque facilius perducatur. fracta enim uel leuiter diminuta auctoritate ueritatis omnia dubia remanebunt: quae nisi uera credantur, teneri certa non possunt. licet igitur uel dissertori ac disputatori atque praedicatori rerum aeternarum

1 cedendus βγ 5 ledenda *RS* 6 utrum facile reperiatur *om. F* utrum facile (reperiatur *om.*) *L* repperiatur *MR* soluatur *in uacuo spatio m. al.*) *S* 7 iust' *F*, (*s. l.* al tius) *L* 8 inuitis *M* inuitis φ 11 in aliquo *SF* 12 quod *F* 14 libidine sua γ 15 corruptionem *S* 16 significationis β 18 atquae φ doctrinam doctrinam *M* 19 enuntiatur *M* 20 penitus *S* ulla] nulla S^1β 21 talibus rebus *F* 22 sest *M* sit *SF* 23 uelle uiter *R* 24 demota S^1FE^1 deminuta *MR*φ 25 credantur uera γ non possunt certa γ 26 atque] ac *F* aeternarum—rerum *om.* $γ^1$

uel narratori aut pronuntiatori rerum temporalium ad aedificandam religionem atque pietatem pertinentium occultare in tempore quidquid occultandum uidetur, mentiri autem numquam licet, ergo nec occultare mentiendo.

XI. 18. Hoc primitus et firmissime constituto de ceteris mendaciis securius quaeritur. sed consequenter etiam uidendum est remouenda esse etiam omnia mendacia, quae aliquem laedunt iniuste, quia nulli est iniuria uel leuior inferenda, ut ab alio grauior repellatur. nec illa sunt admittenda mendacia, quae quamuis non obsint alteri, nulli tamen prosunt et obsunt eis ipsis, qui gratis mentiuntur. ipsi enim proprie mendaces dicendi sunt. interest enim inter mentientem atque mendacem. nam mentiens est etiam qui mentitur inuitus; mendax uero amat mentiri atque habitat animo in delectatione mentiendi. iuxta ponendi sunt et qui de mendacio uolunt placere hominibus, non ut alicui faciant iniuriam uel inferant contumeliam — iam enim supra hoc genus remouimus — sed ut suaues sint in sermonibus suis. isti ab illo genere, in quo mendaces posuimus, hoc differunt, quod illos mentiri delectat gaudentes de ipsa fallacia, istis autem placere libet de suauiloquio, qui tamen ueris mallent placere, sed quando non facile inueniunt uera, quae grata sint audientibus, mentiri eligunt potius quam tacere. difficile est tamen, ut isti totam narrationem falsam aliquando suscipiant; sed plerumque ueris falsa contexunt, ubi suauitas eos deserit. haec autem duo genera mendaciorum non obsunt credentibus, quia nihil de doctrina religionis ueritatisque falluntur aut de ullo commodo uel utilitate sua. sufficit enim eis, ut iudicent fieri potuisse

1 aut] uel *bd* prenuntiatori *MR* pronontiatori β 3 quicquid *RSF* 6 consequenter (e *fin. ex* u) *M* etiam *om. F* 8 ledunt *MS* iniustę *M* leuiter *SF* 9 ammittenda M^1S^1 10 prossunt *R* 11 propriae *MR*ϙ 14 mentientem atquae ϙ habitat] adiuuat (d *s. l.*) *S* ueŗa uitat (*in mg.* aĺ inuitat animos) *F* dilectione *S*β 20 illa (*s. l.* ipsa) *F* fallatia *R* istos *MR*ϙ libet] iubet β 21 suaui conloquio *R* 24 falsum *S* plerumquae ϙ 26 de *om. M* 27 de *om. S* 28 posse *F*

quod dicitur et fidem habeant homini, quem non debent temere existimare mentientem. quid enim obest, si credo patrem aut auum alicuius uirum bonum fuisse, etiamsi non fuit, aut usque ad Persas militando peruenisse, etiamsi a Roma numquam recessit? ipsis autem mentientibus ualde obsunt: illis quidem, quia sic deserunt ueritatem, ut fallacia laetentur, istis, quia se malunt placere quam uerum.

XII. 19. Istis generibus sine ulla dubitatione damnatis sequitur genus mendacii tamquam gradatim ad meliora surgentibus, quod beniuolis et bonis uulgo tribui solet, cum ille, qui mentitur, non solum alteri non obest, sed etiam prodest alicui. de isto genere est tota contentio, utrumne sibi obsit, qui sic prodest alteri, ut faciat contra ueritatem. aut si ueritas illa sola dicenda est, quae ipsas mentes intimo atque incommutabili lumine inlustrat, facit certe contra aliquod uerum, quia etsi falluntur corporis sensus, contra uerum tamen facit, qui dicit aliquid ita esse uel non ita, quod ei nec mens nec sensus nec opinatio sua fidesue renuntiat. utrum ergo non sibi obsit, qui hoc modo alteri prodest, an illa conpensatione non obsit sibi, qua prodest alteri, magna quaestio est. si ita est, consequenter etiam sibi prodesse debet per mendacium, quod nulli obest. sed ea conexa sunt, et istis concessis necessario trahuntur quae multum conturbant. si enim quaeratur, quid obsit homini copiis superfluis redundanti, si de innumeris milibus frumentorum amittat unum modium, qui tamen modius possit ad necessarium uictum prodesse furanti, consequens erit, ut et furtum sine reprehensione fieri possit et falsum

2 mihi (michi βγ) obest *M*βγφ credat *bd* credam E^2β 4 nonquam γ 6 istis—uerum *om. S* 10 beneuolis *EFbd* 12 ota M^1 utrumne *MR*γφ 13 aut] at *F* 15 lumini *R* uerum aliquod γ 16 fantur *S*β (*in mg.* fallantur) *F* contra—sensus *in mg. inf. m. 2* γ 17 aliquit γ 18 fidesuere nuntiat *R* fide uerenuntiatur *S* fide ua nunciat (ua *ita scriptum, ut* a *m. 2 s. l. add.* uera *signif. uideatur*) *F* 20 quia φ 23 trauntur *M* conturbent *MR*γE^2φ quaeratur *om. SF* 24 quod (*s. l.* ł non) *F* 25 ammittat *MR* 27 hoc furtum φ et] ut *M*

testimonium sine peccato dici. quo quid dici potest peruersius? an uero, si alius furatus esset illum modium et tu uideres interrogatusque esses, mentireris honeste pro paupere et, si id pro tua paupertate facias, culpaberis? quasi amplius alium quam te diligere debeas. utrumque ergo turpe atque uitandum est.

20. Sed fortassis exceptionem addendam quis putet, ut sint quaedam honesta mendacia, quae non solum nulli obsunt, sed etiam nonnullis prosunt, exceptis his, quibus crimina occultantur et defenduntur: ut ideo sit illud turpe mendacium, quod quamuis nulli obsit et prosit pauperi, furtum tamen occultat; si autem ita nulli obesset et prodesset alicui, ut etiam nullum peccatum occultaret atque defenderet, turpe non esset. uelut si quispiam pecuniam suam te uidente absconderet, ne per furtum aut uim amitteret, atque inde interrogatus mentireris, neque obesses cuiquam et ei prodesses, cui opus erat illud occultum, et nullum peccatum mentiendo texisses. non enim quisquam peccat abscondendo rem suam, quam timet amittere. sed si propterea non peccamus mentiendo, quia nullius peccatum tegentes et nulli obsumus et alicui prosumus, quid agimus de ipso peccato mendacii? ubi enim positum est: ne furtum feceris, ibi positum est: ne falsum testimonium dixeris. cum ergo singula prohibeantur, cur falsum testimonium tunc est culpabile, si furtum tegat uel aliquod alium peccatum; si autem nulla defensione peccati per se ipsum fiat, non est culpabile cum ipsum furtum per se culpabile sit et cetera peccata? an occultare peccatum mentiendo non licet, facere licet?

22 Ex. 20, 14. 16

1 quo• *SE* quod *R* qui *R* 3 interrogatus *MR* 4 fatias *R* 8 quaedam] quidem *RSFL*φ^1 9 nonnulli *MRE*$\gamma\varphi bd$ 11 fur|furtum φ 15 ne—amitteret *om. SF* ammitteret *M* 16 neque] atque β 17 ocultum *R* 18 quisque β abscondendore• *R* 19 non *om.* φ 20 et *fin.*] ut φ 22 feceris furtum γ 23 cum] cur *M* 24 est tunc γ 28 mentiendo *om. MR*$\beta\gamma\varphi bd$, *del. in E* et facere peccatum *M*βE^2 et faceret peccatum *R*

21. Quod si absurdum est, quid dicemus? an falsum testimonium non est, nisi cum quisque ita mentitur, ut aut crimen confingat in aliquem aut alicuius crimen occultet aut quoquo modo quemquam in iudicio premat? uidetur enim testis iudici necessarius ad causae cognitionem. sed si hactenus testem scriptura nominaret, non diceret apostolus: inuenimur et falsi testes dei, si testimonium diximus aduersus deum, quia excitauerit Christum, quem non excitauit. ita enim ostendit falsum testimonium esse mendacium, etiamsi in cuiusquam falsa laude dicatur.

XIII. An forte tunc dicit falsum testimonium qui mentitur, cum aut alicuius peccatum uel fingit uel tegit aut alicui obest quoquo modo? si enim mendacium, quod aduersus uitam cuiusquam temporalem dicitur, detestabile est, quanto magis quod aduersus uitam aeternam! sicuti est omne mendacium, si in doctrina religionis fiat. et ideo falsum testimonium uocat apostolus, si quis de Christo, etiam quod ad eius laudem uidetur pertinere, mentiatur. si autem mendacium sit, quod neque cuiusquam peccatum aut confingat aut tegat nec a iudice quaeratur et nulli obsit et prosit alicui, nec falsum testimonium esse nec reprehensibile mendacium?

22. Quid ergo? si ad christianum homicida confugiat aut uideat, quo confugit, et de hac re interrogetur ab eo, qui ad supplicium quaerit hominem hominis interfectorem, mentiendum est? quomodo enim non tegit peccatum mentiendo, cum ille, pro quo mentitur, peccatum sceleratum admiserit? an

6 I Cor. 15, 15

2 cum *om.* γ 3 aut—quemquam *in mg. F* quo modo $S\varphi\gamma^1$ 4 iuditio *R* uideatur *M*φ 5 cause *MF* actenus *MRSE*φ 6 scripturę φ apostolus paulus $MRE^2\gamma\varphi\beta$ inuenimur autem $MRE^1\gamma$φ 8 excitauit *MRE*φ 10 cuiusque β 11 falsum *om.* $S\beta E^1$ qui] cum γφ 12 aut *om.* SE^1 peccatum alicuius $MR\gamma\varphi bd$ 13 obest *om.* γ quoquo modo] commodo *SF* quo commodo (quo *s. l.*) *E* 14 cuiusquam—uitam *om. MRE*φ esset *in ras. F* 17 eius] nos φ 19 *pr.* aut *om.* φ 20 a *om.* β iudicę *S* quaeritur *R* 22 confugiat homicida *F* 23 interrogatur *F* 25 enim] autem β 26 ammiserit *MRS*φ

quia non de peccato eius interrogatur, sed de loco, ubi lateat? ergo mentiri ad cuiusquam tegendum peccatum malum est, mentiri autem ad tegendum peccatorem non est malum? ita sane, ait quispiam; non enim tunc peccat quisquam, cum euitat supplicium, sed cum facit aliquid dignum supplicio. pertinet autem ad disciplinam christianam, ut neque de cuiusquam correctione desperetur neque cuiquam paenitendi aditus intercludatur. quid? si ad iudicem ductus de ipso loco, ubi se ille occultet, interrogeris, dicturus es aut: non ibi est, ubi eum scis esse, aut: non noui et non uidi, quod nosti et uidisti? dicturus ergo es falsum testimonium et occisurus animam tuam, ne occidatur homicida? an usque ad conspectum iudicis mentieris, iudice autem quaerente iam uerum dices, ne sis falsus testis? ipse igitur hominem proditione occisurus es. etiam proditorem quippe diuina scriptura detestatur. an forte proditor non est, qui iudici interroganti uerum indicat, esset autem proditor, si quemquam ultro ad exitium deferret? quid? si de iusto atque innocente ubi lateat sciens a iudice interrogeris, qui tamen ad mortem a maiore potestate iussus est rapi, ut ille, qui interrogat, exsecutor sit legis non conditor? an ideo non erit falsum testimonium, quod pro innocente mentieris, quia nec ille iudex, sed exsecutor interrogat? quid? si ipse conditor legis interroget aut quilibet iudex iniquus ad supplicium quaerens innocentem? quid facies? falsus testis an proditor eris? an ille erit proditor, qui iusto iudici latentem homicidam ultro detulerit, et ille non erit, qui iudici iniusto, ubi lateat innocens quem quaerit occidere,

1 quia non *om.* γ eius] quis *SF*β *om.* φ 2 tegendum cuiusquam *MRE*γφ*bd* 4 ait *ex* aut *M* quisquam] quispiam *F* 5 supplitio *R* 7 disperetur *MRS* 8 qui γ 9 occultat *R*βγφ interrogaris *F* 10 qui *LF*^{2} 12 suam β 13 mentiris *S* querenti *S* iam] an *S* *om.* *FL* 14 dicis ne sis *S* dicis β sis *om.* *S* proditionem φ 15 non etiam *FL* proditorem detestatur *FL* 16 est *om.* *M*φ 17 ad exitium ultro *bd* exitum *R*β 19 aḍ iudice *R* 22 sed exsecutor] secutor *M* sed *om.* β executor βγφ 26 iudicia *S*

interroganti indicauerit eum, qui se fidei eius commiserat? an inter crimen falsi testimonii et proditionis dubius incertusque remanebis? an tacendo uel profitendo te non esse dicturum certus utrumque uitabis? cur ergo non hoc facias, priusquam ad iudicem uenias, ut caueas etiam mendacium? euitato enim mendacio omne testimonium falsum effugies, siue omne mendacium sit falsum testimonium siue non omne; euitato autem falso testimonio, quod tu esse intellegis, non effugies omne mendacium. quanto ergo fortius, quanto excellentius dices: nec prodam nec mentiar!

23. Fecit hoc episcopus quondam Thagastensis ecclesiae, Firmus nomine, firmior uoluntate. nam cum ab eo quaereretur homo iussu imperatoris per apparitores ab eo missos, quem ad se confugientem diligentia quanta poterat occultabat, respondit quaerentibus nec mentiri se posse nec hominem prodere passusque tam multa tormenta corporis — nondum enim erant imperatores christiani — permansit in sententia. deinde ad imperatorem ductus usque adeo mirabilis adparuit. ut ipse homini, quem seruabat, indulgentiam sine ulla difficultate inpetraret. quid hoc fieri potest fortius adque constantius? sed ait quisquam timidior: paratus esse possum ad quaelibet ferenda tormenta uel etiam mortem obeundam, ne peccem; cum autem peccatum non sit ita mentiri, ut neque cuiquam obsis neque falsum testimonium dicas et prosis alicui, stultum est et graue peccatum uoluntaria frustra sustinere tormenta et fortassis utilem salutem ac uitam incassum saeuientibus proicere. a quo quaero, cur timeat, quod scriptum est: fal-

27 Ex. 20, 16

1 huius γ commiṣserat *S* 4 hoc *om. SFE*^{1}β et priusquam *ME*β̂γφ 6 siue—intellegis *in mg. F* 8 effugies (u *ex* i) *S* 11 thagasensis *SF*^{1}*E* thagatensis β̂ 12 uolumtate *R* 13 missus *R*^{1} missis *R*^{2} 14 confugentem φ 15 se *om. R* 16 tam *om. MR*β̂γφ t̨am *F er. in E* 17 sentia *M*^{1} 20 fortius fieri φ potest *om. RM*φ 21 adque libet *R* 22 tormenta ferenda γ 23 quum *M* 26 e̥t salutem φ seruientibus *MR* seuientibus *E* 27 quur *MR*

sum testimonium non dices, et non timeat, quod de deo dictum est: perdes omnes, qui loquuntur mendacium? non, inquit, scriptum est: omne mendacium. sed ita intellego, ac si sit scriptum: perdes omnes, qui loquuntur falsum testimonium. at nec ibi dictum est: omne falsum testimonium. sed ibi positum est, inquit, ubi cetera quae omni modo mala sunt. numquid et illud quod ibi est: non occides? quod si omni modo malum est, quomodo ab hoc crimine excusabuntur iusti, qui post legem datam multos occiderunt? sed respondetur, quod non ipse occidat, qui iusti alicuius praecepti minister est. horum ergo timorem sic accipio, ut tamen illum laudabilem uirum, qui nec mentiri uoluit nec hominem prodere, et melius arbitrer intellexisse, quod scriptum est, et intellectum fortiter impleuisse.

24. Sed uenitur aliquando ad huius modi articulum, ut non interrogemur, ubi sit ille qui quaeritur, neque cogamur, ut eum prodamus, si sic occultatus est, ut inueniri facile nisi proditus nequeat, sed quaeritur a nobis, utrum illo loco sit an non sit. ubi si eum esse scimus, tacendo eum prodimus uel etiam dicendo nequaquam nos esse dicturos, utrum ibi sit, an non sit; ex hoc enim colligit ille, qui quaerit, ibi eum esse, ubi si non esset, nihil aliud ab eo, qui mentiri nollet nec hominem prodere, nisi eum non ibi esse responderetur. ita per nostram uel taciturnitatem uel talia uerba homo proditur, ut intret qui quaerit, si potestatem habet et inuenit eum: qui tamen ab eius inuentione mendacio nostro posset

2 Ps. 5, 7 7 Ex. 20, 15

1 de *om.* *MRSE*$\beta\gamma\varphi bd$ 2 scriptum *F* perdes—mendacium *om.* φ locuntur *R* 3 non—testimonium *in mg. F* inquid *MR* 4 locuntur *R*$\beta\varphi$ 5 at—testimonium *om. SF* omnes (*in mg. m. al.* omne) *R* 6 inquam *F* 7 numquid] num *R*β numquid *E* 11 eorum *SF* ego *R* 13 in || intellexisse φ est *om. est spatio uacuo rel.*) *S* 14 implesse γ 16 scit β 19 sit *om.* γ eum *alt. om.* β 20 ubi *M* 21 sit *alt. om.* γ qui colit (*l* querit *s. l. m. 2*) φ 22 ubi eum non esset nihil φ aliud *om. S* 25 intret (*s. l. l* terimat) *F* habit φ 26 possit *SF*

auerti. quapropter si nescis ubi sit, nulla est causa occultandae ueritatis, sed te nescire fatendum est. si autem scis ubi sit, siue ibi sit, ubi quaeritur, siue alibi, non est dicendum, cum quaesitum fuerit, utrum ibi sit an non sit: non dico quod quaeris, sed dicendum: scio, ubi sit, sed numquam monstrabo. nam si de uno loco non respondeas et te non esse prodituram fatearis, tale est, ac si eundem locum digito ostendas; mouetur enim certa suspicio. si autem primo fatearis te scire ubi sit, sed non dicere, potest fortasse ab illo loco inquisitor auerti et tibi iam incumbere, ut ubi est a te prodatur. pro qua fide atque humanitate quidquid fortiter tuleris, non solum non culpabile, sed etiam laudabile iudicatur, exceptis dumtaxat his, quae si passus fuerit homo, non fortiter, sed inpudice ac turpiter pati dicitur. hoc est enim ultimum mendacium, de quo diligentius tractandum est.

XIIII. 25. Nam primum est ad euitandum capitale mendacium longeque fugiendum, quod fit in doctrina religionis: ad quod mendacium nulla condicione quisquam debet adduci. secundum autem, ut aliquem laedat iniuste: quod tale est, ut et nulli prosit et obsit alicui. tertium, quod ita prodest alteri, ut obsit alteri, quamuis non ad inmunditiam obsit corporalem. quartum, quod fit sola mentiendi fallendique libidine, quod merum mendacium est. quintum, quod fit placendi cupiditate de suauiloquio. his omnibus penitus euitatis atque reiectis sequitur sextum genus, quod et nulli obest et prodest alicui: uelut si quispiam pecuniam alicuius iniuste tollendam sciens, ubi sit, nescire se mentiatur quocumque interrogante.

3 cum—dicendum *in mg. m. 2* γ 5 dicendum est *F* 6 respondeat β 7 ostendas] demonstres *F* 10 ibi ubi *R* ubi ubi *M*φ¹ at *S* 11 quicquid *RS*φ solus φ¹ 12 iudicatur] uideatur γ 13 fuit γ ac] auc *M* 16 deuitandum *F* uitandum φ 18 nulla debet condicione quisque adduci *Eug* 19 autem *om. Eug* ut—iniuste *om. M*βγφ, *del. in E* 20 prosit *fin.* φ 21 *fin.* obsit *om. SF* 22 quodfit *om. Eug* fit] sit β 23 mendacium est merum γ merum (*s. l.* t uerū) *F* 24 et de *F* suaui loquio *S* suaui elcquio γ *Eug* euitatis penitus γ paenitus *S* 26 uelut—mentiatur *om. M*γφ, *del. E*

septimum, quod et nulli obest et prodest alicui excepto, si iudex interrogat: uelut si nolens hominem ad mortem quaesitum prodere mentiatur, non solum iustum atque innocentem, sed et reum, quia christianae disciplinae sit, ut neque de cuiusquam correctione desperetur neque cuiquam paenitendi aditus intercludatur. de quibus duobus generibus, quae solent habere magnam controuersiam, satis tractauimus et quid nobis placeret ostendimus, ut suscipiendis incommoditatibus, quae honeste ac fortiter tolerantur, haec quoque genera deuitentur a fortibus et fidelibus et ueracibus uiris ac feminis. octauum est genus mendacii, quod et nulli obest et ad hoc prodest, ut ab inmunditia corporali aliquem tueatur, dumtaxat ea, quam superius commemorauimus. nam etiam non lotis manibus manducare inmunditiam putabant iudaei. aut si et hanc quisquam inmunditiam uocat, non tamen talem, pro qua euitanda mentiendum sit. si autem mendacium tale est, quod alicui faciat iniuriam, etiamsi ab hac inmunditia, quam omnes homines abhorrent ac detestantur, muniat hominem, utrum et hoc genere mentiendum sit, si talis fiat iniuria per mendacium, quae non sit in eo genere inmunditiae, de quo nunc agimus, alia quaestio est; non enim iam de mendacio quaeritur, sed quaeritur, utrum alicui facienda sit iniuria etiam non per mendacium, ut illa ab altero inmunditia depellatur: quod

13 cf. Matth. 15, 2. 20

1 excepto—interrogat *om. RSEF* 2 interroget *M*γ uelut—intercludatur *om. M*γφ*b* 5 correptione *R* disperetur *S* 9 hac *M* tollerantur *R* tolerentur *F'* 10 *post* feminis *haec sequuntur in codice R:* Non ergo mentiendum quęrenti ubi sit qui se fidei cuiuspiam commiserit sed fortius respondendum: nec prodam nec mentiar. *tum repetuntur uerba p. 442, 11* fecit hoc—*p. 442, 20* constantius *hisce mutatis:* 11 tagastensis; 13 missis; 15 se *praebetur;* 16 tam *hab.;* 20 potest *offertur; eodem ordine haec membra apud Eugippium se excipiunt* 11 est *om.* γ obest] prodest γ 12 eam *S* 14 putabant iudei immunditiam β iudei *R* 15 quispiam *F* inmundiciam *S* qua] qu *R* uitanda φ 17 inmunditia quam] inquam γ 18 aborrent β adhorret φ hac φ 19 sit] est φ 20 sit] fit γ 23 repellatur *SF*β

nullo modo putauerim. quamquam proponantur leuissimae iniuriae — ueluti est illa, quam de uno modio amisso supra commemoraui — et multum perturbent, utrum non debeamus facere cuiquam uel talem iniuriam, si ea potest alius, ne stuprum patiatur, defendi aut muniri. sed, ut dixi, alia quaestio est.

XV. Nunc illud, quod instituimus, peragamus: utrum mentiendum sit, si etiam ineuitabilis condicio proponatur, ut aut hoc faciamus aut stuprum patiamur uel aliquam execrabilem inquinationem, etiamsi mentiendo nulli faciamus iniuriam.

26. De qua re patebit aliquis considerationi locus, si prius diuinas auctoritates, quae mendacium prohibent, diligenter discutiamus. si enim ipsae nullum dant locum, frustra quaerimus qua exeamus; tenendum est enim omni modo praeceptum dei et uoluntas dei in his, quae tenendo praeceptum eius passi fuerimns, aequo animo sequenda; si autem relaxatur aliquis exitus, non est in tali causa recusandum mendacium. propterea diuinae scripturae non solum praecepta dei continent, sed etiam uitam moresque iustorum, ut, si forte occultum est, quemadmodum accipiendum sit quod praecipitur, in factis iustorum intellegatur. exceptis itaque his factis, quae potest quisque ad allegoricam significationem referre, quamuis gesta esse nemo ambigat — sicuti sunt fere omnia in libris ueteris testamenti; quis enim ibi aliquid audeat adfirmare non pertinere ad figuratam praenuntiationem? quippe cum apostolus etiam filios Abra-

25 cf. Gal. 4, 22. 24

2 quem *M* 3 perturbent] pertrahunt β 5 aut] ac *F* 7 peragamur *R* 8 etiam si *SF* conditio φ 9 faciemus φ execrabilem *MREFL*φ*bd* 10 iniquitatem F^1 11 considerationis φ 13 discutiamus] consideremus *F* ipse *RS*βγ 14 quę *MR* que φ exseamus φ 15 domini *F* 16 aliqui *S* 19 quemammodum *MS*φ 20 precipitur φ 22 refferre φ esse *om. F* 23 sicut *SF* sunt omnia in libris fere ueteris β 24 aliquid ibi *SF* aliquis ibi β ibi] sibi γ audeat aliquid γ afirmare φ pertinere aliquid γ figuratutam *S* 25 prenuntiationem *MRS* pronuntiationem *F* habraham *R* abraham βγ habraam φ

hae, quos utique naturali ordine propagandi populi editos esse atque uixisse facillime dicitur (non enim monstra et prodigia nata sunt, ut ad significationem aliquam ducant animum) duo tamen testamenta significare asserat et beneficium illud mirabile, quod deus populo Israhel praestitit ad eruendos eos de seruitute, qua in Aegypto premebantur, poenamque uindictae, cum in itinere peccassent, in figura contigisse dicat, quae facta inuenies, quibus istam regulam deroges et adfirmare praesumas ad figuram aliquam non esse redigenda? — his ergo exceptis ea, quae in nouo testamento a sanctis facta sunt, ubi morum imitandorum euidentissima commendatio est, ualeant ad exempla intellegendarum scripturarum, quae in praeceptis digesta sunt.

27. Velut cum legimus in euangelio: accepisti alapam, para alteram maxillam. exemplum autem patientiae nullum quam ipsius domini potentius et excellentius inuenimus. at ipse, cum alapa percussus esset, non ait: ecce altera maxilla, sed ait: si male dixi, exprobra de malo; si autem bene, quid me caedis? ubi ostendit illam praeparationem alterius maxillae in corde faciendam. quod etiam apostolus Paulus utique nouerat; nam et ipse, cum esset alapa percussus, ante pontificem non ait: percute maxillam alteram, sed, percutiet te dominus, inquit, paries dealbate; et tu sedes iudicare me secundum legem, et contra legem iubes me percuti? altissime intuens sacerdotium

5 cf. I Cor. X, 1—11 14 Matth. 5, 39 18 Ioh. 18, 23 23 Act. 23, 2

1 reditos γ 2 dicitur γ dicit β mostra β 3 ut *om.* γ ut ducant γ 4 tamen *om.* *F* significantes φ asseritur *S* 5 exuendos β 6 seruitutē M^1 quam *R*β in *om.* *M* paenamque φ 7 intinere *M* quem *R* que *M* 9 praesummas *R* redigenda* γ 10 exceptis uidendum est utrum ea *F* neuo *F* 11 emendatorum *SF* euitandorum γ comendatio φ 12 exemplar *SF* 14 intellegimus *M* euuangelio φ 17 at] ad *R* et *SF* alteram maxillam *SF*γ 19 cedis *SRM* 21 et—pontificem *s. l. m. 2 F* 23 percuti et *S* percutiat β te *om.* γ dealbatae *MR* 24 sedens F^2

iudaeorum iam tale factum fuisse, ut nomine forinsecus niteret, intrinsecus autem luteis concupiscentiis sorderet: quod transiturum esse uindicta domini uidebat in spiritu, cum illud diceret; sed tamen cor paratum habebat non solum ad alias alapas accipiendas, sed etiam quaelibet tormenta pro ueritate patienda cum eorum dilectione, a quibus illa pateretur.

28. Scriptum est etiam: ego autem dico uobis, non iurare omnino. iurauit autem ipse apostolus in epistulis suis et sic ostendit, quomodo accipiendum esset quod dictum est: dico uobis, non iurare omnino: ne scilicet iurando ad facilitatem iurandi ueniatur, ex facilitate ad consuetudinem atque ita ex consuetudine in periurium decidatur. et ideo non inuenitur iurasse nisi scribens, ubi consideratio cautior non habet linguam praecipitem. et hoc utique a malo, sicut dictum est: quod autem amplius est, a malo est, non tamen suo, sed eorum infirmitatis, quibus etiam sic fidem facere conabatur. nam quod loquens iurasset, dum non scriberet, nescio utrum aliqua de illo scriptura narrauerit. et tamen dominus, omnino, ait. non iurare; non enim concessit, ut id liceret scribentibus. sed quia praecepti uiolati reum Paulum, praesertim in epistulis conscriptis atque editis ad spiritalem uitam salutemque populorum nefas est dicere, intellegendum est illud, quod positum est 'omnino', ad hoc positum, ut, quantum in te est, non affectes, non ames, non quasi pro bono cum aliqua delectatione adpetas iusiurandum.

29. Sicut illud: nolite cogitare de crastino, et: nolite itaque cogitare quid manducetis et quid bibatis et quid induamini. cum autem uidemus et

7 Matth. 5, 34 9 cf. Rom. 9, 1; Gal. 1, 20; Phil. 1, 8 15 Matth. 5, 37 26 Matth. 6, 34, 25

1 iudeorum *R* 3 esset β 4 poratum *M*φ¹ 7 critum φ¹ 8 epistolis *SRFEL*βγφ epistolis *M* 11 consuetudinem—ex *om. S* 12 ita ita *M* 14 lingam β precipitem *M* 16 sue *F*β infirmitati *F* 18 scriptura de illo *F* 19 ait omnino *FLbd* non cessit *S* 20 uiolatur eum *R* 21 aeditis *S* 24 non est γ 27 itaque] inquit *F*

ipsum dominum habuisse loculos, quo ea quae dabantur mittebantur, ut seruari possent ad usus pro tempore necessarios, et ipsos apostolos procurasse multa fratrum indulgentiae non solum in crastinum, sed etiam in prolixius tempus inpendentis famis, sicut in Actibus apostolorum legimus: satis elucet illa praecepta sic intellegenda, ut nihil operis nostri temporalium adipiscendorum amore uel timore egestatis tamquam ex necessitate faciamus.

30. Item dictum est apostolis, ut nihil secum portantes in uia ex euangelio uiuerent. et quodam loco etiam ipse dominus significauit, cur hoc dixerit, cum addidit: dignus est enim operarius mercede sua. ubi satis ostendit permissum hoc esse, non iussum, ne forte qui hoc faceret, ut in opere praedicationis uerbi aliquid ab eis, quibus praedicaret, in usus uitae huius sumeret, inlicitum aliquid se facere arbitraretur. posse tamen laudabilius non fieri in apostolo Paulo satis demonstratum est. qui cum diceret: communicet autem qui catechizatur uerbum ei, qui se catechizat in omnibus bonis, et multis locis id salubriter fieri ab eis, quibus uerbum praedicatur, ostenderet, sed tamen ego, inquit, non sum usus hac potestate. potestatem ergo dedit dominus, cum ista diceret, non imperio constrinxit. ita pleraque in uerbis intellegere non ualentes in factis sanctorum colligimus quemadmodum oporteat accipi, quod facile in aliam partem duceretur, nisi exemplo reuocaretur.

1 cf. Ioh. 12, 6 5 cf. Act. 11, 28—30 9 cf. Luc. 10, 4. 7 11 Matth. 10, 10 17 Gal. 6, 6 21 I Cor. 9, 12

1 dabantur ut seruari (*exp. m. 2*) φ et mittebantur *F* 2 ut *om. F* necessario *R* 9 portarent γ 10 euuangelio φ 11 cur hoc dixerit *m. 2 in mg. F* 13 quia *S* 15 huius uitae usus *SF*β usu γ aliquod γ 18 qui *om.* β catecizatur *SFL* cathezizatur *M*γφ catezizatur *V* cathecizatur *R* uerbo *SEFL*βγφ*bd* seuo *S* 19 catecizat *MS* cathezizat φ catecizat β cathecizat γ 20 praedicaret $E^2\gamma^2\beta bd$ 21 inquit ego γ eo β inquid *M* usus sum β sum *om. S* ac *MR* potestatem φ^1 23 constrixit γ constrincxit *R* itaque *SF* 24 quemammodum *M*φ 25 diceretur *F* exemplum *R*

XVI. 31. Sic ergo quod scriptum est: os autem, quod mentitur, occidit animam, de quo ore dixerit, quaeritur. plerumque enim scriptura cum os dicit, conceptaculum ipsum cordis significat, ubi placet et decernitur quidquid etiam per uocem, cum uerum loquimur, enuntiatur, ut corde mentiatur. cui placet mendacium, possit autem non corde mentiri, qui per uocem aliud quam est in animo ita profert, ut maioris mali euitandi causa malum se admittere nouerit, cui tamen utrumque displiceat. et qui hoc asserunt, ita dicunt etiam illud intellegendum, quod scriptum est: qui loquitur ueritatem in corde suo, quia semper in corde ueritas loquenda est; non autem semper in ore corporis, si aliqua causa cauendi maioris mali aliud, quam in animo est, uoce proferri exigat. et esse quidem os cordis ex hoc iam intellegi potest, quod ubi locutio est, ibi os non absurde intellegitur. non recte diceretur: qui loquitur in corde suo, nisi et os in corde recte intellegeretur. quamquam et eo ipso loco, ubi scriptum est: os autem, quod mentitur, occidit animam, si circumstantia lectionis consideretur, non accipitur fortasse aliud quam os cordis. obscurum enim responsum ibi est, ubi homines latet, qui os cordis, nisi os corporis consonet, audire non possunt. illud autem os dicit in eo loco scriptura peruenire ad auditum spiritus domini, qui repleuit orbem terrarum, ita ut etiam labia et uocem et linguam commemoret in eo loco nec tamen omnia sinat intellectus nisi de corde accipi, quia dominum dicit non latere quod dicitur; quod autem bono isto ad aures nostras pertinente dicitur, nec homines latet. ita quippe scrip-

1 Sap. 1, 11 10 Ps. 14, 2 17 Sap. 1, 11

1 sit *R* 2 occidet *MR* 3 scripturam *R* hos *R* 4 discernitur *F*$_2$ quicquid *SM*φ 5 uerum etiam β renuntiatur *S* 8 ammittere *S*^{1}*MR*φ 9 asserunt] cesserunt φ 11 ueritas in corde *F* 13 aliud *ex* aliquid γ et esse] et esse *add. m. rec. S* si *F* 16 nisi—corde *s. l. m. 2 F* 18 occidet *MR* 19 accipiatur *SFLEbd* 20 enim *om. SF* ibi *M* 25 sinit *SFE*^{1} de *om. M*φ deum *RMEF*$_2$ 26 lateret *R*

tum est: humanus est enim spiritus sapientiae, et non liberabit maledicum a labiis eius, quoniam renum illius testis est deus, et cordis illius scrutator est uerus et linguae illius auditor. quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia scientiam habet uocis. propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, sed nec praeteriet illum corripiens iudicium. in cogitationibus enim inpii interrogatio erit; sermonum autem illius auditio a domino ueniet ad correptionem iniquitatum illius, quoniam auris zeli audit omnia, et tumultus murmurationum non absconditur. custodite ergo uos a murmuratione, quae nihil prodest, et a detractione parcite linguae: quoniam responsum obscurum in uacuum non ibit, os autem, quod mentitur, occidit animam. uidetur ergo his minari, qui obscurum putant et secretum esse, quod corde agitant atque uersant; tam uero clarum ostendere uoluit hoc esse auribus dei, ut etiam tumultum eum appellauerit.

32. Manifeste etiam in euangelio inuenimus os cordis, ut uno loco et corporis et cordis os dominus commemorasse inueniatur, ubi ait: adhuc et uos sine intellectu estis? non intellegitis, quia omne quod in os intrat, in uentrem uadit et in secessum emittitur? quae autem procedunt de ore, de corde exeunt, et ea coinquinant hominem. de corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicatio-

1 Sap. 1, 6—11 22 Matth. 15, 16—20

1 spiritus *om.* φ 2 maledictum *RF*βγφ 3 inscrutator *S* 4 et lingua φ illius] eius *F* auditio β 6 et propter γ 10 illius] eius *SF*β a domino] ad**** (*in mg.* deum) *F* ad dominum φ correctionem *SF* 11 eius γ 14 proderit *S* detractione] detraditione *R* linguae parcite *SEbd* ptite β lingue β 16 occidet *MR* 20 euuangelio φ 21 uno in loco φ 23 in os *om.* φ^1 24 cecessum β 25 corde] corpore φ 26 quoinquinant β queinquinant φ 27 mala *R*

nes, furta, falsa testimonia, blasphemiae. haec sunt quae coinquinant hominem. hic si unum os quod est corporis intellexeris, quomodo intellecturus es: quae autem procedunt de ore, de corde exeunt, cum et sputus et uomitus de ore procedat? nisi forte tunc quisque non coinquinatur, cum edit aliquid inmundum, coinquinatur autem, cum id euomit. quod si absurdissimum est, restat, ut os cordis intellegamus a domino expositum, cum ait: quae procedunt de ore, de corde exeunt. nam et furtum, cum possit, et saepe ita fiat, in silentio corporalis uocis atque oris perpetrari, dementissimum est sic intellegere, ut tunc putemus quemquam peccato furti contaminari, cum id fatetur aut indicat, cum autem id tacite committit, incoinquinatum arbitrari. at uero si ad os cordis quod dictum est referamus, nihil omnino peccati tacite committi potest; non enim committitur, nisi ex ore illo interiore procedat.

33. Sicut autem quaeritur de quo ore dixerit: os autem, quod mentitur, occidit animam, ita quaeri potest, de quo mendacio. uidetur enim de illo proprie dicere, quo cuiquam detrahitur. ait enim: abstinete ergo uos a murmuratione, quae nihil prodest, et a detractione parcite linguae. fit autem ista detractatio per maliuolentiam, cum quisque non solum ore ac uoce corporis profert, quod confingit in aliquem, sed etiam tacitus talem uult credi — quod est utique ore cordis detrahere — quod dicit obscurum et occultum deo esse non posse.

34. Nam quod alio loco scriptum est: noli uelle men-

17 Sap. 1, 11 20 Sap. 1, 10 27 Eccli. 7, 13

2 os *om.* *SF* 4 sputū β 5 procedant *SFLbd* procedant *E* 6 quoinquinatur φ autem *om.* *MR* 7 absordissimum φ 11 perpetrare β 12 quempiam γ fateatur β 13 ad *R* 14 hos φ 15 tacitum φ 16 interiore *om.* γ 17 autem *om.* *F* 18 occidet *MR* etiam potest β potest etiam *MR*γ*E*² 19 enim *F*² dicere de illo γ propriae *M* 20 detraitur γ 22 linguae parcite *Ebd* partite γ maleuolentiam *Ebd* 23 quisquam *MEFL*γ 24 fingit *F*

tiri omne mendacium, non ad hoc uolunt ualere, ut nullo mendacio quisque mentiatur. itaque cum alius dixerit ex isto scripturae testimonio usque adeo generaliter omne mendacium esse detestandum, ut etiam, si quis mentiri uelit, etiamsi non mentiatur, iam uoluntas ipsa damnanda sit, atque ad hoc interpretetur, quod non dictum est: noli mentiri omne mendacium, sed: noli uelle mentiri omne mendacium, ut non solum mentiri, sed nec uelle mentiri quisque audeat ullo
VII. mendacio, dicit alius: immo quod ait: noli uelle mentiri omne mendacium, de ore cordis exterminandum atque alienandum esse mendacium uoluit, ut a quibusdam mendaciis ore corporis abstinendum sit, sicut illa sunt maxime, quae pertinent ad doctrinam religionis, a quibusdam uero non sit ore corporis abstinendum, si maioris mali euitandi causa exigit, ore autem cordis ab omni mendacio penitus abstinere debeamus. ubi oportet intellegi quod dictum est: noli uelle; uoluntas quippe ipsa quasi os cordis accipitur, ut non pertineat ad os cordis, cum maius malum cauentes mentimur inuiti. est et tertius intellectus, quo sic accipias: noli omne, ut exceptis aliquibus mendaciis mentiri te sinat. tamquam si diceret: noli uelle credere omni homini, non utique ut nulli crederetur, moneret, sed ut non omnibus, aliquibus autem crederetur. et id, quod sequitur: assiduitas enim eius non proficiet ad bonum, ita sonat, quasi non a mendacio, sed ab assiduo mendacio, id est a consuetudine atque amore mentiendi prohibere uideatur. quo profecto delabatur, quisquis uel omni mendacio putauerit abutendum — ita enim nec illud cauebit, quod fit in doctrina pietatis et religionis: quo

7 Eccli. 7, 13 23 Eccli. 7, 13

2 quisquam *bd* itemque β dixeris *R* 4 ḍeſtiṇeṇḍuṃ (*in mg.* detestandum) *F* 6 interpretur *F* 7 sed—mendacium *in mg. m. 2* γ nolli β 8 non solum non γ mentiri *alt. om.* γ ullū mendaciū (*in ras.*) γ 13 a *om. R* 14 male uitandi φ^1 15 paenitus *S* 17 hos *R*φ^1 23 adsiduitas *M* 24 proficit *MR* a] e *F* 26 dilabitur $\beta\gamma^2E^2$ delabitur F^1 delabetur *bd* 27 uel *om.* E^1 28 fit] est *SF* quo] qñ F^1 quod F^2

sceleratius quid facile inuenias non inter omnia mendacia, sed inter omnia peccata? — uel alicui mendacio, quamuis facili, quamuis innoxio, nutum uoluntatis adcommodauerit, ut non inuitus euadendi maioris mali causa, sed uolens libensque mentiatur. ita cum tria sint, quae in hac sententia possint intellegi, aut: omne mendacium non solum mentiri noli, sed nec uelle mentiri, aut: noli uelle, sed uel inuitus mentire, cum fugiendum est aliquid grauius, aut: noli omne, ut exceptis aliquibus mendaciis cetera permittantur, unum hic pro his, quibus mentiri numquam placet, duo pro illis, qui aliquando putant esse mentiendum, inueniuntur. sed tamen quod sequitur: assiduitas enim eius non proficiet ad bonum, nescio utrum possit primae harum trium sententiae suffragari; nisi forte ita ut perfectorum praeceptum sit omnino numquam non solum mentiri, sed uel uelle mentiri, assiduitas uero mentiendi nec proficientibus permittatur. tamquam si, cum praeciperetur numquam prorsus non solum mentiendum, sed nec uoluntatem habendam esse mentiendi, contradiceretur exemplis, quod aliqua sunt etiam magna auctoritate adprobata mendacia, responderetur autem illa quidem esse proficientium, quae habent secundum hanc uitam qualecumque officium misericordiae, sed usque adeo esse omne mendacium malum et perfectis atque spiritalibus animis omni modo fugiendum, ut nec ipsis proficientibus assiduitas eius permittenda sit. dictum est enim iam de obstetricibus Aegyptiis, quod de indole ad melius proficiendi mentientes adprobatae sunt, quia nonnullus gradus est ad diligendam ueram ac sempiternam salutem, cum quisque misericorditer etiam pro alicuius quamuis mortali salute mentitur.

28 cf. supra cap. V

1 mendacia *s. l. m. 2 S* sed—omnia *in mg. m. 2 S* 3 notum E^1 notu *S* accommodaueris *SFE*^{1} 4 maiores β 5 mentiaris F^1 intellegi possint *MEbd* 7 mentiri *M*γ 10 quibus—pro his *in mg. F* illis] his *SF* 11 esse *om.* β 15 uel] nec *F*, (*in ras.*) φ 18 esse *om. SF* 22 esse] etiam γ 25 quo *MR*γφ 28 quisque *R*

35. Item quod scriptum est: perdes omnes, qui loquuntur mendacium, alius dicit nullum hic exceptum esse mendacium, sed omne damnatum. alius dicit: ita uero, sed qui loquuntur ex corde mendacium secundum superiorem disputationem; nam ueritatem loquitur in corde, qui odit mentiendi necessitatem, quam poenam huius uitae mortalis intellegit. alius dicit: omnes quidem perdet deus, qui loquuntur mendacium, sed non omne mendacium; est enim aliquod mendacium, quod tunc insinuabat propheta, in quo nulli parcatur: id est, si peccata sua quisque confiteri detrectans defendat ea potius et nolit agere paenitentiam, ut parum sit quia operatur iniquitatem, nisi etiam iustus uideri uolens medicinae confessionis non succumbat, ut et ipsa uerborum distinctio non aliud intimare uideatur: odisti omnes, qui operantur iniquitatem — sed non perdes, si paenitendo in confessione ueritatem loquantur, ut faciendo istam ueritatem ueniant ad lucem, sicut in euangelio secundum Iohannem dicitur: qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem — perdes autem omnes, qui non solum operantur quod odisti, sed etiam loquuntur mendacium, falsam iustitiam praetendendo nec in paenitentia confitendo peccata.

36. Nam de falso testimonio, quod in decem praeceptis legis positum est, nullo modo quidem contendi potest dilectionem ueritatis in corde seruandam et proferendum falsum ad eum, apud quem dicitur testimonium. cum enim deo tantum dicitur, tunc tantum in corde ueritas amplectenda est; cum autem homini dicitur, etiam ore corporis uerum proferendum est,

1 Ps. 5, 7 14 Ps. 5, 6 18 Ioh. 3, 21

1 locuntur $R\gamma\varphi$ 4 locuntur $R\gamma$ 7 dicet M et omnes R locuntur γ 8 est—mendacium *om.* SF aliquid MR 9 parcetur β peccatur γ 10 confite S detractans φ 11 defendat *om.* β paenitentiam $S\varphi$ ut parum] utrum S^1FE^1 12 nisi qui (qui *s. l. m. 2*) F 14 omnes *om.* γ 16 ueritati emloquantur R loquatur S 17 aeuangelio M 19 autem *om.* β^1 operantur iniquitatem $MR\beta\gamma\varphi E^2b$ quam γ 27 etiam] et in γ

quia homo non est cordis inspector. sed plane de ipso testimonio non absurde quaeritur apud quem quisque sit testis. non enim apud quoscumque loquimur, testes sumus, sed apud eos, quibus expedit et debetur per nos cognoscere aut credere ueritatem: sicuti est iudex, ne in iudicando erret; aut qui docetur doctrina religionis, ne erret in fide aut in ipsa doctoris auctoritate dubius fluctuet. cum autem ille te interrogat aut uult ex te aliquid nosse, qui eam rem quaerit, quae non ad eum pertineat, aut quam ei nosse non expedit, non testem, sed proditorem requirit. itaque si ei mentiaris, a falso fortasse testimonio alienus eris, sed a mendacio profecto non eris.

XVIII. Saluo igitur eo, quod falsum testimonium dicere numquam licet, quaeritur, utrum liceat aliquando mentiri. aut si falsum testimonium est omne mendacium, uidendum est, utrum admittat conpensationem, ut dicatur uitandi maioris peccati gratia. sicut illud, quod scriptum est: honora patrem et matrem, rapiente officio potiore contemnitur: unde ultimum sepulturae honorem patri prohibetur exsoluere, qui ab ipso domino ad regnum dei adnuntiandum uocatur.

37. Item quod scriptum est: uerbum custodiens filius a perditione longe aberit; excipiens autem excipit illud sibi, et nihil falsi de ore ipsius procedit, dicit aliquis non aliud hic accipiendum esse, quod positum est: excipiens uerbum filius, nisi uerbum dei, quod est ueritas. ergo 'excipiens ueritatem filius a perditione longe aberit' refertur ad illud, quod dictum est: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. quod uero sequitur:

17 Ex. 20, 12 19 cf. Matth. 8, 22 21 Prou. 29, 27 (24, 23) 27 Ps. 5, 7

1 inspecto β 2 testis sit *Ebd* 4 debent γ 6 doctrina—fide *om. S* in ipsa] ipsa *FLbd* 10 etsi *F* ei] et *S om. F* 11 fortassis γ 16 ammittat *S* amittat *MF*γφ 18 fortionem *S* fortiore *F* contempnitur γ 19 exoluere *F*γ 21 custodiens] excipiens *E*²φφ*bd* 24 aliud hic] alias *S*¹*FE*¹ illud γ 25 *pr.* uerbum *om. M* 28 locuntur *R*γφ

excipiens autem excipit illud sibi, quid aliud insinuat, nisi quod apostolus dicit: opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semet ipso habebit gloriam et non in altero? qui enim excipit uerbum, id est ueritatem non sibi sed ut homnibus placeat, non eam custodit, cum eis uidet placeri posse mendacio. qui autem excipit sibi, nihil falsum de ore ipsius procedit, quia etiam cum placet hominibus mendacium, non mentitur ille, qui ueritatem, non de qua illis, sed de qua deo placeret, excepit sibi. itaque non est, cur hic dicatur: omnes quidem perdet, qui loquuntur mendacium, sed non omne mendacium, quando uniuersaliter omnia mendacia circumcisa sunt in eo, quod dictum est: et nihil falsi de ore ipsius procedit. sed dicit alius ita esse accipiendum, sicut accepit apostolus Paulus, quod ait dominus: ego autem dico uobis, non iurare omnino. nam et hic omnis iuratio circumcisa est, sed ab ore cordis, ut numquam uoluntatis adprobatione fieret, sed necessitate infirmitatis alterius, id est a malo alterius, cui non aliter uidetur persuaderi posse quod dicitur, nisi iurando fides fiat; aut ab illo malo nostro, quod huius mortalitatis adhuc pellibus inuoluti cor nostrum non ualemus ostendere: quod utique si ualeremus, iuratione opus non esset. quamquam etiam in hac tota sententia, si, quod dictum est: custodiens uerbum filius a perditione longe aberit, de ipsa dictum est ueritate, per quam facta sunt omnia, quae incommutabilis semper manet, quoniam doctrina religionis ad eam contemplandam perducere nititur, potest uideri ad hoc esse dictum: et nihil falsi de ore

2 Gal. 6, 4 12 Prou. 29, 27 (24, 23) 15 Matth. 5, 34 23 Prou. 29, 27 (24, 23) 24 cf. Ioh. 14, 6; 1, 3

1 illū γ quod γ^1 3 gloriam habet *S* gloriam habebit *F*β 5 eis] eius *S* 6 placere *S* 7 qui φ 8 de *om. MR*$\beta\gamma\varphi$, *exp. in E* quia *M*φ 9 de *om. MR*$\beta\gamma\varphi$, *exp. in E* quia φ 10 hic cur *R* perdes φ 11 sed—mendacium *in mg. F* 17 ueritatis φ sed—alterius *om.* φ 18 cui] cum φ 20 quo *R*φ 22 opus *om. S* sententia tota *MR*$\gamma\varphi$ si] sit *R* si quod] sicut *SF* 23 excipiens β*E*^{2}*bd* 24 ueritatem *R* 26 ducere *S*

ipsius procedit, ut nihil falsi, quod ad doctrinam pertinet, dicat. quod mendacii genus nulla omnino conpensatione subeundum penitusque ac praecipue deuitandum est. aut si quod dictum est 'nihil falsi', absurde accipitur, si non ad omne mendacium referatur, quod dictum est 'de ore ipsius', secundum superiorem disputationem os cordis accipiendum esse contendit, qui aliquando putat esse mentiendum.

38. Haec certe omnis disputatio quamuis alternet aliis asserentibus numquam esse mentiendum et ad hoc diuina testimonia recitantibus, aliis contradicentibus et inter ipsa uerba diuinorum testimoniorum mendacio locum quaerentibus, nemo tamen potest dicere hoc se aut in exemplo aut in uerbo scripturarum inuenire, ut diligendum uel non odio habendum ullum mendacium uideatur, sed interdum mentiendo faciendum esse quod oderis, ut quod amplius detestandum est deuitetur. sed in hoc errant homines, quod subdunt pretiosa uilioribus. cum enim concesseris admittendum esse aliquod malum, ne aliud grauius admittatur, non ex regula ueritatis, sed ex sua quisque cupiditate atque consuetudine metitur malum et id putat grauius, quod ipse amplius exhorrescit, non quod amplius reuera fugiendum est. hoc totum ab amoris peruersitate gignitur uitium. cum enim duae sint uitae nostrae: una sempiterna, quae diuinitus promittitur, altera temporalis, in qua nunc sumus, cum quisque istam temporalem amplius diligere coeperit quam illam sempiternam, propter hanc, quam diligit, putat esse omnia facienda nec ulla aestimat grauiora peccata, quam quae huic uitae faciunt iniuriam et uel ei commoditatis

2 subeuncium *R* 3 poenitusque *M* aut si quod] ut sicut *ME*^{1} ut sicut quod *SR*γ ut si quod *F* at sicut φ 5 sic quod *SF*' 8 aliter (i *s. l.*) et aliis φ 9 nonquam γ ad *om. MR* 12 potest tamen *F* 13 habendo φ^1 14 illum *R* illu φ^1 nullum γ uideatur] habeatur β 16 quo *M*$\gamma\varphi$ praetiosa *S* pretiosa (*in mg.* siora) *F* 17 ammittendum *MRS* 18 ammittatur *MRS*φ^1 19 mentitur *R*φ 20 exoresit *F* exorrescit *R*γ 22 giginitur φ sint duae β 25 cęperit φ quam *alt. om. S* 26 estimat *R* 27 eius *SF* commoditati *S* commoditati *F*

aliquid inique et inlicite auferunt aut eam penitus inlata morte adimunt. itaque fures et raptores et contumeliosos et tortores atque interfectores magis oderunt quam lasciuos, ebriosos, luxuriosos, si nulli molesti sunt. non enim intellegunt aut omnino curant, quod isti deo faciant iniuriam non quidem in illius aliquod incommodum, sed in suam magnam perniciem, cum dona eius in se corrumpunt, etiam temporalia, atque ipsis corruptionibus auersantur aeterna, maxime si iam templum dei esse coeperunt, quod christianis omnibus apostolus ita dicit: nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in uobis? quisquis templum dei corruperit, corrumpet illum deus; templum enim dei sanctum est, quod estis uos.

39. Et omnia quidem ista peccata, siue quibus iniuria fit hominibus in ipsis uitae huius commodis siue quibus se ipsi homines corrumpunt et nulli inuito nocent, omnia ergo ista peccata, etiamsi huic temporali uitae ad aliquam delectationem uel utilitatem uidentur consulere — nam nullus aliquid horum alio proposito ac fine committit — tamen ad illam uitam, quae sempiterna est, inplicatos omnibus modis inpediunt. horum autem alia sunt, quae solos facientes inpediunt, alia, quae eos etiam, in quibus fiunt. nam illa, quae utilitatis ad hanc uitam pertinentis gratia seruantur, cum auferuntur ab iniuriosis, illi soli peccant et a uita aeterna inpediuntur, qui ea faciunt, non hi, quibus faciunt. itaque etiamsi ea sibi auferri quisque consentiat, uel ne faciat aliquid mali uel ne in his ipsis maius aliquid incommodi patiatur, non solum

10 I Cor. 3, 16. 17

1 inlicite || te φ poenitus *M* paenitus *S* 4 lusuriosos *S* luxoriosos *MR* sint *SFLEbd* nec *F'* 5 non curant γ in iniuriam *R* 8 aduersantur (d *s. l.*) *F* aeternam *MR* si iam] suã β 9 ceperunt φ 11 abitat *S* 12 corrumpit *alt. S* 15 incommodis *MR*φ*b* incommodis γ sine F^1 quibus**ipsi* φ 17 dilectionem *S* delectionem β 18 uident* φ 19 finem *R* 21 horum—inpediunt *in mg. M* 22 eos] hos *R*γφM^2 os βM^1 25 ii *Ebd* sibi] ui *S* sit ui (sit *s. l.*) *F* 27 his] id γ uinis β

non peccat, sed illud fortiter et laudabiliter, hoc utiliter et inculpabiliter facit. quae autem sanctitatis religionisque causa seruantur, cum haec uiolare iniuriosi uoluerint, etiam peccatis minoribus, non tamen iniuriis aliorum, si condicio proponitur et facultas datur, redimenda sunt. et tunc iam illa desinunt esse peccata, quae propter grauiora uitanda suscipiuntur. sicut enim in rebus utilibus, uelut in pecunia alioue aliquo commodo corporali, non uocatur damnum, quod propter maius lucrum amittitur, sic et in rebus sanctis non uocatur peccatum, quod, ne grauius admittatur, admittitur. aut si et illud damnum dicitur, quod aliquis perdit, ne amplius perdat, uocetur et hoc peccatum, dum tamen suscipiendum esse, ut amplius euitetur, ita nemo dubitet, sicut nemo dubitat cauendi maioris damni causa patiendum esse quod minus est.

XVIIII. 40. Ista sunt autem, quae sanctitatis causa seruanda sunt: pudicitia corporis et castitas animae et ueritas doctrinae. pudicitiam corporis non consentiente ac permittente anima nemo uiolat. quidquid enim nobis inuitis nullamque tribuentibus potestatem maiore ui contingit in nostro corpore, nulla inpudicitia est. sed permittendi potest esse aliqua ratio, consentiendi autem nulla. tunc enim consentimus, cum adprobamus et uolumus; permittimus autem etiam non uolentes euitandae alicuius maioris turpitudinis gratia. consensio sane ad inpudicitiam corporalem etiam castitatem animi uiolat. animi quippe castitas est in bona uoluntate et sincera dilectione, quae non corrumpitur, nisi cum amamus atque adpetimus, quod amandum atque adpetendum non esse ueritas docet. custodienda est ergo sinceritas dilectionis dei et proximi — in hac enim castitas animi sanctificatur — et agendum quibus possumus uiribus et pia supplicatione, ut cum uiolanda ad-

1 hoc—inculpabiliter *om.* φ 2 faciat *S* 6 suscipiunt *MR*γ 7 in *alt. om. SF* pecuniario *E* aliquo *E* 9 ammittitur *S* quod admittitur ne grauius admittatur *SF*β 10 amittitur γ 13 uitetur *SF* maioris—*p. 463, 19* nul *om. E* 16 pudicitia—doctrinae *in mg.* γ 18 quicquid *MR* 27 non amandum (non *s. l. m. 2*) *F* non *s. l. S om. F* 28 sinceriter *M*βγφ*b* 30 uiolando *RM*γ^2βφ uiolandum γ^1

petitur pudicitia corporis nostri, nec ipse animae sensus extremus, qui carne inplicatus est, aliqua delectatione tangatur; si autem hoc non potest, uel mentis in non consentiendo castitas conseruetur. custodienda est autem in animi castitate, quod ad dilectionem proximi pertinet, innocentia et beniuolentia, quod autem ad dei, pietas. innocentia est, qua nulli nocemus; beniuolentia, qua etiam prosumus, cui possumus; pietas, qua colimus deum. ueritas autem doctrinae, religionis atque pietatis nonnisi mendacio uiolatur, cum ipsa summa atque intima ueritas, cuius est ista doctrina, nullo modo possit uiolari: ad quam peruenire atque in illa omni modo manere eique penitus inhaerere non licebit, nisi cum corruptibile hoc induerit incorruptionem et mortale hoc induerit inmortalitatem. sed quia omnis in hac uita pietas exercitatio est, qua in illam tenditur, cui exercitationi ducatum praebet ista doctrina, quae humanis uerbis et corporeorum sacramentorum signaculis ipsam insinuat atque intimat ueritatem, propterea et haec, quae per mendacium corrumpi potest, maxime incorrupta seruanda est, ut, si quid in illa castitate animi fuerit uiolatum, habeat unde reparetur. corrupta enim auctoritate doctrinae nullus aut cursus aut recursus esse ad castitatem animi potest.

XX. 41. Conficitur ergo ex his omnibus haec sententia, ut mendacium, quod non uiolat doctrinam pietatis neque ipsam pietatem neque innocentiam neque beniuolentiam, pro pudicitia corporis admittendum sit. et tamen, si quisquam proponeret sibi sic amandam ueritatem, non tantum quae in contem-

12 cf. I Cor. 15, 53

1 nostri *om. MR* ipsę *M* 2 carni *bd* delectione β 4 autem *om.* β 5 beneuolentia *Ebd* 7 beneuolentia β*γbd* cui possumus *om. SF* 11 omni modo] omnino *F* poenitus *M* 12 cum *om. SF* in hoc φ 13 incorruptionem—induerit *om. RS* corruptionem M^1 15 illa φ 16 corporehorum *M* corpore•orum *S* 18 corrumpi] cor *MR* 19 quis β 20 repararetur *M* 21 castitē φ 25 beneuolentiam *RFLβbd* pudicitiā *R* 26 ammittendum *MRS* poneret *S*

plando est, sed etiam in uero enuntiando, quod in suo quoque rerum genere uerum est, et non aliter proferendam ore corporis sententiam, quam in animo concepta atque conspecta est, ut fidei ueridicam pulchritudinem non solum auro et argento et gemmis et amoenis praediis, sed et ipsi uniuersae temporali uitae omnique corporis bono praeponeret, nescio utrum sapienter a quoquam errare diceretur et, si hoc suis omnibus talibus rebus recte anteferret plurisque penderet. recte etiam temporalibus rebus aliorum hominum, quos innocentia beniuolentiaque sua seruare atque adiuuare deberet. amaret enim perfectam fidem non solum bene credendi ea. quae sibi excellenti et fide digna auctoritate dicerentur, sed etiam fideliter enuntiandi, quae ipse dicenda iudicaret ac diceret. fides enim appellata est in latina lingua ex eo, quia fit quod dicitur: quam manifestum est non exhibere mentientem. quae etsi minus uiolatur, cum ita quisque mentitur, ut ei nullo incommodo nullaque pernicie credatur addita etiam intentione uel salutis tuendae uel pudicitiae corporalis, uiolatur tamen, et res uiolatur in animi castitate atque sanctitate seruanda. unde cogimur non opinione hominum, quae plerumque in errore est, sed ipsa quae omnibus supereminet atque una inuictissima est ueritate etiam pudicitiae corporis perfectam fidem anteponere. est enim animi castitas amor ordinatus non subdens maiora minoribus. minus est autem, quidquid in corpore quam quidquid in animo uiolari potest. certe enim cum pro pudicitia corporali quisque mentitur, uidet quidem corrumpendo corpori suo non suam, sed alienam inminere libidinem, cauet tamen, ne saltem permittendo sit particeps.

1 etiam] et *SF* uerum *SF* 2 et in non *MR*γ proferenda *MR*γ proferendo F^2 3 ore] motu *MR*$\gamma\beta b$ sententia *MR*γ 5 et *prim. om.* φ geminis γ amenis β sed et] atque *MSR*$\gamma\varphi$ uniuerse *MR* 6 boni *S* praeponere $R\gamma^1$ 10 beneuolentiaque βbd 12 excellent *S* et] ac *S*γ dediqna φ 13 ac diceret *om.* φ 14 quia] quod F^1 15 exibere $F\beta$ 19 uiolatur *om.* γ 20 in opinione $\beta\varphi$ 22 est *om. F* 23 antepenere *R* 24 quicquid *SM* 27 corrumpendi SF^1 28 saltim *MRS*β

permissio uero illa ubi nisi in animo est? etiam corporalis ergo pudicitia corrumpi nisi in animo non potest: quo non consentiente neque permittente nullo modo recte dicitur uiolari pudicitia corporalis, quidquid in corpore fuerit aliena libidine perpetratum. unde colligitur multo magis animi castitatem seruandam esse in animo, in quo tutela est pudicitiae corporalis. quamobrem quod in nobis est, utrumque sanctis moribus et conuersatione muniendum est atque sepiendum, ne aliunde uioletur. cum autem utrumque non potest, quid pro quo sit contemnendum quis non uideat? cum uideat, quid cui sit praeponendum, animus corpori an corpus animo, animi castitas pudicitiae corporis, an pudicitia corporis castitati animi, et quid magis in peccatis cauendum, permissio facti alieni an commissio facti tui.

XXI. 42. Elucet itaque discussis omnibus nihil aliud illa testimonia scripturarum monere nisi numquam esse omnino mentiendum, quandoquidem nec ulla exempla mendaciorum imitatione digna in moribus factisque sanctorum inueniantur, quod ad eas adtinet scripturas, quae ad nullam figuratam significationem referuntur, sicuti sunt res gestae in Actibus apostolorum. nam domini omnia in euangelio, quae inperitioribus mendacia uidentur, figuratae significationes sunt. et quod ait apostolus: omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem, non eum mentiendo, sed conpatiendo fecisse recte intellegitur, ut tanta caritate cum eis liberandis ageret, ac si ipse in eo malo esset, a quo illos sanare cupiebat. non est igitur mentiendum in doctrina pietatis; magnum enim scelus est et primum genus detestabilis mendacii. non est

23 I Cor. 9, 22

7 scissimis φ 8 saepiendum $R\varphi$ alicunde βγ 9 pro quo sit] prosit (*in mg.* pro alio sit) *F* prosit *S* 10 contem*nendum *S* 12 casti**** *M* 13 facta *S* 16 nonquam γ omnino esse *F* 18 imitationem *R* 19 figuratam] figurationem *M* 20 res *om. SF* gesta *SF* 21 domini *om. F* quae in euangelio (*sic coni.*) *F'* 24 eum] enim F^1 ea F^2 25 recte] certe φ tanta castitate SF^1 27 est *om. Eug* magnam *M*

mentiendum secundo genere, quia nulli facienda est iniuria. non est mentiendum tertio genere, quia nulli cum alterius iniuria consulendum est. non est mentiendum quarto genere propter mendacii libidinem, quae per se ipsam uitiosa est. non est mentiendum quinto genere, quia nec ipsa ueritas fine placendi hominibus enuntianda est, quanto minus mendacium, quod per se ipsum, quia mendacium est, utique turpe est! non est mentiendum sexto genere; neque enim recte etiam testimonii ueritas pro cuiusquam temporali commodo ac salute corrumpitur. ad sempiternam uero salutem nullus ducendus est opitulante mendacio; non enim malis conuertentium moribus ad bonos mores conuertendus est, quia, si erga illum faciendum est, debet etiam ipse conuersus facere erga alios atque ita non ad bonos, sed ad malos mores conuertitur, cum hoc ei praebetur imitandum conuerso, quod ei praestitum est conuertendo. neque septimo genere mentiendum est; non enim cuiusquam commoditas aut salus temporalis perficiendae fidei praeferenda est. nec si quisquam in recte factis nostris tam male mouetur, ut fiat etiam animo deterior longeque a pietate remotior, propterea recte facta deserenda sunt, cum id nobis praecipue tenendum sit, quo uocare atque inuitare debemus, quos sicut nosmet ipsos diligimus, fortissimoque animo bibenda est apostolica illa sententia: aliis quidem sumus odor uitae in uitam, aliis odor mortis in mortem. et ad haec quis idoneus? nec octauo genere mentiendum est, quia et in bonis castitas animi pudicitia corporis et in malis id, quod ipsi facimus, eo quod fieri sinimus maius est. in his autem octo generibus tanto quisque minus peccat, cum mentitur, quanto emergit ad octauum, tanto amplius, quanto deuergit

23 II Cor. 2, 16

4 ipsa *MR*φ 5 fine] sine β 6 hominibus *om.* γ 10 dicendus β 13 ipse] ille *F* alios] filios F^1 14 ei *F* 15 praebet *S* prestitutū *M* 16 est *om.* γ 18 si *om.* φ 20 rectis γ 22 fortismoque *M* 27 fieri] seris φ 29 octauum] primum *in ras. S* tanto—primum *om. S* mergit̄ *F* mergit *LRM*φγ^1 emergit βγ^2 deuergit *E* emergit *Eug*

ad primum. quisquis autem esse aliquod genus mendacii, quod peccatum non sit, putauerit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum.

43. Tanta porro caecitas hominum animos occupauit, ut eis parum sit, si dicamus quaedam mendacia non esse peccata, nisi etiam in quibusdam peccatum dicant esse, si mendacium recusemus, eoque perducti sunt defendendo mendacium, ut etiam primo illo genere, quod est omnium sceleratissimum, dicant usum fuisse apostolum Paulum. nam in epistula ad Galatas, quae utique sicut ceterae ad doctrinam religionis pietatisque conscripta est, illo loco dicunt eum esse mentitum, ubi ait de Petro' et Barnaba: cum uidissem, quia non recte ingrediuntur ad ueritatem euangelii. cum enim uolunt Petrum ab errore atque ab illa, in quam inciderat, uiae prauitate defendere, ipsam religionis uiam, in qua salus est omnibus, confracta et comminuta scripturarum auctoritate conantur euertere. in quo non uident non solum mendacii crimen, sed etiam periurii se obicere apostolo in ipsa doctrina pietatis, hoc est in epistula, in qua praedicat euangelium; ibi quippe ait, priusquam ista narraret: quae autem scribo uobis, ecce coram deo quia non mentior. sed iam sit huius disputationis modus, in cuius totius consideratione et pertractatione nihil prae ceteris cogitandum atque orandum est quam illud, quod idem apostolus dicit: fidelis deus, qui non uos sinet temptari supra quam potestis

12 Gal. 2, 14 20 Gal. 1, 20 24 I Cor. 10, 13

3 deceptorem] acceptorem *M* 4 porro tanta γ animas *SFL* 5 *uoce* sit *finitur fol. 94ª codicis M; cetera pars folii praesecta est* 6 esse dicant γ 10 galathas *RSF*βγ² 11 eum *om.* βγφ mentitū *ex* mentiendum φ 14 ceciderat *F*φ 15 prauitatem *R* 16 comminuta] commutata *S* auctoritate scripturarum *F* 18 periurio *F*¹ apostolum *F* 19 est *er. in S* praedicatur *S* 20 ibi] ubi γφ *uoce* ista *incipit fol. 94ᵇ cod. M* 21 uobis *om. SW* quia *om. SW* 22 deputationis φ tutius *SW* 23 et pertractatione *om. SFW*

ferre, sed faciet cum temptatione etiam exitum, ut possitis sustinere.

1 etiam cum temptatione *F* exitus φ 2 amen *F'* *a codicibus M fol. 94ᵇ et R fol. 185ᵇ subscriptio abest* Explicit liber beati Augustini de mendacio *fol. 46ᵃ S, fol. 137ᵇ E* Explicit liber sci Augustini presbiteri de mendatio *fol. 157ᵃ F a codice* γ *fol. 13ᵇ subscriptio abest* Explicit liber de mendatio Aurelii Augustini doctoris contra mendatium liber incipit ad Consentium *fol. 25ᵃ* β Explicit de mendacio Aurelii Augustini liber do gratias *fol. 255ᵇ* φ *Codicis L partes tantum comparaui*

X.

S. Aureli Augustini

ad Consentium contra mendacium

M = codex Monacensis 14431 s. VIIII.
R = codex Regius 1924 s. VIIII.
T = codex Trecensis 898 s. VIIII.
Ch = codex Carnutensis 104 s. X.
φ = codex Riccardianus 256 s. VIIII—X.
B = fragmentum codicis Cheltenhamensis 16278. 229 s. VIIII.
C = codex Cassinensis 168 s. XI.
P = codex Cluniacensis (nouv. acqu. 1448) s. XI.
O = codex Colbertinus 2729 s. XI.
F = codex Trecensis 610 s. XII.
L = codex Trecensis 40 uol. 2 s. XII.
γ = codex Regius 2044 s. XIII.
V = Vaticanus 448 s. XII.
W = codex Vindobonensis 984 s. XIII.
ϛ = codex Vossii Leidensis 49 s. XIII.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1686.

X.

AD CONSENTIVM CONTRA MENDACIVM.

I. 1. Multa mihi legenda misisti, Consenti frater carissime, multa mihi legenda misisti. quibus rescripta dum praeparo et aliis atque aliis magis urgentibus occupationibus distrahor, emensus est annus atque in eas me detrusit angustias, ut quomodocumque rescriberem, ne arridente iam tempore nauigandi perlatorem remeare cupientem diutius detinerem. itaque omnibus, quae mihi Leonas dei famulus abs te adtulit, et mox ut ea sumpsi et postea cum haec dictare iam uellem euolutis atque perlectis et quanta potui consideratione perpensis ualde sum tuo delectatus eloquio et sanctarum memoria scripturarum ingeniique sollertia et dolore, quo neglegentes catholicos mordes, et

2 Sc̄i Augustini contra mendacium liber 1 *fol. 96*^{b} *R* Item liber beati Augustini aduersus Consentium contra mendacium *fol. 43 T* Contra mendacium *fol. 95*^{a} *M Titulo uacuum spatium rel. in* φ Contra Consentium *fol. 51*^{a} *Ch Codex O ab initio mutilus* Incipit contra mendacium ad Consentium *fol. 124*^{a} *P* Incipit liber sc̄i Augustini ad Consentium contra mendacium *fol. 70*^{b} *F'* Incipit liber sc̄i Augustini contra mendacium ad Consentium *fol. 67 L* Aurelii Augustini doctoris contra mendatium liber incipit ad Consentium *fol. 25*^{a} β Augustinus de mendacio ad Consentium *fol. 43*^{b} *V* Incipit eiusdem ad Consentium contra mendatium *fol. 13*^{b} γ 3 multis *ChF'L* michi *Lγ C* karissime *RC* 4 multa—misisti *om. TChFLPV*φγ rescripta dum] rescriptum *V* 5 atquae φ magis *om. V* urguentibus *TM*φγ surgentibus *FLW* distraho. remensus *CR* 6 atque emensus *V* est *om. V* atque *om. V* eas** *Ch* detrusit me γ construsit *F'LP* construxit *RTCh* 8 latorem *VW* detinere *MRC* 10 sum*si *T* post γ cum] quā *V* haec] ea *R* euolutis (i *ex* a) *T* 11 potu *V* sum tuo] sumptuoso *V* sūp tuo φ 12 dilectatus *TCh* de*lectatus φ delectatus sum *V* 13 dolore uel liuore *V* neclegentes φ

zelo, quo aduersus etiam latentes haereticos frendes. sed non mihi persuadetur eos de latebris suis nostris esse mendaciis eruendos. ut quid enim eos tanta cura uestigare atque indagare conamur, nisi ut captos in apertumque productos aut etiam ipsos ueritatem doceamus aut certe ueritate conuictos nocere aliis non sinamus? ad hoc ergo, ut eorum mendacium deleatur siue caueatur, dei autem ueritas augeatur. quomodo igitur mendacio mendacia recte potero persequi? an et latrocinio latrocinia et sacrilegio sacrilegia et adulterio sunt adulteria persequenda? si autem ueritas dei in meo mendacio abundabit, numquidnam et nos dicturi sumus: faciamus mala, ut ueniant bona? quod uides quemadmodum detestetur apostolus. quid est enim aliud 'mentiamur, ut haereticos mendaces ad ueritatem adducamus', nisi: faciamus mala. ut ueniant bona? an aliquando bonum est mendacium uel aliquando mendacium non est malum? cur ergo scriptum est: odisti, domine, omnes, qui operantur iniquitatem; perdes omnes qui loquuntur mendacium? non enim aliquos excepit aut indefinite dixit 'perdes loquentes mendacium', ut quosdam, non omnes intellegi sineret, sed uniuersalem sententiam protulit dicens: perdes omnes qui loquun-

10 Rom. 3, 7. 8 17 Ps. 5, 6. 7

1 quoq φ etiam *om. V* frendes. sed] frendisset *TCh*^{1} 2 eos *om. V* eruendos mendaciis γ mendatiis *R*^{1}*P*^{2} mendatiis se β 3 seruandos *TCh* tanta cura eos *FL* inuestigare (in *s. l*) *R*φ,*FLV* atquae φ a••que *Ch* 4 ut nisi *V* captus *TCh* productus *Ch* 5 conuictus *Ch* conuinctos *C* 6 aliis] illis *P* ad] ob *T*^{1} ab *T*^{2}*Ch*^{1} at *R* ergo *om. W* 7 autem *om. V* igitur *om.* γ 8 mendatia mendatio γ mendatio (*semper fere* t) *R*φγ mendacium *V* mendacia *om. V* rectę *R* persequi (i *s. ras.*) *Ch* 9 sacrilegia *om.* φ^1 adulteria sunt β adulteria *om. V* 11 et habundabit *TCh* habundabit *R*^{1}φγ habundauit *R*^{2} habundauerit *V* numquidnam et] numquinanet *Ch* numquidnān *T* numquid *V* 12 quemammodum φ quomodo *L* detestatur *V* 13 apostulus *M* 15 uel aliquando mendacium *om.* φ 16 quur *TC* 17 domine *om. FL* 18 perdes (des *s. l. m. rec.*) *Ch* locuntur (*semper fere* c) φ*RTV*γ mendatium (*semper fere* t) *P* 19 indifinite *T* indefinite (*init.* in *s. l.*) *R* 20 siniret *Ch* 21 dicens *om. FL*

tur mendacium. an quia non dictum est: perdes omnes qui loquuntur omne mendacium uel qui loquuntur quodcumque mendacium, ideo putandum est locum alicui relaxatum esse mendacio? ut scilicet sit aliquod mendacium, quod qui loquuntur non eos deus perdat, sed eos omnes perdat, qui loquuntur iniustum mendacium, non quodcumque mendacium, quia inuenitur et iustum, quod utique laudis debet esse, non criminis?

II. 2. Nonne cernis, quantum adiuuet haec disputatio eos ipsos, quos pro magna uenatione mendaciis nostris capere molimur? Priscillianistarum est enim, sicut ipse monstrasti, ista sententia: cui comprobandae adhibent testimonia de scripturis exhortantes suos ad mentiendum tamquam exemplis patriarcharum, prophetarum, apostolorum, angelorum, non dubitantes addere etiam ipsum dominum Christum nec se aliter arbitrantes ueracem suam ostendere falsitatem, nisi ueritatem dicant esse mendacem. redarguenda sunt ista, non imitanda; nec in eo malo debemus Priscillianistarum esse participes, in quo ceteris haereticis conuincuntur esse peiores. ipsi enim soli uel certe maxime ipsi reperiuntur ad occultandam suam quam putant ueritatem dogmatizare mendacium atque hoc tam magnum malum ideo iustum existimare, quia

1 an quia] in qua *V* 2 omne—loquuntur *om. V* omne] iniustum *FL* quocumque *TCh* quodcunque *L* quodcumquae φ 3 ideoque *V* esse relaxatum γ 4 scilicet sit] licet sit (*in mg. m. 2*) *V* 5 loquntur *T* perdat *om. FL* 6 non] si β^1 non—mendacium *om. W* quodcunque (n *semper*) *L* 7 iniustum *MCW*φ^1 debet *ex* habet *Ch* non] in *T* 9 cernitis φ 10 uenęratione φ 11 molimor *Ch* priscilianistarum *ChT*^{1}φ priscillanistarum β^1 12 ista] ipsa *FL* conprobandae φ probande *V* probandae *T* cūprobandae *P* testimonium *FL* 13 exortantes *T*^{1}φβ exhorrantes (τ *s. l*) *R om. V* ad mentiendum suos *V* 15 etiam addere *V* dn̄m ipsum dn̄m xp̄m *C* 16 alter *Ch* autem β 18 imitenda *Ch*^{1} esse priscillianistarum *V* prisciani-starum φ^1 priscilianistarum *Ch*φ^2*T* 19 nonuincuntur φ^1 20 enim *s. l. Ch* ipsi maxime certe *V* repperiuntur *T* 21 dogmatizarem *M* dogmanizare *T* 22 estimere *V*

dicunt in corde retinendum esse, quod uerum est, ore autem ad alienos proferre falsum nullum esse peccatum et hoc esse scriptum: qui loquitur ueritatem in corde suo; tamquam hoc satis sit ad iustitiam, etiamsi loquatur quisque in ore mendacium, quando non proximus, sed alienus hoc audit. propterea etiam putant apostolum Paulum, cum dixisset: deponentes mendacium loquimini ueritatem, statim addidisse: unusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra, ut uidelicet cum eis, qui nobis in societate ueritatis proximi non sunt neque, ut ita dicam, commembres nostri sunt, loqui liceat oporteatque mendacium.

3. Quae sententia sanctos martyres exhonorat, immo uero aufert sancta omnino martyria. iustius enim sapientiusque facerent secundum istos, si persecutoribus suis non se confiterentur esse christianos nec eos sua confessione facerent homicidas, sed potius mentiendo et negando quod erant, et ipsi saluum haberent carnis commodum cordisque propositum et illos conceptum animo scelus inplere non sinerent. non enim proximi eorum erant in fide christiana, ut cum eis deberent loqui ueritatem in ore suo, quam loquebantur in corde suo, sed ipsius ueritatis insuper inimici. si enim Iehu, quem sibi inter ceteros ad exemplum mentiendi prudenter uidentur intueri, seruum Bahalis se esse mentitus est, ut

3 Ps. 14, 2 6 Eph. 4, 25 21 cf. IV Reg. cap. 10

1 quo *Ch* orę *Ch* 2 falsum *post* esse *Ch* falsum esse nullum *C* hoc *om. Ch* 4 oc *C* etiamsi] si *V* 5 alienos *ChT*^{1} 6 propterea hoc φ putant etiam *bd* 8 addidisse (di *alt. s. l.*) *R* quia] quoniam γ 9 menbra *T* 10 ueritas *T*^{1} ueritatis (tis *s. l.*) *Ch* conmembres *R* 12 sentia *Ch* sententia* *R* scorū *TCh* martires *ChV* exonorat *R* inhonorat *V* uero] omnino *V* 13 omnino sancta γ 14 persequtoribus *V* confiteretur *RM* 16 omicidas *T*^{1} set *C* 17 ipsum *V* commodum carnis β comodum φ propositam *ChT*^{1} 18 concepto *R*^{2} conceptu *ChT*^{1} animo** *Ch* scelos *ChT*^{1} scaelus *R* 19 ut *om. TCh* loqui eis ueritatem deberent γ 20 hore *C* 21 inimici ueritatis ueritatem celarent *V* insuper *om. V* Iehu] ieu *MChRC*γ iesu *W*^{1} eum *P* ille *FL* hieu β iheu *W*^{2} 23 uidentur] noluerunt *V* baalis *Vbd*

seruos eius occideret, quanto iustius secundum istorum peruersitatem tempore persecutionis seruos daemonum se mentirentur serui Christi, ne serui daemonum seruos occiderent Christi, et sacrificarent idolis, ne interficerentur homines, si sacrificauit ille Bahali, ut interficeret homines? quid enim eis obesset secundum egregiam doctrinam mendaciloquorum, si diaboli cultum mentirentur in corpore, quando dei cultus seruabatur in corde? sed non sic intellexerunt apostolum martyres ueri, martyres sancti. uiderunt quippe tenueruntque quod dictum est: corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem, et: in ore eorum non est inuentum mendacium, ac sic inreprehensibiles abierunt, ubi temptari a mendacibus ulterius non cauebunt, quia mendaces amplius in suis caelestibus coetibus uel alienos uel proximos non habebunt. illum uero Iehu mendacio inpio et sacrificio sacrilego occidendos inpios et sacrilegos inquirentem non imitarentur, nec si de illo qualis fuisset eadem scriptura tacuisset. cum uero scriptum sit eum rectum cor non habuisse cum deo, quid ei profuit, quod pro nonnulla oboedientia, quam de domo Achab omnino delenda pro cupiditate suae dominationis exhibuit, aliquantam mercedem transitoriam regni

10 Rom. 10, 10 11 Apoc. 14, 5

1 iustius] plus *V* 2 seruus *TCh* se—daemonum *om. MRC* si *TCh* se mentirentur *om. W* mentientur *Ch* 3 Christi—daemonum *om. W* seruus *Ch* domonum *Ch* occiderent (nt *s. l.*) *R* 4 hidolis *V* 5 baali *CVbd* interficere *ChT*^{1} interficerent *W* 6 mendacilocorum *RT* mendacium *V* 7 diabuli *M* mentirent *RM* corpore] ore *V* 8 apostoli *FL* martyres ueri *om. RMC* 10 dictum] scriptum *Tbd* ore autem *TCh*^{2} 12 hac *R* 13 ualebunt *ex* cauebunt φ quia (i *s. l.*) φ mendacibus *V* 14 coelestibus *T* cetibus *L* 15 proximus *Ch* Iehu] ieu *RMTChP*γ iheu *W*^{2}*FL* hieu β hiesum *V* iesu *W*^{1} 16 sacrilegio *R* occidendo *T* impius *ChT*^{1} 17 imitati sunt *V* 18 tacuisse *Ch* tacuit *V* abuisse *T*^{1} 19 ei *s. l. R* quod cū *W* nonnulla (non *s. l.*) *M* nulla *R*γ 20 quod *T* demo *Ch* acab *ChT*^{1} cupiditatę *Ch* 21 dominationes *V* exibuit β temporalis regni γ

temporalis accepit? ad sententiam potius ueridicam martyrum defendendam te, frater, exhortor, ut sis aduersus mendaces non mendacii doctor, sed ueritatis assertor. nam diligentius. obsecro, adtende, quod dico, ut inuenias quam sit cauendum. quod zelo quidem laudabili aduersus inpios, ut possint comprehendi et corrigi uel uitari, sed tamen incautius docendum putatur.

III. 4. Mendaciorum genera multa sunt, quae quidem omnia uniuersaliter odisse debemus. nullum est enim mendacium, quod non sit contrarium ueritati. nam sicut lux et tenebrae, pietas et inpietas, iustitia et iniquitas, peccatum et recte factum, sanitas et inbecilitas, uita et mors, ita inter se sunt ueritas mendaciumque contraria. unde quanto amanus istam. tanto illud odisse debemus. uerumtamen sunt quaedam mendacia, quae credere nihil obsit, quamuis etiam tali mentiendi genere fallere uoluisse mentienti sit noxium, non credenti. tamquam si frater ille seruus dei Fronto in his, quae tibi indicauit — quod absit — aliqua mentiretur, sibi nocuisset profecto, non tibi, quamuis tu omnia credidisses sine tua iniquitate narranti, quoniam siue illa ita gesta sint siue non ita, non habent tamen aliquid, quod si quis crediderit ita esse gestum, etiamsi non ita sit gestum, regula ueritatis et doctrina salutis aeternae iudicetur esse culpandus. si autem hoc quisque mentiatur, quod si quis crediderit aduersus doctrinam Christi haereticus erit, tanto est nocentior mentiens, quanto

1 sentię *Ch* potius *om. V* ueraedicam *TCh* ueredicam *P* 2 defendam *Ch* deferendam *V* exortor T^1 3 asertor *V* 4 adtende φ^1 5 laudabilia *W* impius *Ch* 7 putatur multa genera mendaciorum *RMCW*^{1} 9 odisse] ostendisse *V* enim est *V* enim mendacium est β 10 ueritati contrarium *V* ueritatis *C* 11 rectum *TCh* 13 et mendacium *V* quando *TCh* 14 tanto *ex* toto *m. 2 R* uerumtamen (n *semper*) *L* 15 nichil (*semper* ch) *L*γ 16 mentiendi *T* 17 hiis β iis *bd* 18 non mentiretur *V* sibi *om. TCh* nocuisse *TCh* 19 tua *TCh* creddisses *Ch* 21 tamen] tale *TCh* ita crediderit *V* 22 etiamsi (si *s. l.*) *M* ut regula *FL* 23 interne *V* culpandus esse *V* 24 mentiatur] nuntiat *V* 25 hereticos *Ch* nocentior est $V\beta$ no*centior *T*

miserior credens. uide ergo, quale sit, si aduersus doctrinam Christi mentiti fuerimus, quod quisquis crediderit interibit, ut inimicos eiusdem doctrinae capiamus, quos ad ueritatem, dum nos ab ea recedimus, adducamus, immo uero cum mendaces mentiendo capimus, mendacia peiora doceamus. aliud est enim quod dicunt, quando mentiuntur, aliud quando falluntur. nam cum haeresim suam docent, ea dicunt, in quibus falluntur; quando autem se dicunt sentire, quod non sentiunt, uel non sentire quod sentiunt, ea dicunt, in quibus mentiuntur. quod eis quisquis credit, etsi eos non inuenit, ipse non perit. a regula quippe catholica non recedit, qui haereticum catholica dogmata mendaciter profitentem catholicum credit. ac per hoc non est ei perniciosum, quia in hominis mente, de qua latente non potest iudicare, non in dei fallitur fide, quam debet insitam custodire. porro autem, quando haeresim suam docent, quisquis eis crediderit putando ueritatem, erit particeps ut erroris ita damnationis illorum. sic fit, ut, cum illi sua nefaria dogmata fabulantur, in quibus mortifero errore falluntur, tunc quisquis crediderit, pereat, nos autem quando catholica dogmata praedicamus, in quibus rectam fidem tenemus, tunc si crediderit, inueniatur quicumque perierat; quando uero, cum sint Priscillianistae, ut sua uenena non prodant, nostros se esse mentiuntur, quisquis nostrum eis credit etiam illis latentibus ipse catholicus per-

1 qualeꝫ φ 3 doctrinā *W* quod *VM*^{1}β 4 adducimus *V* 5 docemus *V* 6 enim est *V* quo *ChT*^{1} dictum β mentitur *RM* 7 heresem *TCh* heresim *R*γ 9 quod non sentiunt uel non sentire quod sentiunt ea dicunt *sqq. MC* 10 quisquis eis *FL* eius *TCh* 11 peribit *V* 12 catholicum dogma *FL* proferente β 13 hac *T* pernitiosum *TV*φ 14 de *om. V* de qua latente non] de qualitate nemo *C* latent *V* late ne *R* 16 heresim *TL*γ 17 error ista *T*^{1}*Ch* et damnationis *bd* dampnationis *V* illorum] eorum β sic] sit *T* 18 ut] aut̃ (a *s. l.*) *T* in—falluntur *om. TCh* 19 errore mortifero *V* 20 qui *Ch*^{1} 21 si⁊ φ crediderit *ex* dederit *Ch* inuenitur *FL* quaecumque φ^{1} 22 priscilianistae *M* 23 non (*del. assign.*) φ *om. V* nostris *T* 24 credit eis *V* credito *R* in illis *R* catholicus ipse γ

seuerat; nos contra ut ad eorum perueniamus indaginem, si Priscillianistas nos esse mentimur, quia eorum tamquam nostra sumus dogmata laudaturi, quisquis ea crediderit, aut confirmabitur apud eos aut transferetur ad eos interim statim. quid autem hora superuentura pariat, utrum inde postea liberentur uera dicentibus nobis, qui decepti sunt fallentibus nobis, et utrum audire uelint docentem, quem sic experti sunt mentientem, quis nouerit certum? quis hoc esse ignoret incertum? ex quo colligitur perniciosius aut, ut mitius loquar, periculosius mentiri catholicos, ut haereticos capiant, quam mentiuntur haeretici, ut catholicos lateant, quoniam quisquis credit catholicis mentiendo temptantibus, aut efficitur aut confirmatur haereticus, quisquis autem credit haereticis mentiendo sese occultantibus, non desinit esse catholicus. quod ut fiat planius, aliqua exempli gratia proponamus et ex eis potissimum scriptis, quae mihi legenda misisti.

5. Ecce constituamus ante oculos callidum exploratorem accedere ad eum, quem Priscillianistam esse praesenserit, et Dictinii episcopi uel cogniti uitam uel incogniti famam laudare mendaciter; est hoc tolerabilius adhuc, quia ille putatur fuisse catholicus atque ex illo errore correctus. deinde Priscillianum — hoc enim sequitur in arte mentiendi — uenerabiliter

19 Dictinii Libra

1 ad *om.* *ChT*^{1} ut indaginem (ut *exp. m. 2*) *T* ut indaginem *Ch* 2 mentitur *R* mentiamur *LF*γ^1 nostrā *TCh* 3 eos *V* 4 aput *RT* statim aut transferetur ad eos interim *V* interim] interitu β quit *V* 5 ora *T* 6 falsantibus *V* 7 uelint audire γ dicentem *T om. P* quem sic] qui *FL* 8 esse hoc *TCh* ignoret esse β 9 pernitiosius φ 10 mentire *TCh* hereticos (e *pro* ae *semper fere omnes codd.*) 11 catholicus *R* chatholicos *T* credit—autem *om.* φ 13 hereticos *ChT*^{1} hereticos *T* mentiendos *R* mentiendos φ 14 sese] esse *R* se *V* desinit *T* catholicos *ChT*^{1} 15 panius *T*^{1} aliquo *V* aliqua (li *s. l.*) φ proonamus *V* 16 scriptus *Ch*^{1} scriptū *V* quem *R* misisti legenda γ 17 exploratorem callidum *V* 18 quaem φ priscilianistam *M*φ 19 dictynii *WRMCh* dictuni *V* dictinii *TPFLC* 20 mendatiter *TCh* 21 errore—sequitur *om.* *T* priscilianum *M* 22 artem *TCh*

commemoraturus est, hominem inpium et detestabilem et pro suis nefariis sceleribus criminibusque damnatum. in qua eius uenerabili commemoratione si forte ille, cui retia tenduntur huius modi, firmus Priscillianista non fuerat, hac eius praedicatione firmabitur. cum autem ad cetera explorantis sermo processerit et dicentis misereri se eorum, quos tantis errorum tenebris tenebrarum auctor inuoluerit, ut honorem animae suae et claritatem diuinae prosapiae non agnoscant, tum deinde Dictinii librum, cuius nomen est Libra, eo quod petractatis duodecim quaestionibus uelut unciis explicatur, tantis extulerit laudibus, ut talem Libram, qua horrendae blasphemiae continentur, multis librarum auri milibus pretiosiorem esse testetur, nempe haec astutia mentientis animam credentis interficit aut iam interfectam in eadem morte demergit ac deprimit. sed, inquies, postea liberabitur. quid? si non fiat, siue aliquo interueniente inpedimento, ne coepta conpleantur, siue obstinatione mentis haereticae rursus eadem negantis, etiamsi aliqua iam coeperat confiteri? praesertim quia, si cognouerit se ab alieno fuisse temptatum, eo ipso audacius illa, quae sentit, studebit occultare mendacio, quando id inculpate fieri multo certius didicerit etiam ipsius sui temptatoris exemplo. hoc quippe in homine, quod ueritatem tegendam

1 commemoratus *FLV*β hominum *Ch* 3 cūmemoratione *Ch* 4 huius modi] qui usque modo (q *et* que *add. m. 2*) *T* uiusmodi *Ch* prescillianista *T* pristilianista (c *M*) *MCh* 5 autem] hoc *W* ad] a *ChT*^{1} de *C* 6 processerit *om. RMC* misereris *RP* se *om. RP* quos] post *TCh* tantū *P* 7 actor *V* 8 diuinae *om. P* prosepiae *RM* prosapientia *P* agnoscunt *ChT*^{1} tunc *TCh* 9 dictynii *WRTP* dictuni *V* libraę φ pertractis *W* 10 uel⁹ et *T* ueluti *V* uncis *C* unicus *P* unci⁹is *T* 11 librum γ quo γ 12 praetiosiorem *R*φ pretiosior *T* preciosior *Ch* 14 eandem γ mortem *R*γ deprimit ac demergit β hac *T* 16 siue] aut *V* cepta *RChL*γ 17 in obstinatione *T* 18 aliquam *MC* ceperat *TCh* ceperant *V* praesertim *om. V* 19 alie non *M* alieno non *C* 20 illa] ea γ sentitis *TM* id *om. V* 22 exemplo *ante* ipsius *in bd* exemplū *TCh*^{2} quod] quoad *V* qui *bd*

putat esse mentiendo, qua tandem fronte culpabimus et damnare audebimus, quod docemus?

6. Remanet igitur, ut, quod sentiunt Priscillianistae secundum haeresis suae nefariam falsitatem de deo, de anima, de corpore, de ceteris rebus, non dubitemus ueraci pietate damnare; quod autem sentiunt, ut ueritas occultetur, esse mentiendum, sit nobis et illis — quod absit — dogma commune. hoc tam magnum malum est, ut etiamsi conatus hic noster, quo eos per mendacium capere cupimus et mutare, ita prosperetur, ut eos capiamus atque mutemus, nullis lucris compensentur haec damna, quibus et nos cum ipsis pro eorum correctione deprauamur. per hoc namque mendacium et nos erimus ex ea parte peruersi et ipsi semicorrecti, quandoquidem istuc, quod putant esse pro ueritate mentiendum, non in eis corrigimus, quia idem nos didicimus et docemus et fieri oportere praecipimus, ut ad eos emendandos peruenire possimus. quos tamen non emendamus, quibus mendum, quo uerum tegendum existimant, non auferimus, sed nos potius inmendamur, cum per tale mendum eos quaerimus nec inuenimus. quemadmodum eis conuersis credere ualeamus, quibus peruersis mentiti sumus, ne forte, quod ut caperentur sunt passi, faciant capti, non solum quia facere consuerunt, sed quia et in nobis, ad quos ueniunt, hoc inueniunt.

1 mentiendum *V* quo T^1 fronte tandem *V* 3 priscilianistae *RM* 4 nefarie *V* animo *FL* 5 et de ceteris *bd* 6 ut (*s. l. m. 2*) *Ch* 8 tam] tamen *FL* hic noster conatus β noster hic *V* 9 prosperatur *FL* 10 mutemus *m. 2 pro* sumus β 11 ipsis] illis ę illorum *bd* 12 correctionē *Ch* correptione* *T* correptione γ deprauamus γφ nanque *LV* 13 illi β*bd* semicorecti T^1 14 istud *ChFLTV*βγφ*bd* pro ueritate *om.* γ ueritate* *T* 15 didicimus ę dicimus *V*βγ*b* 17 mendum] mentiendum *RTCh*βγ mendacium *FLV* uero *TCh* 18 existimamus *FL* existimat *M* inmendamur] inemendamur *FL* emmendamur *P* emendemus *V* 19 cum] dum *V* talem *TCh* mendendum *R* mendacium *FLV*βγ eos *s. l. R* 20 quemammodum φ 22 fatiant *Ch* quę (e *ex* i) *T* consueuerunt *bd*

IIII. 7. Et quod est miserabilius, etiam ipsi iam quasi nostri effecti, quemadmodum nobis credant, reperire non possunt. si enim suspicentur etiam ipsa catholica dogmata nos mendaciter loqui, ut nescio quid aliud occultemus, quod uerum putamus, certe talia suspicanti dicturus es: hoc tunc ideo feci, ut caperem te. sed quid respondebis dicenti: unde igitur scio, utrum etiam nunc id facias, ne capiaris a me? an uero cuiquam persuaderi potest hominem non mentiri, ne capiatur qui mentitur, ut capiat? uidesne, quo tendat hoc malum? ut scilicet non solum nos illis ipsique nobis, sed omnis frater omni fratri non inmerito uideatur esse suspectus. atque ita, dum per mendacium tenditur, ut doceatur fides, id agitur potius, ut nulli habenda sit fides. si enim et contra deum loquimur, cum mentimur, quid tantum mali poterit in ullo mendacio reperiri, quod tamquam scelestissimum omni modo deuitare debeamus?

V. 8. Sed nunc aduerte, quam tolerabilius Priscillianistae in nostra comparatione mentiantur, quando se fallaciter loqui sciunt, quos nostro mendacio liberandos putamus ab eis falsis, in quibus errando falluntur. Priscillianista dicit, quod anima sit pars dei et eiusdem cuius est ille naturae atque substantiae. magna haec est et detestanda blasphemia. sequitur enim, ut dei natura captiuetur, decipiatur, fallatur, conturbetur atque

1 est miserabilius est *V* mirabilius *T* ipsi *om. FL* quasi iam *TCh* 2 quemammodum *RM*φ a nobis *FL* credaṇtur *L* repperire (*semper* pp) *RT* 3 suspicantur *V* ipsam catholicam dogmatam *TCh* ipsi *LF* 5 putemus *TFL*β¹ putęmus *Ch* putent *V* talia] alia *PFL*φ¹ suspicatis *V* est *R* es* γ 6 feciunt *R* ut *om. R* ducenti β 7 scis *T* id *om. FL* ne] ut *V om. T* capiar *V* me] te *V* 8 persuadere *V* mentiri non *V* įnmentiri φ 9 quo tendat] contendat β 10 et omnis *V* 12 agi *MCh*βγ*b* 13 nulli (i *in ras.*) *R* 14 cum mentimur] commentimur *ChT*¹ in ullo] nullo β in *om. FL* nullo *TCh* illo γ 15 repperiri *M* 16 debemus *V* 17 quod *V* priscilianistae (*semper* l) *M* 18 se *om. T* 19 liberandus *Ch* 20 errendo *R*¹ anuna *V* 21 sit *om. V* est *om. V* 22 est et detestanda hec *V*

turpetur, damnetur atque crucietur. at si hoc et ille dicit, qui de tanto malo liberare cupit hominem per mendacium, uideamus, quid intersit inter utrumque blasphemum. plurimum inquis; nam hoc Priscillianista dicit ita etiam credens, catholicus autem non ita credens, quamuis ita loquens. ille ergo blasphemat nesciens, iste autem sciens; ille contra scientiam, iste contra conscientiam; ille habet caecitatem falsa sentiendi, sed in eis habet saltem uoluntatem uera dicendi; iste latens uidet uera et uolens loquitur falsa. sed ille, inquies, hoc docet, ut erroris sui faciat furorisque participes; iste autem hoc dicit, ut ab illo errore ac furore liberet homines. iam quidem supra ostendi, quantum et hoc noceat, quod creditur profuturum; uerum interim si appendamus in his duobus mala praesentia — quoniam futura bona, quae catholicus de corrigendo haeretico inquirit, incerta sunt — quis peccat grauius: utrum qui hominem decipit nesciens, an qui deum blasphemat sciens? profecto quid sit peius intellegit, qui homini deum sollicita pietate praeponit. huc accedit, quia, si blasphemandus est deus, ut ad eum laudandum homines adducamus, procul dubio non solum ad laudandum, uerum etiam ad blasphemandum deum exemplo et doctrina nostra homines inuitamus, quoniam quos ad dei laudes per dei blasphemias molimur adducere, utique si adduxerimus, non solum laudare discent, uerum etiam blasphemare. haec illis beneficia conferimus, quos non ignoranter, sed scienter blas-

1 turpetur] turbetur *T* dominetur *T* ad *MTCh* hoc et ille] ille hoc *V* 2 quod *T* 3 uidiamus *Ch* utrunque *L* 4 ita *ex* ata φ catholicus—credens *om. V* 6 ille autem *L* 8 saltem habet β saltim *MChT*¹ ueritatem φ • 9 et uera γ ille *om.* γ 10 docet ut] docetur *ChT*¹ ęt ut φ 11 errore illo γ 12 hostendi *P* quantum] quam *T* oc *ChT*¹ nocet *V* 13 ut in *TCh* is *M* 14 mala *s. l. R* bona futura β*bd* 17 intellegi *in ras. TCh* 18 solita β proponit *TChL*β accedit *om. V* quia si] quasi *P* 19 si *om. TV* 21 ad] a *ChT*¹ 22 a *ChT* 23 blaphemas *Ch* molimur *R* non] nos *Ch* 24 blaspemare *M*φ haec] nec *V* 25 ignoramus *V* sed] si *V*

phemando ab haereticis liberamus. et cum apostolus homines tradiderit etiam ipsi satanae, ut discerent non blasphemare, nos conamur homines eruere satanae, ut discant non per ignorantiam, sed per scientiam blasphemare, nobisque ipsis, magistris eorum, hoc tam magnum inportamus exitium, ut propter haereticos capiendos prius efficiamur, quod certum est, dei blasphematores, quo possimus propter eos, quod incertum est, liberandos ueritatis eius esse doctores?

9. Cum igitur blasphemare deum doceamus nostros, ut eos Priscillianistae credant suos, uideamus, quid mali dicant ipsi, quando propterea mentiuntur, ut eos nostros esse credamus. anathematizant Priscillianum et ad nostrum arbitrium detestantur; dicunt animam creaturam dei esse, non partem; exsecrantur Priscillianistarum falsa martyria; catholicos episcopos, a quibus illa haeresis nudata, oppugnata, prostrata est, magnis efferunt laudibus et cetera huius modi. ecce ipsi uera dicunt, quando mentiuntur, non quo simul possit hoc ipsum uerum esse, quod mendacium est, sed in alio quando mentiuntur, in alio uera dicunt; quando enim nostros se esse mentiuntur, de fide catholica uera dicunt. ac per hoc ipsi, ne Priscillianistae inueniantur, loquuntur mendaciter uera; nos autem, ut eos inueniamus, non solum mendaciter loquimur, ut ad illos pertinere credamur, sed etiam falsa loquimur, quae ad illorum

2 cf. I Tim. 1, 20

1 tradiderit homines *L* 2 etiam *om. V* sathane *V* discant γ 3 seruire *V* sathane *V* ut] et ut *T* 5 exitum *MR*^{1} 6 prius—eos *om. FL* 7 quam *V* eos *om. T* quos *L* 8 liberandos prius efficiamur blasphemię quam ueritatis *sqq. FL* eius esse *om. L* 9 deum blasphemare *V* 10 priscilliani *FL* quod *M* discant *FL* 12 anathematizent *T* anathemazaent *Ch* priscilianum φ nostrom *Ch*^{1} 13 dei esse creaturam *V* execrantur *TV*β 14 priscillyanistarum *Ch* priscilianistarum *R* prisciillianistarum φ^1 eps *Ch* 15 est *om. V* 17 ipsi mentiuntur *V* non—mentiuntur *om. V* ipsum *om. T* 18 mendum *MCh* mentiendum φ alio falsa *FL* 19 alium uerum φ uero *ChT* quando—dicunt *om. F* nostros] de nostro *T* de nostros *Ch* 20 edicunt uera *V* hac *Ch* ne *om. T* prisciilianistae φ 21 ut inueniantur (ut *s. l.*) *T* inueniatur *P* locuntur *T*γφ 22 illo *Ch*

errorem pertinere cognouimus. itaque illi quando nostri putari uolunt, et falsum est ex parte et uerum est ex parte, quod dicunt — falsum est enim eos nostros esse, uerum est autem animam partem dei non esse — nos uero quando ad eos pertinere putari uolumus, falsum est utrumque, quod dicimus, et Priscillianistas nos esse et animam partem dei esse. itaque illi deum laudant, non blasphemant, quando se occultant; et quando se non occultant, sed sua proferunt, blasphemare se nesciunt. ideo si ad fidem catholicam conuertantur, consolantur semet ipsos, quia possunt dicere, quod apostolus, qui cum inter cetera dixisset: prius fui blasphemus, misericordiam, inquit, consecutus sum, quia ignorans feci. nos contra, ut se nobis aperiant, si hoc quasi iustum mendacium fallendis eis capiendisque proferimus, profecto et ad blasphematores Priscillianistas pertinere nos dicimus et, ut nobis credant, sine excusatione ignorantiae blasphemamus. neque enim catholicus, qui blasphemando uult haereticus credi, potest dicere: ignorans feci.

VI. 10. Semper, frater, in talibus causis cum timore recolendum est: quicumque me negauerit coram hominibus, negabo eum coram patre meo, qui in caelis est. an uero Christum coram hominibus non negat, qui eum coram Priscillianistis negat, ut eos latentes blasphemo mendacio nudet et capiat? quis autem dubitat, obsecro te, negari Christum, cum, sicuti est uerus, ita non esse dicitur et, sicut eum Priscillianista credit, ita esse dicitur?

11 I Tim. 1, 13 20 Matth. 10, 33

1 errore *Ch* 2 *pr.* ex *s. l. R* 5 utrunque *V* 6 priscilianistas γ illi itaque *bd* 7 blaphemant *V* et—occultant *om. V* 8 cum sua *V* 9 conuertuntur β 11 inte *Ch* inter *s. l. R* dixisset φ fuit φ 12 inquit] in quid β *om. RV* consequtus *V* qui R^1 13 iutum *V* 14 eis *om.* φ 15 priscilianistas γ 17 quę *T* que *Ch* hereticos *ChT*^{1} 20 quicunque *VL* negauerit me *V*γ 21 qui in caelis est *om. V* 23 negant *R* blasphemia *V* mendacii *V* 24 qui *T* dubitat *om. V* te] non *V* negat *V* negare *TCh* 25 sicut *R* ita ῆος φ 26 eum] cum *P om. FL* priscilianista *R*

11. Sed occultos lupos, inquies, indutos pellibus ouium et dominicum gregem latenter grauiterque uastantes aliter inuenire non possumus. unde ergo innotuerunt Priscillianistae, priusquam huius mendacii fuisset excogitata uenatio? unde ad ipsius auctoris illorum profecto astutioris et ideo tectioris cubile peruentum est? unde tot tantique manifestati atque damnati et ceteri innumerabiles partim correcti, partim uelut correcti et ecclesia miserante conlecti sunt? multas enim uias dat dominus, quando miseretur, quibus ad eorum perueniatur indaginem: quarum duae sunt aliis feliciores, ut uel ab eis, quos seducere uoluerunt, aut ab eis, quos iam seduxerant, resipiscentibus conuersisque monstrentur. quod facilius fit, si nefarius eorum error non mendacibus captationibus, sed ueracibus disputationibus euertatur. quibus conscribendis operam te oportet inpendere, quoniam dominus donauit, ut possis. quae scripta salubria, quibus eorum peruersitas insana destruitur, cum magis magisque innotuerint et a catholicis uel antistitibus, qui loquuntur in populis, uel a quibusque studiosis zelo dei plenis fuerint usquequaque diffusa, haec erunt sancta retia, quibus capiantur ueraciter, non mendaciter inquirantur. sic enim capti aut ultro quid fuerint fatebuntur et alios, quos in sua mala societate nouerunt, uel concorditer

1 cf. Matth. 7, 15

1 hoccultus *Ch* inquies lupos *V* indutus *Ch* 2 latentes φ grauiterque uastantes aliter *om.* φ 3 pricillianistae φ 4 esset *T* unde (de *s. l.*) φ 5 actoris *V* eorum β astutioris] aut institutoris *V* ideo] inde *TCh* 6 tot antiqui φ tantique] antiqui *FL* 7 dampnati *V* parti *V* incorrecti *R* correpti φ 8 correpti φ et in ecclesiam miserantem *bd* conlecti] correcti *V* enim habet (habet *s. l.*) γ 9 dat *om.* γ 10 uel *om. V* 11 quose ducere *V* se duxerant *V* 12 resipisentibus γ fit] sit *R* sine farius *V* 13 error eorum *FL* aptationibus φ 14 operam te] operanter *T* operante *ChP* 16 quae] querere *V* scribta *T* 18 antistibus T^1φβ antestitibus *RP* atestitibus *V* locuntur *T*γφ in populis *om. V* 19 qui zelo *V* pleno *R* pleni *V* fuerunt φ diffusa (*in mg.* perfecta) γ 20 sancta *om. V* in quibus φγ nomendaciter *Ch* 22 uel—corrigent *om. TCh*

corrigent uel misericorditer prodent; aut, si eos pudebit fateri, quod diuturna simulatione texerunt, occulta dei manu medicante sanabuntur.

12. Sed multo facilius, inquies, eorum latibula penetramus, si quod sunt nos esse mentiamur. hoc si liceret aut expediret, potuit Christus praecipere ouibus suis, ut lupinis amictae pellibus ad lupos uenirent et eos huius artis fallaciis inuenirent: quod eis non dixit nec quando eas in medium luporum se missurum esse praedixit. sed dices: non erant tunc inquirendi, cum essent apertissimi lupi, sed eorum morsus et saeuitia perferenda. quid? cum tempora posteriora praenuntians in uestitu ouium dixit rapaces lupos esse uenturos, nonne ibi erat locus, ut haec moneret et diceret: et uos, ut eos inueniatis, adsumite uestitum luporum, intrinsecus autem oues manete? non hoc ait. sed cum dixisset: multi ad uos uenient in uestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, non addidit: ex mendaciis uestris. sed: ex fructibus eorum cognoscetis eos. ueritate sunt cauenda, ueritate capienda, ueritate occidenda mendacia. absit, ut blasphemias ignorantium scienter blasphemando uincamus, absit, ut mala fallacium imitando caueamus. quomodo enim cauebimus, si, ut caueamus, habebimus? si enim, ut

8 cf. Matth. 10, 16 15 Matth. 7, 15. 16

1 corrigent *Vbd:* corrigunt *RMFLP*$^{2}\beta\gamma$ *om.* φ uel misericorditer *om. V*φ prodent *Vbd:* produnt *RMTChPFL*$\beta\gamma\varphi$ 2 manu dei *bd* meditante β^{2} 3 sanabuntur *bd:* sanantur *WMChPFLVT*$^{2}\beta\gamma\varphi$ sonantur T^{1} sanatur *R* 5 si *om. ChT*^{1} si quo deus non esse sentiamur *P* quod sunt] deus *V* quo *R* nos] non *V* si liceret] scilicet *V* 7 lupos *ex* lupus φ ad eos β huius] suę *FL* 8 quos *Ch* ..eis *M* eos *V* medio *V* 9 dicis *V* erant (a *in ras.*) *T* erunt *Ch* 11 quit *V* qui *L* 12 prenuntięns *Ch* in] cum *V* 13 haec moneret et *om. FL* et uos—*p. 499, 14* niam ita ut *desunt in cod. M* 14 ut (*ex* e) *Ch* eos] uos *T* asume·ite *TCh* assummite *P* instrinsecus *Ch* 15 autem—intrinsecus *om. V*^{1} 16 in·trinsecus *Ch* 18 agnoscetis γ 19 sunt *om. V* occidenda] capienda φ occidenda sunt *V* 21 fallatium *P* fallacia *R*

capiatur qui blasphemat nesciens, blasphemabo sciens, peius est quod facio quam quod capio; si, ut inueniatur qui Christum negat nesciens, ego Christum negabo sciens, ad perditionem me secuturus est, quem sic inuenero: si quidem, ut illum inueniam, prior pereo.

13. An forte qui eo modo Priscillianistas inuenire molitur, ideo non negat Christum, quia ore depromit, quod corde non credit? quasi uero — quod et paulo ante iam dixi — cum dictum esset: corde creditur ad iustitiam, incassum est additum: ore confessio fit ad salutem. nonne paene omnes, qui Christum coram persecutoribus negauerunt, quod de illo credebant, corde tenuerunt et tamen ore ad salutem non confitendo perierunt, nisi qui paenitentia reuixerunt? quis ita uanescat, ut existimet apostolum Petrum hoc habuisse in corde quod in ore, quando Christum negauit? nempe in illa negatione intus ueritatem tenebat et foras mendacium proferebat. cur ergo lacrimis diluit, quod ore negauerat, si saluti sufficiebat, quod corde credebat? cur loquens in corde suo ueritatem tam amaro fletu puniuit mendacium, quod ore depromsit, nisi quia magnam uidit esse perniciem, quod corde quidem credidit ad iustitiam, sed ore non confessus est ad salutem?

14. Quapropter illud, quod scriptum est: qui loquitur ueritatem in corde suo, non sic accipiendum est, quasi

9 Rom. 10, 10 14 cf. Matth. 26, 69 sqq. 23 Ps. 14, 2

1 blasphemabo] blasphemo *V* blasphemando *F* blasphemąndo *L* 2 facio] ago (a *ex* e) β, *bd* si ut] sicut *TCh* si utique *FP* 3 nesciens negat *V* 4 sequuturus *V* 5 illō *Ch* 7 depromitur *V* 8 iam *om. V* cum] quam *TCh* 9 sine causa esset in causā ē additum *W* incasum T^1 10 additum est *V* ore autem *TVCh*^{2} nonnae φ poene *RT* pene *P* 11 persequutoribus *V* 13 nisi—reuixerunt *om. V* quia *FL* per paenitentiam β*bd* 14 euanescat βγ^2*bd* ***hoc *Ch* 16 foris β*γbd* 17 quur T^1 doluit *T* saluti. φ 18 credebat] tenebat *TCh* ueritatem in corde suo β 20 deprompsit *ChFV*γφ*bd* uidit magnam β pernitiem *R* 21 credidit (*pr.* di *s. l.*) φ confisus (i *ex* u) *Ch* 24 sic *om.* φ

retenta in corde ueritate loquendum sit in ore mendacium. sed ideo dictum est, quia fieri potest, ut loquatur quisque ore ueritatem, quae nihil ei prosit, si eam in corde non teneat, id est, si quod loquitur ipse non credat. sicut haeretici, maximeque idem Priscillianistae faciunt, cum catholicam ueritatem non quidem credunt, sed tamen loquuntur, ut nostri esse credantur. loquuntur ergo ueritatem in ore suo, non in corde suo. propterea distinguendi erant ab illo, de quo dictum est: qui loquitur ueritatem in corde suo. hanc autem ueritatem catholicus sicut in corde loquitur, quia ita credit, ita et in ore debet, ut ita praedicet; contra istam uero nec in corde nec in ore habeat falsitatem, ut et corde credat ad iustitiam et ore confessionem faciat ad salutem. nam et in illo psalmo, cum dictum esset: qui loquitur ueritatem in corde suo, mox etiam hoc additum est: qui non egit dolum in lingua sua.

15. Et illud, quod ait apostolus: deponentes mendacium loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra, absit, ut sic intellegamus, tamquam loqui mendacium permiserit cum eis, qui nondum sunt nobiscum membra corporis Christi. sed ideo dictum est, quia unusquisque nostrum hoc debet quemque deputare, quod eum uult fieri, etiam si nondum factus est. sicut dominus alienigenam Samaritanum proximum eius ostendit, cum quo misericordiam fecit. proximus ergo habendus est, non alienus.

9 Ps. 14, 2 15 Ps. 14, 2. 3 17 Eph. 4, 25 23 cf. Luc. 10, 30 sqq.

1 retenta] remota *FL* ueritatem *TCh*^{1} 3 ueritatem ore *V* 4 credit γ 5 iidem *bd* *cum uoce* faciunt *incipit codex O* 6 locuntur *TO*βγφ 7 locuntur *RChO*γ 8 distinguendu φ^1 10 catholicos *Ch* 11 debet habere *V* istam uero *om. V* 12 habeat (t *s. l.*) φ 13 in ore *FL* confessione *T* saluntem *Ch* in *om.* φ 15 hoc *om. V* 17 apostolus ait *Ch*βφ*bd* agit *Ch* 18 com *Ch* suo *om.* γ 19 sic] ita *V* 20 nundum *ChV* 21 membra nobiscum *V* nobis sunt γ cōmembra γ 22 debet] habet *V* quenque *LV* reputare *O* diu putare *P* 24 aligenam *Ch*^{1}φ^1 samaritanam *Ch*

cum quo id agendum est, ne remaneat alienus; et si propter id, quod nondum est, fidei nostrae sacramentique particeps factus, aliqua illi occultanda sunt uera, non tamen ideo dicenda sunt falsa.

16. Fuerunt enim etiam temporibus apostolorum, qui ueritatem non ueritate, id est non ueraci animo praedicarent: quos dicit apostolus Christum adnuntiasse non caste, sed per inuidiam et contentionem. ac per hoc etiam tunc nonnulli tolerati sunt adnuntiantes non casto animo ueritatem; non tamen ulli laudati sunt tamquam adnuntiantes casto animo falsitatem. denique de illis dicit: siue occasione siue ueritate Christus adnuntietur; nullo modo autem diceret, ut postea Christus adnuntietur, prius negetur.

17. Quocirca multis quidem modis possunt latentes haeretici uestigari nec catholica fide uituperata nec haeretica inpietate laudata.

VII. Sed si aliter omnino non posset educi de cauernis suis haeretica inpietas, nisi a tramite ueritatis lingua catholica deuiaret, tolerabilius illa occultaretur, quam ista praecipitaretur; tolerabilius in suis foueis delitiscerent uulpes, quam propter illas capiendas in blasphemiae foueam caderent uenatores; tolerabilius perfidia Priscillianistarum ueritatis uelamine tegeretur, quam fides catholicorum, ne a Priscillianistis mentientibus laudaretur, a catholicis credentibus negaretur. nam

5 cf. Phil. 1, 15 11 Phil. 1, 18

2 participes *T* 3 non ideo *Ch* 4 falsa sunt *V* 5 non ueritatem *TCh* 6 ueraci] uero *V* predicauerunt *V* 7 predicasse *V* per *s. l.* φ 8 inuidiam] immundiciam *V* hac *R* ac *Ch* atque *V* tunc *om. V* 9 tolerati *T* non *fin.*] nulli *V* 10 ulli *om. V* 11 *fin.* siue (ue *s. l.*) *R* 12 nullo—adnuntietur *om.* φ 14 multis quidem multis modis *TCh* quidem *om. V* heretici latentes β 15 inuestigari *FLV* 17 etsi β non posset omnino *TCh* posset *P* educe *Ch*¹ educi φ cabernis *O* cauer··· *Ch* 18 impietate *O* ueritatis] pietatis *TChOV*φ 19 tolerabilius *Ch* 20 delitescerent *TChFLV*βγφ*bd* 21 cupiendas *O*¹ fouea φ 22 priscilianistarum *R* uelaminę *Ch* 23 catholica β ne] ut (ut *s. exp.* ne) φ

si propterea iusta sunt non qualiacumque, sed blasphema mendacia, quia hoc animo fiunt, ut occulti haeretici detegantur poterunt isto modo, si eodem animo fiant, casta esse adulteria. quid? si enim ex numero Priscillianistarum inpudicarum aliqua femina iniciat oculum in catholicum Ioseph eique promittat prodituram se latebras eorum, si ab illo inpetrauerit stuprum, certumque sit eam, si ei consensum fuerit, quod pollicita est inpleturam, faciendumne censebimus? an intellegemus nequaquam tali pretio merces eius modi conparandas? cur ergo non emimus capiendos haereticos carne in adulterium defluente et emendos putamus ore in blasphemia fornicante? aut enim licebit utrumque pari ratione defendere, ut ideo haec non esse dicantur iniusta, quia ea facta sunt intentione, qua conprehenderentur iniusti, aut, si sana doctrina nec propter inueniendos haereticos uult nos cum feminis inpudicis saltem corpore, non mente misceri, profecto nec propter inueniendos haereticos uult a nobis saltem uoce, non mente aut inmundam haeresim praedicari aut castam catholicam blasphemari, quia et ipsum mentis imperium, cui debet omnis inferior motus hominis oboedire, digno non carebit obprobrio, quando fit, quod fieri non oportet seu membro seu uerbo. quamquam etiam cum uerbo fit, membro fit, quoniam lingua membrum est, qua fit uerbum; nec ullum factum

1 non] in *T* se φ 3 potuerunt *FL* pot*erunt *P* potrunt T^1 4 enim si β 5 oculum *om. V* ioseph catholicum *V* 6 prodituram se *TVCh* 7 ea *T* ei *om. V* concessum γ 8 pollicitum γ impletura *T* 9 intellegimus *P* praetio *R* mentes γ huius modi *V* 10 quur *P* non emimus] nonne minus *V* nenimus β non eruimus *d* 11 adulterum *Ch* adulteria* *R* et emendos] quà emendos *V* et eruendos *d* 12 ratione* φ defendere] facere *in ras.* γ 13 inusta T^1 qui T^1 14 deprehenderentur β*bd* 15 uul *P* nos—uult *om. L* cum multi inpudicis salutem φ 16 satem Ch^1 saltim Vβγ miseri γ ne β 17 inueniendus *Ch* uult (t *s. l.*) φ saltim Vγ salutem φ 18 heresem *RTChP*βγφ praedicare *FL* cautam *FL* castam et catholicam (*in mg.* fidem) φ fidem castam et catholicam *V* 19 quia *om. L* et *om.* φ 20 hoboedire φ 22 membro fit *om.* β quia β 23 uerbum membro fit β

nostrum membro ullo paritur, nisi quod prius corde concipitur, uel potius intus cogitando et consentiendo iam partum foras editur faciendo per membrum. non itaque animus a facto excusatur, quando dicitur aliquid non ex animo fieri, quod tamen non fieret, nisi animus faciendum esse decerneret.

18. Interest quidem plurimum, qua causa, quo fine, qua intentione quid fiat; sed ea, quae constat esse peccata, nullo bonae causae obtentu, nullo quasi bono fine, nulla uelut bona intentione facienda sunt. ea quippe opera hominum, sicut causas habuerint bonas seu malas, nunc sunt bona, nunc mala, quae non sunt per se ipsa peccata: sicut uictum praebere pauperibus bonum opus est, si fit causa misericordiae cum recta fide; sicut concubitus coniugalis, quoniam fit causa generandi, si ea fide fiat, ut gignantur regenerandi. haec atque huius modi secundum suas causas opera sunt bona uel mala, quia eadem ipsa, si habent causas malas, in peccata uertuntur: uelut si iactantiae causa pauper pascitur; aut lasciuiae causa cum uxore concumbitur; aut filii generantur, non ut deo, sed ut diabolo nutriantur. cum uero iam opera ipsa peccata sunt, sicut furta, stupra, blasphemiae uel cetera talia, quis est, qui dicat causis bonis esse facienda, ut uel peccata non sint uel, quod est absurdius, iusta peccata sint? quis est, qui dicat: ut habeamus, quod demus pauperibus, faciamus furta diuitibus aut testimonia falsa uendamus, maxime si non inde innocentes laeduntur, sed nocentes potius damnaturis

1 membro] uerbo *V* paritur] portenditur *V* 2 paratum *V* 3 faciendum *V* mentiendo φ membrum] uerbum *V* non iam *T* factu *R* 4 non *om.* β quȩod *Ch* 5 discerneret *V* 7 quid] quod *P* et ea *V* 8 optentu *P* 9 fatienda *Ch* sicut] seu *V* 10 habuerunt φ nunc *pr.* (c *s. l.*) φ non *P* 11 pauperibus praebere φ 13 quoniam] quando βγ*bd* cum *V* 15 uiusmodi *Ch* huiusmodo *T* 16 malas causas *V*β*bd* uertantur *V* 17 uelud *V* si *om. R* si* *T* pascatur *FL* aut (a *m. 2 add.*) φ 18 com *Ch* concombitur *Ch* concubitur *V*φ 19 diabulo *Ch* a diabulo *T* 20 uel cetera *sqq. usque ad pag. 491, 14* peruenirent *desunt in V* 23 abeamus *O* 24 aut] an *P* 25 innocentes (s *ex* r) *T* ledunt *P* laedantur γ

iudicibus eruuntur? duo enim bona fiunt huius uenditione mendacii, ut et pecunia sumatur, unde inops alatur, et iudex fallatur, ne homo puniatur. testamenta etiam si possumus, cur non uera supprimimus et falsa subponimus, ut hereditates uel legata non habeant indigni, qui nihil ex eis operantur boni, sed hi potius, a quibus esurientes pascuntur, nudi uestiuntur, peregrini suscipiuntur, captiui redimuntur, ecclesiae construuntur? cur enim non fiant illa mala propter haec bona. si propter haec bona nec illa sunt mala? iam uero si aliquae inmundae et diuites feminae uideantur amatores et stupratores suos insuper ditaturae, cur non et has partes atque artes suscipiat uir misericors, quibus pro tam bona causa utatur, ut habeat, unde indigentibus largiatur, nec audiat apostolum dicentem: qui furabatur, iam non furetur; magis autem laboret operans manibus suis bonum, ut habeat unde tribuere cui opus est? si quidem non solum ipsum furtum, uerum etiam falsum testimonium et adulterium et omne opus malum non erit malum, sed bonum, si ea causa perpetretur, ut sit, unde fiat bonum. quis ista dicat, nisi qui res humanas omnesque conatur mores legesque subuertere? quod enim sceleratissimum facinus, quod turpissimum flagitium, quod inpiissimum sacrilegium non dicatur posse fieri recte atque iuste nec inpune tantum, uerum etiam gloriose, ut in eo perpetrando non solum supplicia nulla timeantur, sed sperentur et praemia, si semel concesserimus

14 Eph. 4, 28

1 eruuntur] seruuntur *Ch* seruantur (a *in ras.*) *T* bona *ex* dona φ uius *Ch* 2 et *om. P* summatur *ChT*^{1} inobs φ 3 etiam] enim β possimus *b* 4 quur *OPT*^{1} legata uel hereditates γ 6 hii *TCh* hi potius] hpotius *P* exurientes φ^1 eentes *P* 7 eclesiae *Ch* 8 quur *PO* 9 si—bona *om. R*β^1 haec *om. T* 10 strupratores *TO* 11 ditaturac *R* quur (*sic semper*) *O* 12 suscipiatur *R* uir *om. R*γ 15 ut *ex* et φ 16 tribuat *RLγWb* quidem in hoc γ 19 quis est adicat *P* qui *T* ita *TCh* 20 omnesqui *TCh* mores conatur β legisque *ChT*^{1} 22 sacrilegum *P* 24 etiam *om. RW* ut] et γ 25 timeantur] mereantur *FL*

in omnibus malis operibus hominum ideo non quid fiat, sed quare fiat esse quaerendum, ut, quaecumque propter bonas causas facta inueniuntur, nec ipsa mala esse iudicentur? at si iustitia merito punit furem, etiam qui dixerit et ostenderit ideo se subtraxisse superflua diuiti, ut praeberet necessaria pauperi; si merito punit falsarium, etiam qui se ideo testamentum alienum corrupisse docuerit, ut ille heres esset, qui facturus inde fuerat elemosynas largas, non ille, qui nullas; si merito punit adulterum, etiam qui demonstrauerit misericordia se fecisse adulterium, ut per illam, cum qua fecit, de morte hominem liberaret; postremo, ut ad rem, de qua quaestio est, propius accedamus, si merito punit eum, qui feminae alicui Priscillianistarum turpitudinis consciae propterea se adulterino concubitu miscuit, ut ad eorum latebras perueniret: obsecro te, cum dicat apostolus: nec exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato et ideo nec manus nec corporis genitalia nec alia membra flagitiis exhibere debeamus, ut Priscillianistas inuenire possimus, quid nos lingua, quid totum os nostrum, quid organum uocis offendit, ut haec exhibeamus arma peccato tantoque peccato, ubi deum nostrum, ut Priscillianistas adprehensos ab ignorantiae blasphemiis eruamus, sine excusatione ignorantiae blasphememus?

VIII. 19. Dicet aliquis: ergo aequandus est fur quilibet ei furi qui misericordiae uoluntate furatur? quis hoc dixerit? sed

15 Rom. 6, 13

1 *alt.* omninum *Ch* omnium *T* ideo *om.* φ non] num *P* 3 esset *P* iudicemus *O* indicentur φ^1 4 ponit T^1 5 se ideo γ 6 falsarium—*9* punit *om. P* 8 aelimosinas *T* elimosinas *Ch*β aelemosinas *R* elemosinas *FL*γ nullus φ^1 9 punit et *FL* adulterium *TChLOP*β per (*s. l.*) misericordiam γ 10 se *s. l.* φ 11 liberauit *P* 12 *cum uocibus* punit eum *codex P finitur fol. 129*^{b} faeminae φ 13 turpitudines *Ch* 15 dicit *T* ne *FLV* 17 nec corporis nec (nec *init.* u. *add. m. 2*) genitalia membra φ 18 possimus (i *ex* u) φ 19 uocis (c *ex* t) *T* ut *om. O* 20 iniquitatis peccato *V* ubi] ut $V\varphi^2$ 21 blasphemii *T* blasphemaemus *Ch* 22 seruamus *T* seruemus *FLV*β*b* 23 dicit *V* 24 furantur φ

horum duorum non ideo est quisquam bonus, quia peior est unus. peior est enim, qui concupiscendo quam qui miserando furatur; sed si furtum omne peccatum est, ab omni furto est abstinendum. quis enim dicat esse peccandum, etiamsi aliud sit damnabile, aliud ueniale peccatum? nunc autem quaerimus, si hoc aut illud quisque fecerit, quis non peccabit siue peccabit, non quis grauius leuiusue peccabit. nam et ipsa furta leuius utique puniuntur lege quam stupra; sunt autem utraque peccata, quamuis alia leuiora, alia grauiora, ita ut leuius habeatur furtum, quod concupiscendo, quam stuprum, quod subueniendo committitur. in suo quippe genere aliis eiusdem generis peccatis leuiora fiunt, quae bono animo uidentur admitti, cum tamen et ipsa alterius generis peccatis ipso suo genere leuioribus inueniantur esse grauiora. grauius est enim auaritia quam misericordia furtum facere, itemque stuprum grauius est luxuria quam misericordia perpetrare, et tamen grauius est adulterare misericordia quam furari auaritia. neque nunc agitur, quid sit leuius siue grauius, sed quae sint peccata uel non sint. nemo enim dixerit debuisse peccari, ubi constat esse peccatum; sed debere dicimus, si ita uel ita peccatum est, ignosci uel non ignosci.

VIIII. 20. Verum, quod fatendum est, ita humanos animos quaedam conpensatiua peccata perturbant, ut etiam putentur debere laudari, ac potius recte facta dicantur. quis enim

1 orum *V* 2 quam] quia V^1 4 abstinendum est *FLV*βγ obstinendum T^1 dampnabile aliud sit *V* 5 aliud ueniale *in mg. R* tunc φ 6 si *om.* φ fecerit quis *V* quis γ peccauit γφ peccauit *RTCh*γφ 7 quis non *TCh* leuiusque *ex* leuitas *m. 2 V*, *om. Ch* peccauit *Ch*γφ 8 lege puniuntur *FL* poniuntur *Ch* quam stupra *in mg. Ch* 9 liuiora *Ch* grauiora non tamen ita γ 10 concupiscitur *R* concupiscendum *ChT*^{1} 11 eiudem φ 12 ammitti *RTCh* amitti O^1 13 peccata *V* 14 leuioribus] grauioribus βφ greuiora *Ch* 15 misericordiam *Ch* itaque *RT* 18 agimus (mus *s. l.*) γ 19 uel] que *V* peccare *FL* 20 constant (t *supra* ŋ) *Ch* sed (d *s. l.*) φ 21 non *om. T* 22 umanos *Ch* 23 ꝙl perconturbant β 24 ac] hac β aut γ recta L^1 enim ꝭniꝫ φ

dubitet esse grande peccatum, si pater filias suas prostituat fornicationibus inpiorum? et tamen extitit causa, qua hoc uir iustus debere se facere existimaret, quando Sodomitae nefario libidinis inpetu hospitibus eius inruebant. ait enim: sunt mihi duae filiae, quae non cognouerunt uirum; producam illas ad uos, et utimini eis, quomodo placuerit uobis; tantum in uiros istos ne faciatis iniquum, propterea quia intrauerunt sub tectum tignorum meorum. quid hic dicemus? nonne ita illud scelus, quod Sodomitae hospitibus illius uiri iusti facere conabantur, horremus, ut quidquid fieret ne hoc fieret, arbitremur fuisse faciendum? mouet etiam maxime persona facientis, quae merito iustitiae liberabatur a Sodomis, ut, quoniam minus malum est feminas quam uiros perpeti stuprum, etiam hoc ad iustitiam iusti illius pertinuisse dicatur, quod in filiabus hoc maluit fieri quam in hospitibus suis, non tantum id uolens animo, uerum et offerens uerbo et, si illi assensi fuissent, inpleturus et facto. sed si hanc peccatis aperuerimus uiam, ut committamus minora, ne alii maiora committant, lato limite, immo nullo limite, sed conuulsis et remotis omnibus terminis infinito spatio cuncta intrabunt atque regnabunt. quando enim fuerit definitum peccandum esse homini minus, ne alius peccet amplius, profecto et furtis nostris stupra cauebuntur aliena et incesta stupris et si qua inpietas uisa fuerit etiam peior incestis, incesta quoque facienda dicentur

4 Gen. 19, 8

1 grande esse β pater] mater *V* suas *om. V* 2 stitit *Ch* extitit (x *s. l.*) *T* existit *O* 3 se *om.* γφ estimaret *V* nefariae φ nefarie *V* 4 ospitibus *TChφ* ait *ex* aut φ; ait—*498, 15* iudicauit *om. V* 6 producam•• *T* illam φ^1 illas ęţ *O* 7 uobis *om. TCh* 8 tictum *ChT*^{1} 10 quo *R* ospitibus *T* illis *O* 11 quicquid *Tφ* 12 fuisse] esse *FL* monet φ^1 personă *O* 13 liberatur γ a somis T^1 16 ospitibus *Ch* 17 offerens et β 18 si *om. Ch* aperimus γ apperuerimus *RTFLO*β 19 ut] et *TO*^{1}γ commitant T^1 20 et] atque β 21 rigabunt (i *ex* e) *T* 22 peccando φ 23 et] a *FL* 24 cauebunt *T* 25 dicetur φ

a nobis, si eo modo agi potuerit, ut illa inpietas non committatur ab aliis: et in singulis quibusque generibus peccatorum et furta pro furtis et stupra pro stupris et incesta pro incestis et sacrilegia pro sacrilegiis facienda putabuntur, nostra pro alienis, non solum minora pro maioribus, uerum etiam si ad ipsa summa et pessima ueniatur, pauciora pro pluribus, si se ita rerum uerset incursus, ut aliter alii non se abstineant a peccatis, nisi minus aliquanto, sed tamen peccantibus nobis, ita ut omnino ubi dixerit inimicus, qui habuerit huius modi potestatem: nisi tu sceleratus fueris, ego sceleratior, aut: nisi tu hoc scelus feceris, ego talia plura faciam, scelus nobis uideamur admittere, si uelimus ab scelere temperare. hoc sapere quid est nisi desipere uel potius insanire? a mea quippe iniquitate, non ab aliena siue in me siue in aliis perpetrata mihi est cauenda damnatio; anima enim, quae peccauerit, ipsa morietur.

21. Si ergo peccare, ne grauius uel in nos uel in quoslibet alii peccent, procul dubio non debemus, considerandum est in eo, quod fecit Loth, utrum exemplum sit, quod imitari. an potius quod uitare debeamus. magis enim uidetur intuendum et notandum, cum tam horrendum malum ex inpietate flagitiosissima Sodomitarum suis inpenderet hospitibus, quod cuperet depellere nec ualeret, sic etiam iusti animum potuisse turbari, ut uellet facere, quod non humani timoris nebulosa tempestas, sed diuini iuris tranquilla serenitas, si consulatur a nobis, faciendum non esse clamabit et iubebit potius, ut sic nostra peccata caueamus, ne ullorum prorsus alienorum

15 Ez. 18, 4

1 potuerint βγ*bd* illa] ea β 2 aliis *T* illis γ 3 fortis (*s.* o *add.* v) φ 5 alienis] elymosinis *TCh* 8 aliquando *T* 9 ita (i *ex* u) φ ut] aut *O* abuerit *ChT*^{1} 10 aut] et *TCh* tu nisi β 11 alia perplura γ 12 ammittere *TCh* amittere *R* 14 alioe *bd* perpetua *TCh* 17 negauius *ChT*^{1} 19 lot *R*^{1} 20 debeamus an potius quod uitare *FL* 22 ospitibus *T* 23 debellere *Ch* si *T*^{1} potuisse *om. FL* 24 faceret *Ch* quod *om. Ch* non *om. O* umani *Ch* 25 consolatur *ChT*^{1} 27 peccata nostra β illorum γ^1

peccatorum timore peccemus. aliena quippe ille uir iustus timendo peccata, quae nisi consentientes inquinare non possunt, perturbatus non adtendit suum, quo uoluit subdere filias libidinibus inpiorum. haec quando in scripturis sanctis legimus, non ideo, quia facta credimus, etiam facienda credamus, ne uiolemus praecepta, dum passim sectamur exempla. an uero, quia iurauit Dauid se occisurum esse Nabal et clementia consideratiore non fecit, propterea illum imitandum esse dicemus, ut temere iuremus nos esse facturos, quod non esse faciendum postea uideamus? sed sicut illum timor, ut prostituere filias uellet, sic istum, ut temere iuraret, ira turbauit. denique si de ambolus interrogando, ut dicerent cur haec fecerint, fas nobis esset inquirere, posset ille respondere: timor et tremor uenerunt super me et contexerunt me tenebrae, posset etiam iste: turbatus est prae ira oculus meus, ut non miraremur uel illum in timoris tenebris uel istum oculo turbato non uidisse, quod uidendum fuit, ne facerent quod faciendum non fuit.

22. Et sancto quidem Dauid iustius dici potuit, quod nec irasci debuerit, quamuis ingrato et reddenti mala pro bonis, sed etsi ut homini ira subrepsit, non utique tantum debuit praeualere, ut se facturum iuraret, quod aut saeuiendo faceret aut peierando non faceret; illi autem inter Sodomitarum libi-

6 cf. I Reg. 25, 22 sqq. 13 Ps. 54, 6 15 Ps. 6, 8

1 uir ille γ 2 quae nisi] quemsi *T* 3 quo] quod *R* qui *T* 4 sanctis quando in scripturis β 5 etiam facienda credamus *om.* φ etiam] sed iam *TCh* 6 passim] possimus (us *s. l. m. 2*) *T* 7 se *om. R* clementiae *TCh* clementi *FL*βγ [consideratione *FLR*²βγ*b* 8 propter φ mitandum *Ch* 9 facturus *ChT*¹ 10 filias prostituere β 11 uelet *T*¹ uel et *Ch* timere *T* turbabit *TCh* 12 discerent *RO*¹ fiecerint φ 14 uenit φ 15 etiam dicere β*bd* istae φ oculos *T*¹ 16 meos *ChT*¹ miraretur *TCh* 17 oculum *ChT*¹ non *ex* in *m. 2* β uidisset *T*¹ uidissed *Ch* fuit *Ch* 19 istius *T* potest φ 20 irasci quidem *F* debuerat φ debuit β*bd* redenti φ 21 set φ et *om.* γ et sicut *RT* et ut si *O* 23 perierando *O* ille *R*¹ libidinosas insanias Sodomitarum *bd*

dinosas insanias constituto quis auderet dicere: etiamsi tui hospites in tua domo, quo eos intrare humanitate uiolentissima conpulisti, ab inpudicis apprehensi et oppressi muliebria patiantur, nihil timeas, nihil cures, non expauescas, non horrescas, non contremescas? quis haec uel illorum sceleratorum socius hospiti pio dicere auderet? sed plane rectissime diceretur: age quidquid potes, ne fiat, quod merito times, sed non te timor iste conpellat, ut facias, quod in se filiae tuae fieri si uoluerint, facient cum Sodomitis te auctore nequitiam; si autem noluerint, patientur a Sodomitis te auctore uiolentiam. noli facere magnum scelus tuum, dum maius horrescis alienum: quantumlibet enim distet inter tuum et alienum, hoc erit tuum, illud alienum. nisi forte pro defensione huius uiri in eas se quispiam coartet angustias, ut dicat: quoniam accipere quam facere praestat iniuriam, hospites autem illi non erant utique facturi iniuriam, sed passuri, maluit uir iustus filias suas iniuriam pati quam hospites suos eo iure, quo filiarum dominus erat et nouerat non eas peccare, si id fieret, quia peccantes potius, quibus non consentirent, sine peccato proprio sustinerent. denique non se ipsae stuprandas quamuis pro masculis feminas pro illis hospitibus obtulerunt, ne reas faceret non perpessio libidinis alienae, sed suae consensio uoluntatis. nec pater earum hoc in se fieri permittebat, cum hoc facere conarentur, quibus hospites non prodebat, quamuis minus mali esset, quod in uno, quam si fieret in duobus, sed

1 insidias (*s. l. m. 2* ł insanias) γ dicere hoc *FL* 2 ospites *Ch* quae φ qua β umanitate *Ch* 3 a O^1 apprehensi φ obpressi Oφ patiuntur *O* 4 horescas *R* 5 contremiscas *FL*βγ*bd* scaelestorum φ 6 hospiti pio] hospiti *L* hospitio *FO*γ ospiti pio *Ch* planae *Ch* dicerentur *R* 7 agi *Ch* quicquid *RT*φ 8 filiae tuae *om.* γ 9 cum] eum *R* et te (*s. l.*) auctore φ 10 patienter *T* uiolantiam *TCh* 11 scaelus φ 12 quantum enim libet *O* enim *om. R*β in hoc *T* 14 coartat *Ch* coarctet *b* dicat (t *s. exp.* s) φ acipere *Ch* 15 fecere *T* illi autem γ 17 iurę *Ch* 18 eas non β 20 ipse *RL*γ 21 ospitibus *Ch* reos *RW* res φ eas faceret β*bd* 22 consentit β 24 faceret R^1 ospites *Ch*φ 25 set *Ch*

quantum poterat resistebat, ne ipsum quoque ullus proprius macularet assensus, quem libidinosus furor etiamsi praeualuisset corporis uiribus, tamen non consentientem non maculasset alienus. in filiabus autem non peccantibus nec ipse peccabat, quia non eas peccare si opprimerentur inuitae, sed peccantes ferre faciebat: tamquam si ab inprobis ut sui serui caederentur offerret, ne hospites eius paterentur caedis iniuriam. de qua re non disputabo, quia longum est, utrum uel dominus iure suae potestatis recte sic utatur in seruo, ut seruum suum caedi faciat innocentem, ne amicus eius etiam ipse innocens in domo eius a uiolentis inprobis uapulet. sed certe Dauid nullo modo recte dicitur iurare debuisse se esse facturum, quod postea cerneret se facere non debere. unde constat, quod non omnia, quae a sanctis uel iustis uiris legimus facta, transferre debemus in mores, sed etiam hinc discere, quam late pateat et ad quos usque perueniat, quod apostolus ait: fratres, etsi praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis, instruite huius modi in spiritu lenitatis, intendens te ipsum, ne et tu tempteris. praeoccupationes enim sunt istae, in quibus delinquitur, dum, quid faciendum sit, aut ad horam non uidetur aut et qui uiderit uincitur, ut scilicet fiat peccatum, cum uel latet ueritas uel conpellit infirmitas.

X. 23. In omnibus autem actibus nostris maxime etiam bonos turbant conpensatiua peccata, ita ut nec peccata existimentur, si habeant tales causas, propter quas fiant, et in

16 Gal. 6, 1

2 p**ualuisset *Ch* 3 non *om. T* sentientem *Ch* maculas sed alienus φ 7 eius cedis (cedis *s. l.*) γ parentur *ChT*^{1} caedis *om. FL*γ 8 iurę *ChRL* 9 recte ȩit utatur φ 10 faceat *Ch* domo *ex* domu φ 12 se *s. l.* φ 13 debereț φ quod] quia γ 14 a iustis β 15 et ą || quo* usque φ 17 homo *om.* β 19 laenitatis *O* temteris *ChO*φ 21 quid *om. T* ad *om. T* hora* *T* oram φγ et *om.* β 22 ue*l*it et ueritas *T* 23 conpellit (i *ex* a) φ 25 bonus *Ch* perturbant β ita *om.* φ

quibus uideatur peccari potius, si non fiant. et praecipue de mendaciis hoc in hominum opinione praeualuit, ut peccata non putentur illa mendacia, quin immo et recte facta esse credantur, quando quisque pro eius cui falli expedit utilitate mentitur, aut ne aliis noceat, qui nociturus uidetur, nisi mendaciis euitetur. ad haec mendaciorum genera defendenda plurima de scripturis sanctis suffragari putantur exempla. non autem hoc est occultare ueritatem, quod est proferre mendacium. quamuis enim omnis qui mentitur uelit celare quod uerum est, non tamen omnis, qui uult quod uerum est celare, mentitur. plerumque enim uera non mentiendo occulimus. sed tacendo. neque enim mentitus est dominus, ubi ait: multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. uera tacuit, non falsa locutus est, quibus ueris audiendis eos minus idoneos iudicauit. quodsi eis hoc ipsum non indicasset, id est non eos posse portare, quae dicere noluit. occultaret quidem nihilominus aliquid ueritatis, sed posse hoc recte fieri forsitan nesciremus aut non tanto firmaremur exemplo. unde qui asserunt esse aliquando mentiendum, non conuenienter commemorant Abraham hoc fecisse de Sarra, quam sororem suam dixit. non enim dixit: non est uxor mea, sed dixit: soror mea est, quod erat reuera tam propinqua genere, ut soror non mendaciter diceretur. quod et postea iam sibi ab illo qui abduxerat ea reddita confirmauit, respondens illi et dicens: et uere soror mea est de patre, non de

7 cf. Quaest. de Leu. LXVIII 12 Ioh. 16, 12 22 Gen. 20, 2 25 Gen. 20, 12

1 hoc de mendatiis β 2 in *ante* opinione *in* β oppinione *T* 4 quisque] quis γ 5 quo *T* 8 est *alt. om. T* 9 uellit *TCh* quod—celare *om. R* 10 uult celare quod est uerum γ 11 occultamus γ 13 illa *om. T*φ 14 non *om.* β loquutus *T* 15 idoneos *Ch* idoneus φ¹ iudicabat *FL* quidsi *V* 16 eos non *V*β posse *Ch* 17 occultare *V*γ¹ quidem] tamen γ nihilhominus *R* sed *er.* γ recte hoc β 19 unde—*499, 17* nuncupari *om. V* aliquando esse β*bd* 20 sara *T*²*FL*βγ*bd* 22 dixit *om.* β sorror *Ch* reuera erat ξ propinquo *FL* 24 sibi] si *T om. Ch* confirmauit] cuncta firmabit *O* 25 uera φ¹ et non γ

matre, hoc est de paterno genere, non de materno. aliquid ergo ueri tacuit, non falsi aliquid dixit, quando tacuit uxorem, dixit sororem. hoc et filius eius fecit Isaac: nam et ipsum nouimus propinquam suam coniugem fuisse sortitum. non est ergo mendacium, cum silendo absconditur uerum, sed cum loquendo promitur falsum.

24. Iacob autem quod matre fecit auctore, ut patrem fallere uideretur, si diligenter et fideliter adtendatur, non est mendacium, sed mysterium. quae si mendacia dixerimus, omnes etiam parabolae ac figurae significandarum quarumque rerum, quae non ad proprietatem accipiendae sunt, sed in eis aliud ex alio est intellegendum, dicentur esse mendacia: quod absit omnino. nam qui hoc putat, tropicis etiam tam multis locutionibus omnibus potest hanc inportare calumniam, ita ut et ipsa quae appellatur metaphora, hoc est de re propria ad rem non propriam uerbi alicuius usurpata translatio, possit ista ratione mendacium nuncupari. cum enim dicimus „fluctuare segetes, gemmare uites, floridam iuuentutem, niueam canitiem", procul dubio fluctus, gemmas, florem, niuem quia in his rebus non inuenimus, in quas haec uerba aliunde transtulimus, ab istis mendacia putabuntur. et petra Christus et cor

3 cf. Gen. 26, 7; 24 21 cf. I Cor. 10, 4 Ez. 36, 26

1 de *fin. om. RLO* 3 fecit] dixit β isaac fecit *FL* ysaac *TL* 4 coniungem φ *cum uoce* non *inc. cod. Chaltenhamensis* = *B* 5 silencio *B* com *ChB* 6 conloquendo T^1 ꝑtitur *Ch* promittitur β pro *T* 8 mendatium *B* 9 misterium *T*βφ mendatio *B* 10 parabole *B* significandarumque rerum φ quarumcumque β*bd* 11 que *B* sunt accipiendae γ accipienda *B* 12 est *om. B* esse *om. T* 13 trophicis *BCh*T^1 loquutionibus *B* 14 omnibus *om. B* *cum syllaba* niam *inc. cod. M fol. 103*ᵃ ita ut nec ipsa (*bis pos.*) *B* ista φ et] nec *WRTFLOB*φ^1 hęc β 15 metafora *RTOLMChB*φ methafora *F* re *om. F* propria] probis *T* 16 translatio] locutio γ 17 noncupari γ enim] autem *V* fluctuæ T^1 fluctuę *Ch* 18 saegetes *Ch* segetas *B* gemmare uites *om. V* conitiem T^1 19 flores *V* niues *V* quia] quam γ que *O* 20 stranstulimus γ transtullimus φ 21 histis *Ch* paetra *Ch*

lapideum iudaeorum, item leo Christus et leo diabolus et innumerabilia talia dicentur esse mendacia. quid? quod haec tropica locutio usque ad eam peruenit, quae appellatur antiphrasis, ut dicatur abundare quod non est, dicatur dulce quod acidum est, lucus, quod non luceat, parcae, quod non parcant. unde illud est in scripturis sanctis: si non in faciem benedixerit tibi, quod diabolus ait domino de sancto Iob et intellegitur 'maledixerit'. quo uerbo et Nabuthei fictum crimen a calumniantibus nominatum est. dictum est enim, quod benedixerit regi, hoc est maledixerit. hi omnes modi locutionum mendacia putabuntur, si locutio uel actio figurata in mendacio deputabitur. si autem non est mendacium, quando ad intellegentiam ueritatis aliud ex alio significantia referuntur, profecto non solum id quod fecit aut dixit Iacob patri, ut benediceretur, sed neque illud quod Ioseph uelut inludendis locutus est fratribus nec quod Dauid simulauit insaniam nec cetera huius modi mendacia iudicanda sunt, sed locutiones actionesque propheticae ad ea, quae uera sunt intellegenda, referendae. quae propterea figuratis uelut amictibus obteguntur, ut sensum pie quaerentis exerceant et

1 cf Apoc. 5, 5 cf. I Petr. 5, 8 6 Iob. 2, 5 8 cf. III Reg. 20 (21), 13 15 cf. Gen. cap. 42 16 cf. I Reg. 21, 13

1 iudeorum *RT*γ item] et *B* et *om.* φ 2 innumirabilia *Ch* quidquid *B* quicquid *W* 3 tropida *ChT*^{1} loquutio *BV* antifrasis *RMTChFLOV*γφ ΑΝΤΦΡΑSIS *B* 4 habundare *TV* et dicatur *V* 5 luceeat *O* parceae *R* parcite *B* quę γφ^2 6 parcat *VB* portant φ^1 7 farciem φ domino *om. FL* 8 quod φ et] ei *V* nabutaei *B om. V* 9 criminaca lumniantibus φ^1 nominatum est a calumpniantibus *V* 10 regi *om. V* hii *RTB* 11 modi locutionum] modolationum *R* loquutionum *BV* loquutio *BV* uel actio *om.* φ 12 in mendacia *TB* 13 ad *om. T* alia ex aliis *FL* 15 patri *om. FL* iosep *O* 16 uelud *V* inludens *in ras. T* loquutus *BV* fratribus locutus est γ nec] ne *TChV*β neque *bd* simulabit *O*^{1} 17 nec] et *B* ne *O* huiusmodatia *B* 18 sed neque *V* loquutiones *BV* prophetiae *B* ad—referendae *om. V* 19 referandae *B* quae—*501, 11* planius *om. B* uelud *V* uel *Ch*^{1} 20 pię *Ch om. V* inquirentis *V*

ne nuda ac prompta uilescant. quamuis quae aliis locis aperte ac manifeste dicta didicimus, cum ea ipsa de abditis eruuntur, quodam modo in nostra cognitione renouantur et renouata dulcescunt. nec inuidentur discentibus, quod his modis obscurantur, sed commendantur magis, ut quasi subtracta desiderentur ardentius et inueniantur desiderata iucundius. tamen uera, non falsa dicuntur, quoniam uera, non falsa significantur seu uerbo seu facto. quae significantur enim, utique ipsa dicuntur. putantur autem mendacia, quoniam non ea quae uera significantur, dicta intelleguntur, sed ea, quae falsa sunt, dicta esse creduntur. hoc ut exemplis fiat planius, id ipsum, quod Iacob fecit, adtende. haedinis certe pellibus membra contexit. si causam proximam requiramus, mentitum putabimus; hoc enim fecit, ut putaretur esse qui non erat; si autem hoc factum ad illud propter quod significandum reuera factum est referatur, per haedinas pelles peccata, per eum uero, qui eis se operuit, ille significatus est, qui non sua, sed aliena peccata portauit. uerax ergo significatio nullo modo mendacium recte dici potest. ut autem in facto, ita et in uerbo. nam cum ei pater dixisset: qui es tu, fili? ille respondit: ego Esau primogenitus tuus. hoc si referatur

12 cf. Gen. 27, 16 20 Gen. 27, 18. 19

1 promta *MTCh* prolata *in ras.* γ a•perte *Ch* 2 dicta *om. Ch* dicimus φ de] die *T* ſeruuntur φ 3 in nostra quodam modo cognitione β*bd* cogitatione *T* 4 descendentibus *TCh*^{1} 5 commedantur *Ch* ea desiderentur φ 6 iocundius *FL*βγφ*d* 7 dicentur β 8 utique enim *Eug* ipsa utique *V*βγ 9 dicentur β^1 10 significantur uera β uere *FL* significant•• *T* 11 hoc autem *FL* ut *om.* γ fiant *TCh* id] hoc *O* nam id *B* ad *T* 12 fecit iacob *FL* adtendae *B* atende φ haedinis] et in his *O* •dinis *T* aedinis *BCh* hedinis *V*γ certe] quippe β 13 proximam] propriam *FL* requirimus *LF* mendacium *FL* 14 enim] autem *FL* quod *B* 16 reuera *om.* γ aedinas *M* edinas *T*^{1} 17 quis *Ch* eis se (i *et* se *s. l. m. 2*) *O* 18 portabit *T*^{1} *uoce* portauit *fin. cod. B* mendacium nullo modo *V* 19 recte *om. V* 21 ego *om. O*^{1} ego sum *FV*βγφ^2*bd* esau *om. FL*

ad duos illos geminos, mendacium uidebitur; si autem ad illud, propter quod significandum ista gesta, dicta, conscripta sunt, ille est hic intellegendus in corpore suo, quod est eius ecclesia, qui de hac re loquens ait: cum uideritis Abraham et Isaac et Iacob et omnes prophetas in regno dei, uos autem expelli foras. et uenient ab oriente et occidente et aquilone et austro, et accumbent in regno dei. et ecce sunt nouissimi qui erant primi, et sunt primi qui erant nouissimi. sic enim quodam modo minor maioris primatum frater abstulit atque in se transtulit fratris. cum igitur tam uera tamque significentur ueraciter, quid hic debet putari factum dictumue mendaciter? cum enim quae significantur, non utique non sunt in ueritate, sed sunt seu praeterita seu praesentia seu futura, procul dubio uera significatio est nullumque mendacium. sed nimis longum est in hac significatione prophetica enucleate cuncta rimari, in quibus palmam ueritas habet, quia ut significando praenuntiata sunt, ita consequendo claruerunt.

XI. 25. Neque id isto sermone suscepi, quod ad te magis pertinet, qui Priscillianistarum latebras aperuisti, quantum ad eorum adtinet dogmata falsa atque peruersa, ne ita inuestigata uideantur, quasi docenda fuerint et non redarguenda. magis ergo fac, ut expugnata iaceant, quae fecisti ut prodita pateant, ne, dum uolumus ad indaginem hominum fallacium peruenire, ipsas falsitates sinamus tamquam insuperabiles permanere,

4 Luc. 13, 28—30

1 uos *pro* duos *ChT*¹ 2 quod *om. T* gesta *om. FL* dicto ϙ dictaque β*bd* 4 de—ait *in mg. O* 5 et *om. TEug* ysaac *V* isahac β 6 uos—dei *om.* ϙ origente *O* 8 et *om.* β 11 tamquam *fin. T* 13 non *fin. om.* γ*V* nunc *FL* 14 sed sunt] ad̨sunt (*s.* d̨ *add.* t) ϙ 16 propheticae *RTMCh* propheticę *O* prophetice ϙ¹ prophetia ϙ² nucleatim *R* nucleate *MCh* nucleatę *O* enucleanda *V* nuȩcleate ϙ² 17 cunctari magis *V* significanda *FL* 18 pronuntiata *V* consequenda *V* 19 id] enim ad *V* istud *V* sermonē *V* suscipi *TCh* 20 operuisti *T* 21 domata *TChV* dommata *O*¹ 22 ut quasi *V* fuerint *s. l. M* fuerit *Ch*¹ 24 fallatium *Ch om. FL*

cum potius debeamus et in latentium cordibus destruere falsitates quam parcendo falsitatibus inuenire fallaces. porro inter illa dogmata eorum, quae subuertenda sunt, etiam hoc est utique quod dogmatizant, ad occultandam religionem religiosos debere mentiri, in tantum ut non solum de aliis rebus ad doctrinam religionis non pertinentibus, sed de ipsa quoque religione mentiendum sit, ne patescat alienis, ut uidelicet negandus sit Christus, quo possit inter inimicos suos latere christianus. etiam hoc, obsecro te, dogma inpium nefariumque subuerte, propter quod astruendum argumentantes de scripturis colligunt testimonia, quibus uideantur non solum ignoscenda uel toleranda, uerum et honoranda mendacia. ad te igitur pertinet, sectam detestabilem cum refellis, sic accipienda monstrare ista testimonia scripturarum, ut uel doceas non esse quae putantur esse mendacia, si eo modo intellegantur, quo intellegenda sunt, uel imitanda non esse etiam quae manifestum est esse mendacia, uel certe ad extremum de his saltem rebus, quae ad doctrinam religionis pertinent, nullo modo esse mentiendum. sic enim uere funditus euertuntur, dum euertitur, ubi delitiscunt: ut eo ipso minime sectandi et maxime cauendi iudicentur, quo se ad occultandam haeresim suam profitentur esse mendaces. hoc in eis est primitus expugnandum, hoc eorum uelut idoneum munimentum ueritatis ictibus feriendum atque deiciendum. nec eis quam non habebant, alia latebra, quo

1 debeamus] habeamus *V* 2 inueniri βγ 4 docmatizant *TCh* occultanda T^1 occultandum T^2γ religionem—tantum *om. T* religiosus *ChFL* 6 religionis *om. FL* sed (d *m. 2 s. l.*) *R* 7 uidelicet *Ch* 8 suos *om.* β 9 christianos *TCh* 10 porter *Ch* adstruendum φ 12 uel toleranda *om.* γ tolleranda φ 14 ista *om. V* non—imitanda *om. V* 15 esse *om. FL*γ intelleguntur φ 16 manifesta sunt *V* 17 extremum] ultimum *FL* his (s *s. l.*) φ saltim ChO^2 *om. V* 19 sic—dum *om.* φ delictiscunt *M* dilictiscunt *Ch* delitescunt *FLV*βγφ*bd* 20 et] sed *V* 21 occulendam *MV*φ heresim *RTFLO*γ mendaces esse profitentur *V* se esse β 23 uelud *V* momentum *T* mumentum *Ch* munimen *FL* hictibus *T* 24 quę *V* habeant *O* habent β latrebra *T*

confugiant, est praebenda, ut, si forte ab his produntur, quos conati fuerint seducere nec potuerint, dicant: temptare illos uoluimus, quoniam nos prudentes catholici docuerunt ad inueniendos haereticos id esse faciendum. sed aliquanto commendatius oportet ut dicam, cur ista mihi uideatur tripertita ratio disputandi aduersus eos, qui patronas mendaciis suis scripturas uolunt adhibere diuinas: ut prius ostendamus nonnulla, quae ibi putantur esse mendacia, non esse quod putantur, si recte intellegantur; deinde, si qua ibi mendacia manifesta sunt, imitanda non esse; tertio contra omnes omnium opiniones, quibus uidetur ad uiri boni officium pertinere aliquando mentiri, omni modo tenendum in doctrina religionis nullo modo esse mentiendum. haec enim tria tibi exequenda paulo ante commendaui et quodam modo iniunxi.

XII. 26. Ad ostendenda ergo quaedam, quae putantur in scripturis esse mendacia, non ea esse quod putantur, si recte intellegantur, non tibi parum aduersus istos ualere uideatur, quod non de apostolicis, sed de propheticis litteris inueniunt uelut exempla mentiendi. illa quippe omnia, quae nominatim commemorant, ubi sit quisque mentitus, in eis libris leguntur, in quibus non solum dicta, uerum etiam facta multa figurata conscripta sunt, quia et figurate gesta sunt. in figuris autem quod uelut mendacium dicitur, bene intellectum uerum

1 fugiant *FL* configiant *Ch* esse *V* ut puta γ iis β 2 quonati T^1 fuerant *V* potuerant *V* illos] eos *V* 3 nos *om.* *FLOβbd* 4 esse] etiam γ aliquando *V* commentatius *T* commendacius *RM* comodatius *O* 5 dicam cur] dicantur β quur *RMO* tripartita *Rbd* 6 patronos *V* suis uolunt adhibere diuinas scripturas *bd* 10 contra contra *V* ominum *Ch* hominum *TFL* oppiniones *TCh* 11 pertinere officium *V* 12 tenendum] uidendum *V* doctrinam φ 13 exsequenda *ChOVMbd* 14 coniunxi *T* 16 quod—intellegantur *om. O* quod] que *R*γ 18 sed *om. V* inueniuntur *V* 19 uelud *V* ille T^1 illę T^2 20 commemorantur *V* legentur β 21 multa facta *V* 22 figurate φ conscribta *Ch* figuratae *MCh* figurat•e *T* gesta *om. V* 23 mentiendum *TV* mendum *MCh*ϸ*b* mundū β

inuenitur. apostoli uero in epistulis suis aliter locuti sunt aliterque conscripti actus apostolorum iam uidelicet reuelato testamento nouo, quod illis figuris propheticis uelabatur. denique in tot epistulis apostolicis atque in ipso tam grandi libro, in quo actus eorum canonica ueritate narrantur, non inuenitur talis aliquis mentiens, ut de illo ab istis ad mentiendi licentiam proponatur exemplum, quandoquidem illa Petri et Barnabae simulatio, qua gentes iudaizare cogebant, merito reprehensa atque correcta est, et ne tunc noceret et ne posteris ad imitandum ualeret. cum enim uidisset apostolus Paulus, quia non recte ingrediuntur ad ueritatem euangelii, dixit Petro coram omnibus: si tu, cum sis iudaeus, gentiliter et non iudaice uiuis, quomodo gentes cogis iudaizare? id autem quod ipse fecit, ut quasdam obseruationes legitimas iudaica consuetudine retinendo et agendo non se inimicum legi prophetisque monstraret, absit, ut mendaciter eum fecisse credamus. de hac quippe re satis est eius nota sententia, qua fuerat constitutum nec iudaeos, qui tunc in Christum credebant, prohibendos esse a paternis traditionibus nec ad eas gentiles, cum christiani fierent, esse cogendos, ut illa sacramenta, quae diuinitus praecepta esse constaret, non tamquam sacrilegia fugerentur nec tamen putarentur sic necessaria iam nouo testamento reuelato, tamquam sine his quicumque conuerterentur ad deum salui esse non possent. erant enim qui hoc putabant

10 cf. Gal. 2, 14 12 Gal. 2, 14. 15

1 epistolis *RTMFLOVβγφbd* suis *om. V* loquuti *V* 3 propheticis figuris β 4 aepostolis *Ch*^{1} 5 narratur *T* declarantur *in ras.* γ 6 aliquis talis β licenciam *T* 7 propanatur *Ch* 9 *pr.* et *om. V* 10 quia] quod *V* 11 ingrederentur γ ingredirentur *V* 12 com *Ch* sis *s. l. O* iudeus sis *FL* iudeus *RM* 13 iudaicae *RM* 15 legitima *TChO* iudeica *O*^{1} 16 non] ne γ legis *Eug* 17 re quippe β 18 eius *om. V* iudeos *T* 19 prohibendo *T* 20 eos *Chβ* com *Ch* 21 esse *om. V* coagendos *V* 22 sagrilegia *Ch* fugerentur—necessaria *om. T* 24 reuelata *TCh* hiis β iis *bd* 25 errant *Ch*

atque praedicabant, quamuis iam recepto Christi euangelio, et eis simulate consenserant Petrus et Barnabas ideoque cogebant gentes iudaizare. id erat enim cogere, sic ea necessaria praedicare, tamquam et recepto euangelio nulla sine illis salus esset in Christo. hoc error quorundam putabat, hoc timor Petri simulabat, hoc libertas Pauli redarguebat. quod ergo ait: omnibus omnia factus sum, ut omnes lucri facerem, conpatiendo id fecit, non mentiendo. fit enim quisque tamquam ille, cui uult subuenire, quando tanta misericordia subuenit, quanta sibi subueniri uellet, si esset ipse in eadem miseria constitutus. itaque fit tamquam ille, non quia fallit illum, sed quia se cogitat sicut illum. unde illud est eius apostoli, quod iam supra commemoraui: fratres, si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis, instruite huius modi in spiritu mansuetudinis, intendens te ipsum, ne et tu tempteris. nam si propterea quia dixit: factus sum iudaeis tamquam iudaeus et his qui sub lege erant tamquam sub lege, ideo putandus est mendaciter suscepisse legis ueteris sacramenta, debuit et gentium idololatriam eodem modo mentiendo suscipere, quia dixit etiam his, qui sine lege erant, tamquam sine lege se factum, ut eos lucri faceret: quod utique non fecit. non enim alicubi sacrificauit

7 I Cor. 9, 22 13 Gal. 6, 1 17 I Cor. 9, 20

1 predicabant *RM* recepto iam β iam *om.* γ p̄cepto *O* ✱recepto *M* euangelio x̄pi γ ęuangelico *Ch* 3 enim erat *FL Eug* 4 cepto *V* 5 saluus *Ch* salo *V* esse *R* 7 omnia omnibus β 9 tamquęm *Ch* sicut β quando eidem tantum subuenit quantum *V* 10 *alt.* subuenire *V* ipse esset βγ 11 misericǫrdia *Ch* constituit *Ch* 12 sicut illum *om. O* eiusdem *VFL* 13 et si β*bd Eug* 14 delicto aliquo *V* alico *Ch* dilicto *Ch* 15 estis *om. V*¹ uiusmodi *Ch* 16 mansuetudinis] lenitatis β temptaris φ¹ 17 et dixit *TCh* 18 erant *om.* β erant—lege *repetuntur in RM* 19 lege essem *V* mendaciter *om. O* 20 idololatriam *bd:* idolatriam *codd.* 21 mentiendo] mouendo *O* suscipere mentiendo *V*β qui *Eug* iis *bd* 22 s *om. R* lucrifacerent φ 23 quo *Ch*

idolis aut adorauit illa figmenta, ac non potius libere tamquam martyr Christi detestanda et uitanda monstrauit. de nullis igitur apostolicis actibus siue sermonibus isti proferunt imitanda exempla mentiendi. de propheticis ergo factis seu dictis ideo sibi uidentur habere, quod proferant, quia figuras praenuntiatiuas putant esse mendacia, eo quod mendaciis sunt aliquando similia. sed cum referuntur ad eas res, propter quas significandas ita facta uel dicta sunt, reperiuntur significationes esse ueraces, ac per hoc nullo modo esse mendacia. mendacium est quippe falsa significatio cum uoluntate fallendi. non est autem falsa significatio, ubi, etsi aliud ex alio significatur, uerum est tamen quod significatur, si recte intellegatur.

XIII. 27. Sunt quaedam eius modi etiam saluatoris in euangelio, quia et ipse dominus prophetarum propheta esse dignatus est. talia sunt illa, ubi de muliere, quae fluxum sanguinis patiebatur, ait: quis me tetigit? et de Lazaro: ubi posuistis eum? sic quippe interrogauit quasi nesciens quod utique sciebat. ac per hoc nescire se finxit, ut aliquid aliud illa uelut ignorantia sua significaret. quae significatio quoniam uerax erat, mendacium profecto non erat. eos namque significabant siue illa fluxum sanguinis patiens siue ille mortuus quadriduanus, quos etiam qui cuncta sciebat quodam modo nesciebat. nam et illa typum gerebat plebis gentium, unde praemissa fuerat prophetia: populus, quem non

17 Luc. 8, 45 18 Ioh. 11, 34 25 Ps. 17, 44

1 figmenta illa *V* ficmenta *TCh* liber•tam quas *TCh*^{1} 2 uitã demonstrauit *O* 3 siue] seu γ proferent *V* 4 mentienda *Ch*^{1} pro propheticis φ 6 praenuntiati *Ch*^{1} praenuntiabas (*s.* b *scr.* t) *O* putantes se• φ eo—mendacia *om. V*^{1} quod non *R* quidem *V* aliquando sunt *F* sint *MCh*βγ*bd* 7 simillima *O* 8 ista *V* 9 mendacia] mendaces *FL* 10 quippe est *FL* significatio falsa *V* 12 uerum—significatur *iterantur in* φ 15 et *om. FLO* 16 quae *om. Ch*^{1}*T*^{1} 18 hubi *Ch* 19 sciebat] nouerat β hac *O* fixit *T*^{1}*Ch*^{1} 20 significao *fin. T*^{1} 23 quatriduanus *FLOVT*^{2}βγφ*bd* quicumque sciebat φ 24 tipum β 25 premissa *RM* promissa *TV* non *om. O*

cognoui, seruiuit mihi, et Lazarus remotus a uiuentibus tamquam ibi iacebat per significatiuam similitudinem, ubi ille, cuius uox est: proiectus sum a facie oculorum tuorum. et ideo, tamquam nesciretur a Christo et illa, quae fuerit, et iste, ubi positus fuerit, uerbis interrogantis est figuratum et omne uitatum ueraci significatione mendacium.

28. Hinc est etiam illud, quod commemorasti eos dicere 'dominum Iesum, posteaquam resurrexit, ambulasse in itinere cum duobus discipulis, et propinquantibus eis castello, quo ibant, illum longius se ire finxisse', ubi euangelista dicens: ipse autem se finxit longius ire, etiam ipsum uerbum posuit, quo mendaces nimium delectantur, ut inpune mentiantur: quasi mendacium sit omne quod fingitur, cum ueraciter aliud ex alio significandi causa tam multa fingantur. si ergo nihil aliud significasset Iesus in eo, quod longius ire se finxit, merito iudicaretur esse mendacium. porro autem si bene intellegatur et ad id, quod uoluit significare, referatur, inuenitur esse mysterium. alioquin erunt cuncta mendacia, quae propter quandam rerum significandarum similitudinem, cum gesta non sint, tamquam gesta narrantur. unde est illa de duobus unius hominis filiis, maiore, qui mansit apud patrem suum, et minore, qui longe peregrinatus est, tam prolixa narratio. in quo genere fingendi humana etiam dicta uel facta inrationalibus animantibus et rebus sensu carentibus homines addide-

3 Ps. 30, 23 11 Luc. 24, 28 20 cf. Luc. 15, 11—32

1 mihi inaudita auris obediuit mihi *V* 3 faciae *RCh* conspectu γ 5 *pr.* fuerat *O* interrogatiuis *V* 6 omne mendacium *FL* mendacium *om. FL* 7 commemomorasti *Ch* 8 Iesum] nrm *T* surrexit *V* 9 discipolis *Ch* appropinquantibus *FL* quo. *T* 10 ire se γφ se *om. R* irę *Ch* hubi *Ch* 11 fixit *ChT*[1] 12 posuit *om. V* mentiantur—omne *om.* φ 13 sit *om. Eug* 14 causa] gratia β tam *om.* β 15 significaset *Ch* Iesus] is (*s. l. m. 2*) *T* se ire β *Eug* irę *Ch* 17 referatur (re *in ras.*) φ efferatur *V* 18 misterium *RM* cuncta φ 20 gesta sint γ et illa *Eug* 21 mansit] nam sit *T* 23 umanâ *Ch* humana. *T* facta uel dicta β*bd* inrationabilibus *RTFL*βγφ inrationabilius *O*[1]

runt, ut eius modi fictis narrationibus, sed ueracibus significationibus quod uellent commendatius intimarent. nec apud auctores tantum saecularium litterarum, ut apud Horatium, mus loquitur muri et mustela uulpeculae, ut per narrationem fictam ad id, quod agitur, uerax significatio referatur: unde et Aesopi tales fabulas ad eum finem relatas nullus tam ineruditus fuit, qui putaret appellanda mendacia. sed in litteris quoque sacris, sicut in libro Iudicum, ligna sibi regem requirunt et loquuntur ad oleam et ad ficum et ad uitem et ad rubum. quod totum utique fingitur, ut ad rem, quae intenditur, ficta quidem narratione, non mendaci tamen, sed ueraci significatione ueniatur. haec dixi propter id, quod scriptum est de Iesu: et ipse se finxit longius ire, ne quisquam ex hoc uerbo, sicut Priscillianistae, licitum uolens habere mendacium insuper etiam Christum contendat fuisse mentitum. quisquis autem uult intellegere illud fingendo quid praefiguraverit, adtendat, quid agendo perfecerit. longius namque postea profectus super omnes caelos non tamen deseruit discipulos suos. propter hoc significandum futurum diuinitus factum ad praesens illud est humanitus fictum. et ideo significatio uerax in illa est fictione praemissa, quia in hac profectione

3 cf. Horat. sat. II 6, 79 sqq. 4 Hor. Ep. I 7, 29 sqq. 6 Aesopi fab. 8 cf. Iud. 9, 8—15 13 Luc. 24, 28

1 factis φ^1 ueratibus *Ch* 2 commendacius *T*φ intimaret *Ch*^{1} 3 oratium *TRChFL*β ora*tium *O* horascium *V* 4 loquitur muri (*s. ri add. s*) φ mustella *L* mustelę *R* uulpae culae φ uulpiculae *Eug* 5 uera βbd refereratur *T* 6 ysopi *MChRTLFOW* esopi *V*$\beta\gamma$ ales *VW* reuelata *V* tam *om. V* eruditus *V* 8 iudicium *V* 9 locuntur *RTO*φ 10 rubrum *V* utique totum *bd* 11 fictam *TCh* narrationē *TCh* uerati *Ch* uera γ 12 id *om. Eug* 13 est *om. Ch* de] in *V* Iesu] deo *RMW* se *s. l. Ch om. V* ne *om.* φ^1 14 priscilianistae *O* licidum *Ch* uolunt *Eug* 16 praefigurarit *MV*βbd 18 est super *FL* celus *Ch* discipolos *Ch* 19 futurum *om. FL* 20 est illud *FL* est *om. V* umanitus *Ch* fictum] factum *V*φ^1 et *om. O* 21 finctione *TChV* perfectione *TO*$\beta\gamma$ perfinctione *V*

illius est significationis ueritas subsecuta. ille igitur contendat Christum mentitum esse fingendo, qui negat eum quod significauit inpleuisse faciendo.

XIIII. 29. Quia ergo non inueniunt mendaces haeretici in testamenti noui litteris imitanda exempla mendacii, copiosissimos se esse existimant in hac disputatione, qua opinantur esse mentiendum, cum de ueteribus propheticis libris, quia non ibi apparet nisi intellegentibus paucis quo referantur significatiua dicta et facta ueracia, multa sibi uidentur inuenire ac proferre mendacia. sed habere cupientes quibus se tueantur uelut imitanda exempla fallendi, se ipsos fallunt, et mentitur eorum iniquitas sibi. illae autem personae, quas credendum ibi non est prophetare uoluisse, si quid faciendo uel dicendo finxerunt uoluntate fallendi, quamuis ex ipsis quoque factis earum siue dictis aliquid propheticum possit exsculpi, per illius omnipotentiam praeseminatum atque dispositum, qui bene uti nouit etiam malis hominum, tamen, quantum ad ipsas adtinet, sine dubitatione mentitae sunt. sed non ideo debent imitanda existimari, quia in eis reperiuntur libris, qui sancti et diuini merito nominantur. habent enim conscripta et mala hominum et bona, illa uitanda, ista sectanda, et quaedam ita posita, ut de illis etiam sit prolata sententia, quaedam uero tacito ibi iudicio nobis iudicanda permissa, quoniam non solum nos nutriri manifestis, uerum et exerceri oportebat obscuris.

30. Cur autem isti imitandam sibi Thamar existimant men-

12 cf. Ps. 26, 12 26 cf. Gen. 38, 14 sqq.

1 subsequuta *V* illę *L* 2 qui* *L* significabit O^1 3 implesse β 4 Qui β 5 imitanda esse *FL* 6 esse se *O* 7 mendacium *V* 9 significantia *FL*β et] uel *TCh*β*bd* ueratia *RT* 10 se tueantur] seruentur *V* 11 fallendis *RM* 12 ille *RM*γ 14 uel—fallendi *om.* φ 15 eorum *R* 16 exculpi *TFLOV*βγφ 18 atimet *V* 19 existimari imitanda β imitandę *L*γ imitande *FV* inmitanda φ repperiuntur *RMO* 22 ita (i *ex* u) φ etiam *om. FL* prolata sit *Ch*β*bd* 24 permissassunt φ 25 et *om. VR* 26 quur *O* ista *O om.* γ imitanda *M* amar φ^1

tientem et imitandum Iudam non existimant fornicantem? ibi enim utrumque legerunt: et nihil horum scriptura illa siue culpauit siue laudauit, sed tantummodo utrumque narrauit et iudicandum nobis utrumque dimisit; sed mirum, si aliquid horum imitandum inpune permisit. quod enim Thamar non meretricandi libidine, sed concipiendi uoluntate mentita sit, nouimus. uerum et fornicatio, etiamsi Iudae talis non fuit, potest esse cuiuspiam, qua faciat, ut homo liberetur, sicut illius mendacium fuit, ut homo conciperetur. numquid propterea etiam fornicandum est, si propter illud putatur fuisse mentiendum? non de solo itaque mendacio, sed de omnibus operibus hominum, in quibus existunt uelut conpensatiua peccata, considerandum est, quam sententiam proferre debeamus, ne aperiamus aditum non tantum paruis quibusque peccatis. uerum etiam sceleribus cunctis, nullumque remaneat facinus, flagitium, sacrilegium, in quo causa non possit existere, qua recte uideatur esse faciendum, uniuersamque uitae probitatem opinio ista subuertat.

XV. 31. Nihil autem iudicandus est dicere, qui dicit aliqua iusta esse mendacia, nisi aliqua iusta esse peccata ac per hoc aliqua iusta esse, quae iniusta sunt: quo quid absurdius dici potest? unde enim est peccatum, nisi quia iustitiae contrarium est? dicantur ergo alia magna, alia parua esse peccata, quia uerum est nec auscultandum Stoicis, qui omnia paria esse contendunt; dicere autem quaedam iniusta, quaedam iusta esse

24 cf. Cic. Ac. post.

1 iudam imitandum *V* 2 utrunque *LV* siue illa φ illa *om. V* 3 utrumque *om. V* 4 sit φ 6 meretri candi (t *s. l.*) φ 7 et *om. V* etsi *FL* iudę etiam *FL* iudę etiamsi *V* 8 esse] enim *W* fecit V^1 10 etiam *om. V* putantur φ 11 utique *FL*β omnibus quibus hominum operibus β 12 operibus *om.* φ in quibus *om.* β 14 quibus *M* quibusdă (dă *s. l.*) φ 16 exsistere *M* 18 oppinio *T* 19 es *R* 20 peccata—esse *om. FL* *ac φ 21 aliqua *om.* γ 22 est contrarium γ 24 ascultandum *V* stoycis *FL* sthoicis *V* histoicis O^1 25 iusta V_γ **iusta *T* iniusta TV_γ

peccata, quid est aliud quam dicere quasdam esse iniustas, quasdam iustas iniquitates? cum dicat apostolus Iohannes: omnis. qui facit peccatum, iniquitatem facit; peccatum iniquitas est. non igitur potest iustum esse peccatum, nisi cum peccati nomen in alia re ponimus, in qua quisque non peccat, sed aut facit aliquid aut patitur pro peccato. nam et sacrificia pro peccatis peccata appellata sunt et poenae peccatorum dicuntur aliquando peccata. haec plane possunt intellegi iusta peccata, cum iusta dicuntur sacrificia uel iusta supplicia. ea uero, quae contra legem dei fiunt, iusta esse non possunt. dictum est autem deo: lex tua ueritas, ac per hoc quod est contra ueritatem, iustum esse non potest. quis autem dubitet contra ueritatem esse omne mendacium? nullum igitur iustum potest esse mendacium. item cui non clareat ex ueritate esse omne, quod iustum est? clamat autem Iohannes: omne mendacium non est ex ueritate. omne ergo mendacium non est iustum. quapropter quando nobis de scripturis sanctis mentiendi proponuntur exempla, aut mendacia non sunt, sed putantur esse, dum non intelleguntur, aut, si mendacia sunt, imitanda non sunt, quia iusta esse non possunt.

32. Sed quod scriptum est bene deum fecisse cum hebraeis

2 I Ioh. 3, 4 11 Ps. 118, 142 16 I Ioh. 2, 21 22 cf. Ex. 1, 17 sqq.

1 esse iniustas *om.* $V\gamma$ iniustas] iustas *T* 2 iniustas *T* esse iniquitates *V* iohannes apostolus γ omnis *om.* *V* 3 facit et iniquitatem *bd* et iniquitatem *TFLOV*$\beta\gamma$ iniquitatem—peccatum *om.* φ et peccatum *FLV*β 4 ergo *pro* igitur *bd* ꝯ peccatum φ 5 reponimus *V*β 6 sed aut] set ut *T* sed *V* peccato—pro *om.* *V* 7 sunt appellata *V* paenae *M* poene φ pene β 8 dicentur β planae *M* plene *TO* 9 peccata (ta *s. l.*) φ dicentur β 10 dei legem β 11 ac φ quod est] quidem γ 12 iustum—autem *om.* φ 13 omne esse *V* mendacium omne βbd igitur] ergo *bd* 14 esse potest *bd* 16 ergo] igitur γ 17 de scripturis sanctis nobis β 18 ponuntur *RTFLOV*$\gamma\varphi$ 19 sed—non sunt *om.* *T* 22 quod] cum *V* deum bene *V* fecisse deum β ebraeis *M* hæbraeis *T* hebreis *OV*φ

obstetricibus et cum Raab Hiericuntina meretrice, non ideo factum est, quia mentitae sunt, sed quia in homines dei misericordes fuerunt. non est itaque in eis remunerata fallacia, sed beniuolentia, benignitas mentis, non iniquitas mentientis. sicut enim mirum absurdumque non esset, si alio prius tempore commissa ab eis aliqua opera mala deus propter posteriora bona uellet ignoscere, ita mirandum non est, quod uno tempore in una causa deus utrumque conspiciens, id est factum misericorditer factumque fallaciter, et bonum remunerauit et propter hoc bonum malum illud ignouit. si enim peccata, quae propter carnis concupiscentiam, non propter misericordiam fiunt, propter posteriora opera misericordiae dimittuntur, cur non merito misericordiae dimittuntur, quae propter ipsam misericordiam committuntur? grauius est enim peccatum, quod animo nocentis quam quod animo subuenientis efficitur. ac per hoc si illud deletur opere misericordiae postea subsequente, cur hoc, quod est leuius, non deletur ipsa hominis misericordia et praecedente, ut peccet, et comitante, cum peccat? ita quidem uideri potest. uerumtamen aliud est dicere: peccare quidem non debui, sed opera misericordiae faciam, quibus deleam, quod ante peccaui, et aliud est dicere: peccare debeo, quia non possum aliter misereri, aliud est, inquam, dicere: quia iam peccauimus.

1 cf. Ios. cap. 2; 6, 25 sqq.

1 obstitricibus *V* rahab *T* hiericuntina *MO* hierecuntina *RF* iherichuntina *L* ierichontina *V* iericontina βγ iericuntina φ 2 factum] dictum β 4 beneuolentia *TFLbd* benigne *V* 5 prius *om.* γ 6 aliqua *om. V* mala opera β 7 opera bona *TOVγbd Eug* bona opera *FL*β agnoscere O^1 8 una in *V* utrunque *L* 9 misericordię *FL* fallacię *FL* remunerabit O^1 10 illū *T* 11 concupiscentiam carnis β 12 misericordiae opera *V* tempora misericordiae *Eug* 13 cur—dimittuntur *om. T* quur *O* peccata dimittuntur *FL* 14 enim *om.* β 16 efficiatur *W* si *om. V*φ opera *RMTFV*L^1*W Eug* 17 subsequenti *V* quur *O* 18 peccent *T* 19 comitante φ peccatur *V* ueruntamen *L* 23 miseri φ est *om. V* peccabimus O^1

benefaciamus, et aliud est dicere: peccemus, ut benefaciamus. ibi dicitur: faciamus bona, quia fecimus mala, hic autem: faciamus mala, ut ueniant bona. ac per hoc ibi exhaurienda est sentina peccati, hic cauenda est doctrina peccandi.

33. Restat itaque, ut intellegamus illis mulieribus, uel in Aegypto uel in Iericho, pro humanitate et misericordia redditam fuisse mercedem utique temporalem, quae quidem et ipsa aeternum aliquid etiam illis nescientibus prophetica significatione figuraret. utrum autem sit aliquando uel pro cuiusquam salute mentiendum, cum quaestio sit, in qua dissoluenda etiam doctissimi fatigantur, ualde illarum muliercularum in illis populis constitutarum et illis moribus adsuetarum excedebat modum. itaque hanc earum ignorantiam, sicut aliarum rerum, quas pariter nesciebant, sed sciendae sunt a filiis non huius saeculi, sed futuri, dei patientia sustinebat, qui tamen eis pro humana benignitate, quam famulis eius inpenderant, quamuis caeleste aliquid significantia praemia terrena reddebat. et Raab quidem ex Iericho liberata in dei populum transitum fecit, ubi proficiens posset ad aeterna et inmortalia munera peruenire, quae nullo sunt quaerenda mendacio.

XVI. Tunc tamen, quando illud opus bonum et pro suae uitae condicione laudabile Israhelitis exploratoribus praestitit, nondum erat talis, ut ab ea exigeretur: sit in ore uestro:

3 Rom. 3, 8 25 Matth. 5, 37

1 peccabimus *FL* ut] et β 2 dicimus *Eug* qui *V* hi*c *T* 3 ibi *om. V* exaurienda *RMVO* exorienda *T* 4 sentina] sententia *RTV* 7 aegipto *M* egipto *V* egypto φ hierico *M* gericho *RT* iherico *F* ihericho *L* ierico β 8 quae—figuraret *om. V* 13 in *om. V* 14 excedit *V* itque *M* 15 nesciebatis *T* siendae *M* 16 patientiã *T* 17 sustinebant (n *s. l*) *T* eis *om. V* benignitate humana *bd* humana *om. FL* humanitat β¹ 19 rahab *V* hierico *MF* hiericho *RLO* iericho (h *s. l.*) φ 20 liberata in *om. V* populo *V* fecit] significauit *V* possit *V* 21 aeterna* φ nullius (i *s. l. m. 2*) *T* 23 uite sue φ suauitate *T* 25 ut ab] ut *V* ut hab φ

est est, non non. obstetrices autem illae quamuis Hebraeae si secundum carnem tantummodo sapuerunt, quid aut quantum est quod eis profuit remuneratio temporalis, quia fecerunt sibi domos, nisi proficiendo pertinuerunt ad eam domum, de qua deo cantatur: beati, qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te? multum autem fatendum est propinquare iustitiae et quamuis re ipsa nondum, iam tamen spe atque indole animum esse laudandum, qui numquam nisi hac intentione mentitur, qua uult prodesse alicui, nocere autem nemini. sed nos cum quaerimus, sitne boni hominis aliquando mentiri, non de homine quaerimus adhuc ad Aegyptum uel ad Iericho uel ad Babyloniam pertinente uel adhuc ad ipsam Hierusalem terrenam, quae seruit cum filiis suis, sed de ciue illius ciuitatis, quae sursum est libera mater nostra aeterna in caelis. et respondetur quaerentibus nobis: omne mendacium non est ex ueritate. filii autem illius ciuitatis filii sunt utique ueritatis; eius ciuitatis filii sunt, de quibus scriptum est in ore eorum non inuentum esse mendacium; eius ciuitatis est filius, de quo item scriptum est: uerbum suscipiens filius a perditione longe aberit; excipiens autem excepit illud sibi, et nihil falsi ex eius ore procedit. his filiis supernae Hierusalem et sanctae

5 Ps. 83, 5 13 cf. Gal. 4, 25. 26 16 I Ioh. 2, 21 18 Apoc. 14, 5 20 Prou. 24, 23 (29, 27)

1 quanuis *V* hebreae φ haebreae *O* 2 saperent *O* 3 est *om.* β proficit β 4 dom' *V* nisi] sibi φ non pertinuerunt *V*φ pertinuerint *MFbd* ad illam *V* 5 deo cantatur] dictum est *FL* 6 tua domine *V* 8 iam tunc β animam (a *fin. in ras.*) *R* 9 in hac β quia *V* 11 sitne] sit debeant *V* ne sit *T* 12 ad *om. T* egyptum φ hiericum *MφRTOW* uel] aut *s. l. m. 2 T* babiloniam *MLV*φ 13 pertinentē *T* 15 libera quae est mater *FL* caelis] saeculis *FL* 16 nobis quaerentibus *FL* 17 filiis φ 18 ueritatis] ciuitatis *FL* 19 est inuentum *TV*φγ*bd* eſt inuentum *F* eius est *O* 20 est *om. O* filius est *Mbd* 21 suscipiens φ 22 excipit *TV* illū *V*φ¹ ex *om. T* ore eius *V*βφγ 23 processit *T* hi filii *O* et superne *V*

ciuitatis aeternae si quando ut hominibus obrepit qualecumque mendacium, poscunt humiliter ueniam, non inde quaerunt insuper gloriam.

XVII. 34. Sed dicet aliquis: ergone obstetrices illae atque Raab melius fecissent, si nullam misericordiam praestitissent nolendo mentiri? immo uero illae mulieres Hebraeae, si essent tales, de qualibus quaerimus, utrum sit eis aliquando mentiendum, nec aliquid falsi dicerent et foeda ministeria de paruulis occidendis liberrime recusarent. sed, inquies, ipsae morerentur. at uide, quid sequatur. morerentur enim caelestis habitationis incomparabiliter ampliore mercede, quam domus illae quas sibi fecerunt in terra esse potuerunt; morerentur futurae in aeterna felicitate, mortem perpessae pro innocentissima ueritate. quid illa in Iericho? numquid hoc posset? nonne si quaerentes ciues mentiendo non falleret, uerum dicendo latentes hospites proderet? an posset interrogantibus dicere: scio ubi sint, sed deum timeo, non eos prodo? posset hoc quidem dicere, si iam esset uera Israhelitis, in qua dolus non esset: quod futura erat per misericordiam dei transiens ad ciuitatem dei. uerum illi hoc audito, inquies, illam perimerent, domum scrutarentur. sed numquid consequens erat, ut illos etiam quos diligenter occultauerat inuenirent? prospexerat enim cautissima mulier et ibi eos posuerat, ubi latere potuissent, etiamsi ei mentienti creditum non fuisset. ita et illa, si tamen a suis ciuibus esset occisa pro miseri-

18 cf. Ioh. 1, 48

1 aeternae *om.* γ 3 gloriam] ierusalē supnā *V* 4 ergo β 5 rahab *O* 6 nolentes *FL* haebreae *T* hebreae φ essen R^1 7 de *om.* *V* quales *V* 8 neç φ falli β et *om.* φ 9 occidendis *om.* *V* ipse O_γ 10 moreremur *O* morirentur V^1 et $V\beta\gamma RTFL\varphi W$ uides *RMFL*γφ*W* si enim morerentur *V* morerentur (*s.* o *add.* e) γ 11 habitationes *V* quandomus O^1 14 hierico *RLFOMW* ierico β 15 menciendo *T* 16 ospites *T* 17 sunt *TFLV*βφ^2*bd* 18 uere *T* israhelita *V* israhelites φ 21 nunquid *L* 22 inueniret β 23 prosperat φ et *om.* *M* 25 si pro misericordiae opere a suis ciuibus fuisset (t *s. l. m. 2*) occisa *O* opere misericordiae β misericordi *MFL*γφ*W* misericordia *V*

cordiae opere, uitam istam faeneam pretiosa in conspectu domini morte finisset, et erga illos eius beneficium inane non fuisset. sed, inquies, quid? si et ad illum locum, ubi eos occultauerat, hi, a quibus quaerebantur, perscrutando omnia peruenissent? isto modo dici potest: quid? si mulieri uilissimae atque turpissimae non solum mentienti, uerum etiam peieranti credere noluissent? nempe etiam sic consecutura fuerant, quae timendo mentita est. et ubi ponimus uoluntatem ac potestatem dei? an forte non poterat et illam nec ciuibus suis mentientem nec homines dei prodentem et illos suos ab omni pernicie custodire? a quo enim et post mulieris mendacium custoditi sunt, ab eo potuerunt, etsi illa mentita non esset, utique custodiri. nisi forte obliti sumus hoc fuisse in Sodomis factum, ubi masculi in masculos nefanda libidine accensi nec ostium domus, in qua erant quos quaerebant, inuenire potuerunt, quando uir iustus in causa omnino simillima pro suis hospitibus mentiri noluit, quos esse angelos nesciebat et uim morte peiorem ne paterentur timebat. et certe poterat talia respondere quaerentibus, qualia in Iericho mulier illa respondit. nam prorsus similiter et illi interrogando quaesierunt. sed homo iustus noluit pro corporibus hospitum animam suam suo mendacio maculari, pro quibus uoluit cor-

1 cf. Ps. 115, 6 (15) 22 cf. Gen. 19, 5 sqq.

1 opere *om.* *V* faeneam] foeniam *T* femineam *V* feneam *L* finiendam *βbd erasum in* *γ* 2 finissent *O* et—fuisset *om.* *φ* 3 inquies] dices *O* ad *om.* *O* 4 hii *T* ii *bd* perscrutantur *β* 5 mulieris *β* 6 uilissimae atque turpissimae] uiri isti *V* menciendi *T* 7 perieranti *O* siconsecutura *M* sicut secutura *LF*^{1} si consequuti *V* 9 hac *T* et *V* potestatem] uoluntatem *T* poterant *V* illa *T* 10 suis *om.* *V* 11 ab *om.* *V*^{1} omni] homini *T* *om.* *V*^{1} pernicie *T* mulieres *φ*^{1} 13 fuisse *om.* *φ* 15 in qua erant] inquirentes *V* quam *V* 17 ospitibus *φ*^{1} noluit *s. l. m. 2* *γ* angelos esse *V* 18 uim] ne in *V* mortē *R* peiore *V* necarentur *V* timebant *O* 19 talia (t *m. 2 s. l.*) *O* quaerentibus *om.* *W* hiericho *RTO* hierico *M* ierico *φ* 20 prorsus similiter] pro suis hospitibus *V* 21 corribus *V* 22 suam] sarā *β*

pora filiarum alienae libidinis iniquitate uim perpeti. faciat ergo homo etiam pro temporali hominum salute quod potest: cum autem ad hunc articulum uentum fuerit, ut tali saluti consulere nisi peccando non possit, iam se existimet non habere quid faciat, quando id reliquum esse perspexerit quod non recte faciat. proinde Raab in Iericho, quia peregrinos homines dei suscepit hospitio, quia in eorum susceptione periclitata est, quia in eorum deum credidit, quia diligenter eos ubi potuit occultauit, quia per aliam uiam remeandi consilium fidelissimum dedit, etiam supernae Hierusalem ciuibus imitanda laudetur. quod autem mentita est, etiamsi aliquid ibi propheticum intellegenter exponitur, non tamen imitandum sapienter proponitur, quamuis deus illa bona memorabiliter honorauerit, hoc malum clementer ignouerit.

35. Quae cum ita sint, quoniam nimis longum est omnia pertractare, quae in illa Libra Dictinii sunt posita uelut imitanda exempla mentiendi, ad hanc regulam mihi uidentur non solum ista, uerum etiam si qua sunt talia redigenda, ut aut quod creditur, ostendatur non esse mendacium — siue ubi tacetur uerum nec dicitur falsum; siue ubi significatio uerax aliud ex alio uult intellegi, quod genus figuratorum uel dictorum uel factorum abundat in propheticis litteris — aut quae conuincuntur esse mendacia, non esse imitanda monstrentur

1 iniquitatem $\varphi^1 W$ et uim V uim] uiri β 2 etiam hoc V potest (te *s. l.*) V 3 huc $R\varphi^1$ uentum] mtū O^1 uitali (*s.* i *add.* t) φ salute T 4 consuli V posit R 5 quit T quod $LF\gamma$ facit RM relicum $RMTO$ prospexerit V 6 rahab OV raab meretrix γ hiericho RTO hierico $M\varphi$ 7 hospicio T 8 pereclitata M eorum aduentu FL 10 fidelissimum *om.* FL superna T hyerusalem φ ierusalem $FLV\beta\gamma bd$ 11 autem] hoc W 12 prophaeticum φ intellegendū W imponitur V ponitur W non—proponitur *om.* φ 13 proonitur V ponitur T 14 ignorauerit $RO\gamma^1 W$ 15 sunt T longum est nimis V nimis *om.* T 16 dictynii T dyptini O dictimi V dictyinii φ 18 etiam alia si γ alia V 19 esse creditur $TFLOV\beta\gamma\varphi bd$ 20 nec (c *s. l.*) φ 21 aliut V 22 habundat TV aut quae] atque β

et si qua nobis ut alia peccata subrepserint, non eis tribuendam iustitiam, sed ueniam postulandam. hoc quidem mihi uidetur; et ad istam sententiam me superius disputata conpellunt.

XVIII. 36. Verum quia homines sumus et inter homines uiuimus — fateorque me nondum esse in eorum numero, quos conpensatiua peccata non turbant — saepe me in rebus humanis uincit sensus humanus nec resistere ualeo, cum mihi dicitur: ecce graui morbo periclitatur aegrotus, cuius iam uires ferre non possint, si ei mortuus unicus et carissimus filius nuntietur. a te quaerit an uiuat, quem uitam finisse tu nosti. quid respondebis, quando quidquid aliud dixeris praeter unum de tribus: aut mortuus est aut uiuit aut nescio, nihil aliud credit ille quam mortuum, quod te intellegit timere dicere et nolle mentiri? tantundem ualet, etiamsi omni modo tacueris. ex illis autem tribus duo falsa sunt 'uiuit' et 'nescio' nec abs te dici possunt nisi mentiendo. illud autem unum uerum, id est mortuum esse, si dixeris et perturbati hominis mors fuerit subsecuta, abs te occisus esse clamabitur. et quis ferat homines exaggerantes quantum sit mali salubre mendacium deuitari et homicidam diligi ueritatem? moueor his oppositis uehementer, sed mirum, si etiam sapienter. cum enim proposuero ante qualescumque oculos cordis mei intellegibilem illius pulchritudinem, de cuius falsi nihil ore procedit, quamuis ubi radians magis magisque clarescit ueritas, ibi palpitans mea reuerberatur infirmitas, tamen sic amore tanti decoris accendor, ut cuncta quae inde

1 ut̨ *R* subrepseꝝ (ps *s. l.*) *O* tribuenda *T* 2 mihi quidem *V* 5 uerumtamen γ 8 ne *M* 9 pereclitatur *MT* 10 ferri *V* ferro φ¹ 11 nuntietur] minuitur β uita *T* 12 quicquid *TOV*φ 14 illae φ *om. FLV* 15 intelligit *T* temere β et *om. FL* tantumdem *T* 18 si *om. RM* 19 subsequuta *V* 20 f*erat *Ch* ferit *V*¹ exagerantes *Ch* 21 deuitare *V* omicidam β diligere *V* 24 intelligibilem *T* falsi *om. Ch*¹ 25 ore *ante* falsi *legitur* in *bd* 26 uitas *V*¹ ubi *M*β palpans *FL* reuerbaeretur *Ch* 27 ascendor *O* me inde me *T* me inde β inde] in *V*¹

me reuocant humana contemnam. sed multum est, ut iste in tantum perseueret affectus, ne in temptatione desit effectus. nec me mouet contemplantem luminosum bonum, in quo mendacii tenebrae nullae sunt, quod nobis mentiri nolentibus et hominibus uero audito morientibus homicida dicitur ueritas. numquid enim, si stuprum expetat inpudica et te non consentiente saeuo amore perturbata moriatur, homicida erit et castitas? an uero, quia legimus: Christi bonus odor sumus in omni loco, et in his qui salui fiunt et in his qui pereunt, aliis quidem odor uitae in uitam, aliis autem odor mortis in mortem, etiam odorem Christi pronuntiabimus homicidam? sed quia homines sumus et nos in huius modi quaestionibus et contradictionibus plerumque superat aut fatigat sensus humanus, ideo mox et ille subiecit: et ad haec quis idoneus?

37. Huc accedit — ubi miserabilius eiulandum est — quod si concesserimus pro salute illius aegri de uita filii eius fuisse mentiendum, ita paulatim minutatimque subcrescit hoc malum et breuibus accessibus ad tantum aceruum mendaciorum sceleratorum sensim subintrando perducitur, ut numquam possit penitus inueniri, ubi tantae pesti per minima additamenta in inmensum conualescenti possit obsisti. unde prouidentissime scriptum est: qui modica spernit, paulatim decidit.

8 II Cor. 2, 15. 16 15 II Cor. 2, 16 23 Eccli. 19, 1

1 humanā *O* umana *Ch* contemnam *O* contempnant *T* 2 perseueraret *TCh* uel donec ne (ne *in mg. m. 2*) *V* affectus *T* 3 me mouet] cōmouet *V* 4 mentiri *om. O* 5 *cum uoce* morientibus *codex O finitur* dicatur γ 6 nunquid *L* enim *om. V* ad stuprum te expectat *V* 7 amore] animo *FLV* omicida *Ch* 9 suamus *Ch* in *om. V* iis β*bd* salui—qui *om. V* 11 in] ad *V* morte *TCh* hodorem *TCh* 12 pronuntiauimus *TCh* 13 in *om. V* quescionibus *Ch* et contradictionibus *om.* φ plerunque *V* 14 sensus *s. l. M* 15 quid β 16 heiulandum *MTCh*γφ[1] est *om. TCh* 17 consenserimus *V* illius *om. V* 18 succrescit *ChFLV*βγφ*bd* 19 acces***sibus *Ch* acerbum *TCh* 22 coualescenti *Ch* 23 modica spernit] spernit minima *FL*

quid? quod uitae huius tales amatores, ut eam non dubitent praeponere ueritati, ne homo moriatur, immo ut homo quandoque moriturus aliquanto serius moriatur, non tantum mentiri, sed etiam peierare nos uolunt? ut uidelicet, ne aliquanto citius transeat uana salus hominis, nomen domini dei nostri accipiamus in uanum. et sunt in eis docti, qui etiam regulas figant finesque constituant, quando debeat, quando non debeat peierari. o ubi estis, fontes lacrimarum? et quid faciemus? quo ibimus? ubi nos occultabimus ab ira ueritatis, si non solum neglegimus cauere mendacia, sed audemus insuper docere periuria? uiderint enim assertores defensoresque mendacii, quale genus uel qualia genera mentiendi eos iustificare delectet: saltem in dei cultu concedant non esse mentiendum; saltem sese a periuriis blasphemiisque contineant; saltem ubi dei nomen, ubi deus testis, ubi dei sacramentum interponitur, ubi de diuina religione sermo promitur siue conseritur, nemo mentiatur, nemo laudet, nemo doceat et praecipiat, nemo iustum dicat esse mendacium; de ceteris mendaciorum generibus eligat sibi, quod putat esse mitissimum atque innocentissimum mentiendi genus, cui placet esse mentiendum. hoc scio, quod etiam qui docet oportere mentiri, uerum docere se uult uideri. nam si falsum est quod docet, quis falsae uelit studere doctrinae, ubi et fallit docens et fallitur discens?

1 quidqd M^1 sunt amatores *V* amores *TCh* 2 proponere *T* immo—moriatur *om. FL* 3 aliquando *TChV*β 4 aliquando *T* 5 ominis *Ch* domini *om.* β dei *om. V* nostri *om. FL*γ 7 fingant *TV*β 8 peierare *V*β*FL* o *om. V* 9 hoccultabimus *Ch* 10 necglegimus φ negglegamus *V* insuper] super *V* dicere. *T* 11 peioria *Ch* peiora *T* uderunt φ^1 etenim *T* assartores φ^1 assertatores β 12 delectent *T* 13 saltem *om. V* saltem—mentiendum *in mg. Ch* cultum *FL* mendacium *V* 14 saltim *VT* se γ peiuriis *Ch* et blasphemiis γ 15 ubi *pr. om.* γ interponimus *V* 16 hubi *Ch* ubi—promitur *om. R* siue] uel *V* 17 mentiẹnatur *Ch* laudat *TCh* 18 mendacium esse *TCh* ceteras *M* 19 putate *M* putet *V*γ esse *in ras. M* 20 mentidi *Ch* mentiri *in ras. T* illa cui γ 21 docere] dicere *T* 22 se *ex* si *Ch* 23 dicens *TCh*

si autem, ut aliquem possit inuenire discipulum, docere se asserit uerum, cum doceat esse mentiendum, quomodo erit illud ex ueritate mendacium Iohanne apostolo reclamante: omne mendacium non est ex ueritate? non est igitur uerum aliquando esse mentiendum; et quod non est uerum, nemini est omnino suadendum.

XVIIII. 38. Sed agit partes suas infirmitas et causam uincibilem fauentibus turbis se habere proclamat, ubi contradicit et dicit: quomodo apud homines, qui procul dubio, si fallantur, auertuntur a pernicie uel aliena uel sua, periclitantibus subuenitur hominibus, si nos humanus ad mentiendum non inclinet affectus? si patienter me audiat turba mortalitatis, turba infirmitatis, respondebo aliquid pro negotio ueritatis. certe pia, uera, sancta castitas nonnisi ex ueritate est: et quisquis aduersus eam facit, profecto aduersus ueritatem facit. cur ergo et, si non possit aliter periclitantibus subueniri, non committo stuprum, quod ideo est contrarium ueritati, quia contrarium est castitati, et ut periclitantibus subueniatur, loquor mendacium, quod ipsi apertissime est contrarium ueritati? quid nos tantum promeruit castitas et offendit ueritas? cum omnis ex ueritate sit castitas et sit non corporis, sed mentis castitas ueritas atque in mente habitet etiam corporis castitas. postremo, quod et paulo ante dixi et iterum dico, quisquis mihi pro persuadendo

4 I Ioh. 2, 21

1 ut] aut *Ch* discipolum *Ch* 2 quomodo ex ueritate ullū mendacium erit β 3 illum *Ch* ullū *Mγ om.* β apostolo *om. V* 4 est *fin. om. T* igitur] ergo *bd* 5 esse *om. V* non *om. TCh* 6 omnino est γ 7 ait *V* inuincibilem *bd* 8 fatentibus *T* contradit *Ch* dicit (c *s. l.*) *T* 9 aput *Ch* falluntur *Vβφbd* 10 pereclitantibus *V* 12 audeant *Ch* turba mortalitatis *s. l. m. 2* γ 14 certe] crede *V* 16 quur *M* si* φ periclinantibus *V* subuenire *T* 17 cōmixto (τ *s. l.*) φ contrarium est *V* 18 si ut (si *s. l.*) γ 19 contrarium est *FLV*ζ 20 apud nos *b* castitatis *R* 21 ueritas *ex* uitas *m. 2 V* 22 atque in mente] autem in corpore atque in mente *V* 23 etiam corporis castitas *om. V* 24 dico iterum γ pro *om. Chγ* persuadenda φ¹ suadendo *T*

et defendendo ullo mendacio contradicit, quid dicit, si uerum non dicit? si autem propterea est audiendus, quoniam uerum dicit, quomodo me uult facere uerum dicendo mendacem? quomodo mendacium patronam sibi adhibet ueritatem? an aduersario suo uincit, ut a se ipsa uincatur? quis hanc absurditatem ferat? nullo modo igitur dixerimus eos, qui asserunt aliquando esse mentiendum, id asserendo esse ueraces, ne, quod est absurdissimum et stultissimum credere, ueritas nos doceat esse mendaces. quale est enim, ut esse adulterandum nemo discat a castitate, deum offendendum nemo discat a pietate, cuiquam nocendum nemo discat a benignitate et esse mentiendum discamus a ueritate? porro si hoc non docet ueritas, non est uerum; si non est uerum, non est discendum; si non est discendum, numquam est igitur mentiendum.

39. Sed perfectorum est, ait aliquis, solidus cibus. multa enim secundum ueniam relaxantur infirmitati, quamuis sincerissimae nequaquam placeant ueritati. dicat hoc quisquis non metuit, quae consequentia metuenda sunt, si fuerint aliquo modo aliqua permissa mendacia. nullo modo tamen in tantum sunt permittenda conscendere, ut ad periuria blasphemiasque perueniant; nec aliquam causam prorsus oportet obtendi, cur debeat peierari uel, quod est execrabilius, cur deus debeat blasphemari. non enim quia per mendacium blasphematur, ideo non blasphematur. potest quippe hoc modo dici non peierari, quia per mendacium peieratur. quis

15 Hebr. 5, 14

1 mihi contradicit *V* 2 si—dicit *in mg.* β est *om. T* audiendū β uerum (r *s. exp.* l) φ 3 mendacium *V* 4 patronum *V* adhibebit *V* 5 ipso *FL* 6 ergo *pro* igitur *post* nullo *praeb. bd* 7 *pr.* esse *om. V* 8 absurdum est *V* doceat ueritas *V* 9 nos *om. V* esse mendaces doceat β quale» *Ch* esse] esset *V* adhulterandum *V* 10 a castitate—discat *om.* φ 11 et *om. V* 12 ţion docet (*s.* ţi *add.* n) φ 15 ait] ut *V* 17 placent *V* quiquis *V* 18 consequentīą̄ φ si autem *V* fuerunt φ^1 21 neque φ obportet *ChT*^{1} 22 optendi *M* obtundi *V* exsecrabilius *TMChV*β 24 ideo *om. V* ideo—blasphematur *om. T* hoc modo quippe dici potest *V* 25 peiuratur φ^1

enim per ueritatem possit esse periurus? sic etiam per ueritatem nullus potest esse blasphemus. sane mitius falsum iurat, qui falsum nescit esse et uerum putat esse quod iurat: sicut et Saulus excusabilius blasphemauit, quia ignorans fecit. ideo autem peius est blasphemare quam peierare, quoniam peierando falsae rei adhibetur testis deus, blasphemando autem de ipso falsa dicuntur deo. tanto est autem quisque inexcusabilior siue periurus siue blasphemus, quanto magis ea, quae peierando uel blasphemando asserunt, falsa nouerunt esse uel credunt. quisquis itaque dicit pro periclitantis hominis temporali salute uel uita esse mentiendum, nimis ipse ab itinere exorbitat aeternae salutis et uitae, si dicit in ea causa etiam iurandum per deum uel etiam blasphemandum deum.

XX. 40. Sed aliquando nobis ipsius quoque salutis aeternae periculum opponitur, quod nostro mendacio, si aliter non potest, depellendum esse clamatur: uelut si quisquam baptizandus in potestate sit inpiorum atque infidelium constitutus, ad quem peruenire non possit, ut lauacro regenerationis abluatur, nisi deceptis mentiendo custodibus. ab hoc inuidiosissimo clamore, quo cogimur non pro cuiusquam opibus uel honoribus in hoc saeculo transcurrentibus, non pro ipsa huius temporis uita, sed pro aeterna hominis salute mentiri, quo confugiam, nisi ad te, ueritas? et mihi abs te proponitur castitas. cur

4 cf. I Tim. 1, 13

1 possit per ueritatem *V* peiurus φ si* γ*b* 3 esse nescit γ 4 ignorans (n *s. l.*) φ fecit *om. Ch* 5 est *om. TCh* pegerare φ 6 falsa ęręi *Ch* deus testis *V* 7 deo falsa dicuntur *V* dicuntur falsa β deum *TCh* autem est *V* quisquis *V* inexcusabilius quisque *F* inexcusabilior quisque *L* inexcusabilius *RMChV*βγφ*b* inexcusabili*s *T* 9 asserit *V* nouerit *V* noɲuerunt φ 10 credit *V* credụnt φ ita *V* hominis] omnis *T* salute temporali *bd* 11 ipse *om. V* 12 exorbitat at *T* si] et *V* 13 iurando *T* iurandō *Ch* 15 opponimus *V* apponitur φ mendacio (o *ex* um) *T* 18 ad quem] atque *V* generationis *Ch* ablvatur (v *s. l.*) φ 19 mentiendo (o *s. ras.*) φ inuidiosissimū *TCh* 20 quo *om. V* opibus *V* 21 uius *Ch om. V* 22 sed (d *s. l.*) φ quod *Ch* quo* *T* 23 ad te] adite *Ch*

enim si custodes isti, ut nos ad baptizandum hominem admittant, stupro inlici possunt, non facimus contraria castitati et, si mendacio decipi possunt, facimus contraria ueritati? cum procul dubio nulli esset fideliter amabilis castitas, si non eam praeciperet ueritas. proinde ut perueniatur ad hominem baptizandum, fallantur mentiendo custodes, si hoc iubet ueritas. sed quomodo iubeat ueritas, ut homo baptizetur, esse mentiendum, si non iubet castitas, ut homo baptizetur, esse moechandum? cur autem hoc non iubet castitas, nisi quia hoc non docet ueritas? si ergo nisi quod ueritas docet, facere non debemus, cum ueritas doceat nec propter hominem baptizandum facere quod contrarium est castitati, quomodo nos docebit facere propter hominem baptizandum, quod ipsi est contrarium ueritati? sed sicut oculi ad intuendum solem parum firmi ea tamen, quae a sole inlustrantur, libenter intuentur, sic animae iam ualentes delectari pulchritudine castitatis non tamen continuo per se ipsam considerare ueritatem, unde lucet castitas, possunt, ut cum uentum fuerit ad aliquid faciendum quod aduersum est ueritati, ita refugiant et exhorreant, quemadmodum refugiunt et exhorrent, si faciendum aliquid proponatur quod aduersum est castitati. ille autem filius, qui uerbum suscipiens a perditione longe

22 cf. Prou. 24, 23 (29, 27)

1 isti unt φ ammittant *RMTChV*φ¹ 2 stuprum *V* inlicito (to *s. l.*) *T* illi *V* poscunt *V* faciamus *TFL* castitati—contraria *in mg.* β 4 esse *Ch* si] sed *V* praeciperet eam β ō preceperit *V* 6 custodes—quomodo *om.* φ 7 ueritas] castitas *V* baptizaetur *Ch* esse—baptizetur *om. V* mentiendum—esse *om. T*β 8 si—moechandum *om. R* si* φ non] nos φ iubeat γ 9 moecandum *M* mochandum φ¹ mechandum *L* hoc *om. V* quia] quod *T* 10 non *om. T* 11 debebamus *V* docet φ doceat ueritas β 12 quod—facere *om. T* 13 baptizandum hominem β*bd* hominem nos docebit facere β contrarium est *FL*β 14 sed] et *V* intuendū (dū *s. l.*) φ 15 sunt firmi *V* ea] et *V* libentur *Ch* 16 uolentes *V* pulcritudine *MCh* pulchritudinē *T* 18 ut *om. V* 19 auersum *M* exorreant *RMT*φ 20 quemammodum φ exorrent *RM* si *ex* se *Ch* aliquid faciendum *V* 22 suscipiens uerbum β

aberit, et nihil falsi ex eius ore procedit, tam sibi clausum deputat, si ad subueniendum homini per mendacium quam si per stuprum transire cogatur. et pater exaudit orantem, ut ualeat sine mendacio subuenire, cui uult pater ipse, cuius inscrutabilia sunt iudicia, subueniri. talis igitur filius ita obseruat a mendacio, sicut a peccato. nam et aliquando mendacii nomen pro peccati nomine ponitur. unde illud est: omnis homo mendax. sic enim dictum est, tamquam diceretur: omnis homo peccans. et illud: si autem ueritas dei in meo mendacio abundauit. ac per hoc cum mentitur ut homo, peccat ut homo, et ea sententia tenebitur, qua dictum est: omnis homo mendax, et: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et ueritas in nobis non est. cum uero nihil falsi ex eius ore procedit, secundum eam gratiam sic erit, de qua dictum est: qui natus est ex deo, non peccat. haec enim natiuitas si sola esset in nobis, nemo peccaret; et quando sola erit, nemo peccabit. nunc autem adhuc trahimus, quod corruptibiles nati sumus, quamuis secundum id, quod renati sumus, si bene ambulamus, de die in diem renouamur interius. cum uero et corruptibile hoc induerit incorruptionem, uita totum absorbebit, et nullus mortis aculeus remanebit; aculeus autem mortis est peccatum.

XXI. 41. Aut ergo cauenda mendacia recte agendo aut confitenda sunt paenitendo; non autem, cum abundent infeli-

5 cf. Rom. 11, 33 8 Ps. 115, 11 9 Rom. 3, 7 12 I Ioh. 1, 8 16 I Ioh. 3, 9 20 cf. II Cor. 4, 16 21 cf. I Cor. 15, 53—56

1 abiit *in ras. T* ore eius *V*β sibi *om. V* 2 clousum *Ch* 3 strupum φ¹ trasire φ pator φ 4 ealeat φ¹ mendatio *R* 5 subuenire *V* igitur] ergo *bd* 6 se (*s. l.*) obseruat *F* obseruat se *V* sicut] quasi *F* 7 unde] ut *V* est illud *V*β 10 habundauit *RTChV* hac *Ch* cō *ChT*¹ 11 omo *Ch* ut *om. V* sentia *Ch*¹ 12 quod *RM*φ quia *V* 14 nihil *om. V* 16 ex *om. V* 17 soleet *V*¹ et *om. TCh* 18 *cum uoce* peccabit *finitur codex V fol. 60*ᵇ traimus *ChT*¹φ 21 et *om.* β 22 obsorbebit *T*¹*Ch*γ 23 peccatum est γ 25 confitendo β paenitentia *RT* habundent *RMTCh*βγ abundant *FL*

citer uiuendo, augenda sunt et docendo. sed eligat qui hoc putat, unde subueniat periclitanti homini, ad quamlibet salutem qualiacumque mendacia, dum tamen et apud tales obtineamus nulla causa nos ad peierandum et blasphemandum oportere perduci. ista saltem scelera uel ampliora stupris uel certe non minora iudicemus. namque cogitandum est saepissime homines, de quorum adulterio suspicantur, ad iusiurandum prouocare coniuges suas: quod utique non facerent, nisi crederent etiam illas, quae non timuerunt perpetrare adulterium, timere posse periurium, quia et reuera nonnullae inpudicae, quae non timuerunt inlicito concubitu uiros fallere, eisdem uiris, quos fefellerant, timuerunt deum testem fallaciter adhibere. quid igitur causae est. ut homo castus et religiosus homini baptizando nolit adulterio subuenire et periurio uelit, quod solent et adulteri formidare? porro, si nefas est hoc agere peierando, quanto potius blasphemando! absit ergo, ut christianus neget atque blasphemet Christum, quo possit alium facere christianum, et pereundo quaerat inueniendum, quem si talia doceat, perdat inuentum. sic ergo librum, cui nomen est Libra, te oportet refellere atque destruere, ut caput illud, quo dogmatizant occultandae religionis causa esse mentiendum, prius esse noueris amputandum, ita ut illa testimonia, quibus sanctos libros mendaciis suis patronos adhibere moliuntur, partim non esse mendacia, partim etiam quae sunt, non

1 augendo β dicendo *FL* 3 qu*acumque *T* et *om.* *T* optineamus *FL* 4 nos causa β causa *om.* *T* pegerandum φ 5 oporteret *R* oportore φ saltim *ChF* scelere *T* 6 mira *T* 7 quarum *W* adulterium *Ch* 8 prouocaret *R* uxores *FL* 9 non *om.* *T* 11 concubito φ^1 12 fefellerant (an *ex* e) *Ch* 13 relegiosus *R* relegiosos *Ch* 14 adulterium *T* adąulterium *Ch* 15 porręo *Ch* 18 pereundo] perierando *L* perendo F^1 inueniendo *TCh* 19 docet *FL* si *T* *cum uoce* ergo *codex M fol. 116 finitur* 20 autque *Ch* aut quae *T* ut *om.* *TCh* cupit* *T* illud *om.* φ 21 quod docmatizant β relegiones *TCh* esse *om.* β 22 prius ąut *Ch* noueris esse γ 23 scs *TCh* libris *T* suis *om.* β^1 patronus T^1Ch adibere *Ch*

esse imitanda demonstres et, si tantum sibi usurpat infirmitas, ut ei uenialiter aliquid permittatur quod inprobat ueritas, tamen ut inconcusse teneas et defendas in diuina religione numquam omnino esse mentiendum; latentes uero sicut nec adulteros per adulteria nec homicidas per homicidia nec maleficos per maleficia, ita nec mendaces per mendacia nec blasphemos per blasphemias esse quaerendos secundum ea, quae tam multa in hoc uolumine disputauimus, ut uix ad eius terminum, quem loco isto fiximus, ueniremus.

1 usurbat *Ch* 2 aliquid uenialiter §*bd* 3 inconcussione *T* et] set *Ch* diuinę *Ch* 4 homnino *Ch* 5 adulterus *Ch* adulteri. *Ch* adulterium (um *s. l.*) *T* omicidas *Ch* omicidia *Ch* malificus *Ch* 6 malifitia *Ch* plasphemus *Ch* 7 querendos *RTL* quorendus *Ch* 8 uoluminę *Ch* 9 fiximus] fecimus *FL* ueneremus *Ch*[1] Explicit contra mendacium sci Augustini epi. Item eiusdem incipit de mendacio *fol. 136*[a] *R* Explicit *fol. 66*[b] *T subscriptio abest a cod. F fol. 89*[a] Explicit liber contra mendacium *fol. 78*[b] *L* Explicit *fol. 26*[b] γ Explicit liber contra mendatium *fol. 33*[a] β Hic terminatur liber contra mendacium *Ch* Finit liber ad Consentium contra mendacium *fol. 288*[b] φ; *subscriptio abest a codice W fol. 19*[a]

. XI.

S. Aureli Augustini

de opere monachorum.

C = codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 13367 s. VI.
P = codex Palatinus n. 210 s. VII.
γ = codex Cluniacensis 30 (nouv. acqu. 1448) s. VIIII.
L = codex Laudunensis 136 s. VIIII.
O = codex Laudunensis 135 s. VIIII exeunt.
V = codex Vindobonensis 1021 s. X.
F = codex Regius 2730 s. X.
B = codex Bernensis 162 s. XI.
D = codex Bambergensis III 18 s. XI.
A = codex Metensis s. Arnulphi 138 s. XI.
M = codex Monacensis 13059 s. XII.
N = codex Monacensis 17057 s. XII.
β = codex Cassinensis 173 s. XI.
X = codex Vindobonensis 757 s. XII.
Y = codex Vindobonensis 735 s. XIII.
Z = codex Vindobonensis 923 s. XIII.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1686.
Codicum β*XYZ* uariantes lectiones in apparatum non recepi; cf. praef.

XI.

DE OPERE MONACHORVM.

I. 1. Iussioni tuae, sancte frater Aureli, tanto deuotius obtemperare me oportuit, quanto magis mihi quis ex te iusserit claruit. dominus enim noster Iesus Christus habitans in interiore tuo tibique sollicitudinem paternae et fraternae caritatis inspirans, utrum filiis et fratribus nostris monachis, qui beato apostolo Paulo oboedire neglegunt dicenti: qui non uult operari, non manducet, permittenda sit ista licentia, uoluntatem ac linguam tuam adsumens in opus suum imperauit mihi ex te, ut hinc ad te aliquid scriberem. adsit itaque ipse etiam mihi, quo ita paream, ut ei me parere ex eius munere ipsa utilitate fructuosi laboris intellegam.

2. Primum ergo uidendum quid dicant illius professionis homines qui operari nolunt, deinde, si eos non recte sentire

8 II Thess. 3, 10

2 *Inscriptio abest a cod. C fol. 1* Incipit ad Aurelium epm de opere monachorum (*manu poster.*) *fol. 1 P fol. 94*^{b} *V* Incipit liber sci Augustini ad Aurelium epm de opere monachorum *fol. 74*^{a} γ Incipit beati Augustini de opere monachorum *fol. 51*^{a} *L* Incipit liber Aureli Augustini de opere monachorum *fol. 16*^{a} *O* Incipit liber beati Augustini de opere monachorum *fol. 1 F* Incipit liber sci Augustini de opere monachorum *fol. 1 D* Incipit liber Aurelii Augustini de opere monachorum *fol. 1 B fol. 45 M fol. 1 N* 3 sancte *om. PVMN*γ 4 optemperare *C* me *om.* γ mihi *s. l. C;* mihi *ante* iusserit *pos. in PVM*γ 5 iusserit *L* habitans] orbitans *L* 6 interiori *FAbd* tibique] ubique *VDM* et fraternae *om. PVDM*γ 7 nostris] nomine *N* 8 paulo apostolo *PBDbd* Paulo *om. L* obedire *C* 9 nec *alt. DM* 11 hinc] deho **c *L* 12 assit *ADMN* paream *ex* peream γ 13 intelligam *L* intellegamus γ 16 nolunt operari *A*

inuenerimus, ad eorum correctionem et ad inplendum nostri episcopatus officium contra disserendum. non, inquiunt, de hoc opere corporali, in quo uel agricolae uel opifices laborant, praecepit apostolus, cum diceret: qui non uult operari, non manducet. neque enim euangelio posset esse contrarius, ubi ait ipse dominus: ideo dico uobis, ne solliciti sitis animae uestrae quid manducetis neque corpori uestro quid induamini. nonne anima plus est quam esca et corpus quam uestimentum? conspicite uolatilia caeli, quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea, et pater uester caelestis pascit illa. nonne uos magis pluris estis illis? quis autem uestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum? et de uestimento quid solliciti estis? considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant neque nent. dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. si autem fenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos modicae fidei! nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur? haec enim omnia gentes inquirunt. scit autem pater uester quia his omnibus indigetis. quaerite autem primum regnum dei et iusti-

6 Matth. 6, 25—34

1 eorum] eorum ueritatem *B* et—disserendum] dum *CLOB* ueniendum *N* hoc quod recte senserimus proferendum (hoc—recte *in ras.*, senserimus proferendum *s. l.*) *F* quid dicendum *bd* 4 praecipit *CLO* 5 non] nec *A* enim *om.* γ euuangelio (*pr.* u *s. l.*; *sic saepius*) *L* 6 dico *om.* A^1 9 corpus plus quam *LOAMN* 10 quoniam] quomodo *M* 11 agregant *N* horreo *P* 12 pascet *PVD*γ 14 unum cubitum *PVDA*γ 16 neęnt *CV* 17 autem autem *LO* quia *PVD*γ salemon *M* 18 unus *L* 19 faenum *CPN*γ foenum *OB* 21 modice *LOB* minime *M* 23 quaerunt *PVDM*γ 24 autem] enim *PVDAM*γ hiis *A* 25 autem] ergo *M* regnum et iustitiam dei *PVD*γ

tiam eius, et omnia haec adponentur uobis. nolite ergo solliciti esse in crastinum; crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse. sufficit diei malitia sua. ecce, inquiunt, ubi nos dominus iubet de uictu et tegumento nostro esse securos. quomodo ergo apostolus sentire aduersus dominum posset, ut nos praeciperet ita esse debere sollicitos quid manducemus et quid bibamus et unde cooperiamur, ut nos etiam opificum artibus, curis, laboribus oneraret? quapropter in eo, quod ait: qui non uult operari, non manducet, opera spiritalia, inquiunt, debemus accipere, de quibus alio loco dicitur: unicuique sicut dominus dedit. ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit, et paulo post: unusquisque suam mercedem accipiet secundum suum laborem. dei enim sumus cooperarii; dei agricultura, dei aedificatio estis. secundum gratiam quae data est mihi ut sapiens architectus fundamentum posui. sicut ergo apostolus operatur plantando, rigando, aedificando et fundamentum ponendo, ita qui non uult operari, non manducet. quid enim prodest manducare spiritaliter, id est pasci uerbo dei, si non inde operatur aliorum aedificationem? sicut illi pigro seruo quid profuit accipere talentum

9 II Thess. 3, 10 11 I Cor. 3, 5—10 22 cf. Matth. 25, 24—30

1 eius *om.* *PVD*γ haec omnia *N* adiciuntur (*s. l.* ℓ apponentur) *A* 3 ipse sibi *M* ipsi (*post corr.*) *C*γ, *LOFABbd* sufficit enim *PVDM*γ 4 iubet dominus *A* 5 nostro] nostro non *B* nostro esse securos] non esse sollicitos *PVDM*γ 6 dominum *om.* *PVM*γ nos *om.* *VDM* praeciperet] diceret *M* debere esse *PVDM*γ ita sollicitos esse debere *A* 7 et] aut *N* quid *om.* *A* et] aut *MN* unde] quo *bd* 8 operiamur *PVDFM*γ*bd* etiam *om.* *A* opificum *C* artificum γ artis *V* 9 oneraretur γ 10 spiritualia *M* 11 dicit *Abd* 12 appollo *D* rogauit (o *in ras.*) *L* 13 deus] dns *PVDM*γ 15 cooperarii] adiutores *PVDM*γ agricultura est *PVD*γ agricultura estis *M* 16 estis] est *PVD*γ gratiam dei *PVM*γ 18 rigando operando aedificando *A* 20 prode est *P* manducando *CBLOFNbd* id est *om.* *Bbd* 21 uerbo dei pasci *DM* uerba F^1 ad aliorum *PVBM*γ 22 seruo pigro *PVD*γ

et abscondere nec operari lucra dominica? an ut ei auferretur in fine et ipse in exteriores tenebras mitteretur? sic, inquiunt, et nos facimus: legimus cum fratribus, qui ad nos ab aestu saeculi ueniunt fatigati, ut apud nos in uerbo dei et in orationibus, psalmis, hymnis, canticis spiritalibus requiescant. alloquimur eos, consolamur, exhortamur, aedificantes in eis, si quid eorum uitae pro suo gradu esse perspicimus. talia opera si non faceremus, periculose a domino alimenta ipsa spiritalia sumeremus; hoc enim dixit apostolus: qui non uult operari, non manducet. ita se isti arbitrantur apostolicae et euangelicae obtemperare sententiae, cum et euangelium credunt de non curanda corporali et temporali uitae huius indigentia praecepisse et apostolum de opere et cibo spiritali dixisse: qui non uult operari, non manducet.

II. 3. Nec adtendunt, quia, si alius diceret dominum quidem in parabolis et in similitudinibus loquentem de uictu et tegumento spiritali monuisse, ut non inde sint solliciti serui eius — sicut dicit: cum uos adtraxerint ad iudicia, nolite cogitare quid loquamini; dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini; non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. sermo quippe sapientiae spiritalis est, de quo illos noluit cogitare promittens, quod eis nihil

9 II Thess. 3, 10 14 II Thess. 3, 10 19 Matth. 10, 19. 20

1 auferetur *VL* 2 finem *PVDM*γ 3 estu *B* aestu saeculi] aestuş ǫçuli (*s. l. m. 2* solis) *V* 4 saeculi] solis *M* in *fin. om. PVDM*γ 5 ymnis *DMNA* himnis *B* et canticis *Abd* 6 adloquimur *L* eos consolamur *om. PVDM*γ exortamur *A* 7 esse] prodesse *AM* esse necessarium (necessarium *s. l. m. 2*) *F* deesse *bd* prospicimus *PDM*γ conspicimus *A* 8 ipsa spiritalia alimenta *N* 9 dicit *M* 11 apostolice *V* euangelicae et apostolicae *PDMA* et *om. L* 13 praecipisse *V* de cibo et opere *bd* 14 spirituali *D* 16 domino *PVAM*γ 17 parabolis] paruulis *V* loquente *PVOM*γ tegumento] uestimento *A* 19 adtraxerit γ 20 loquimini *VL*^{2} dabitur—loquamini *om. VDM*γ 22 loquamini *A* 23 sapientia γ

inde sollicitis praestaretur — apostolum autem iam more apostolico apertius disserentem et magis proprie quam figurate loquentem, sicut multa ac paene omnia sese habent in epistulis apostolicis, proprie de opere corporali ciboque dixisse: qui non uult operari, nec manducet, redderetur illis dubia sententia eorum, nisi cetera dominica uerba considerantes inuenirent aliquid, unde probarent eum de uictu et uestitu corporali non curando locutum fuisse, cum diceret: nolite solliciti esse quid manducetis et quid bibatis, et quo uestiamini, uelut si animo aduerterent quod ait: haec enim omnia gentes quaerunt; ibi enim ostendit de ipsis corporalibus et temporalibus se dixisse. ita ergo, si hoc solum de hac re dixisset apostolus: qui non uult operari, nec manducet, possent haec uerba in aliam traduci sententiam; cum uero multis aliis locis epistularum suarum, quid hinc sentiat, apertissime doceat, superfluo conantur et sibi et ceteris caliginem obducere, ut quod utiliter illa caritas monet non solum facere nolint, sed nec intellegere ipsi aut ab aliis intellegi uelint, non timentes quod scriptum est: noluit intellegere, ut bene ageret.

III. 4. Prius ergo demonstrare debemus beatum apostolum Paulum opera corporalia seruos dei operari uoluisse, quae finem haberent in magnam spiritalem mercedem ad hoc, ut ipso uictu et tegumento a nullo indigerent, sed manibus suis

4 II Thess. 3, 10 8 cf. Matth. 6, 31. 32 13 II Thess. 3, 10 20 Ps. 35, 4

1 more] in ore *M* 2 et *om. PDM* figuraliter *PVDM*γ figuratim *A* 3 pene *V* poene *LOB* se γ 5 non manducet *PVBD*γ*bd* 6 eorum] illorum *D* nisi si *A* 7 aliquod *A* 9 esse—uestiamini] esse dicentes quid manducabimus et quid bibamus et quo uestiamur *D* 10 animaduerterent *PVAMN*γ animaduerteret *D* 11 enim *om. M* inquirunt *ANbd* 12 istis *PVDM*γ temporalibus et corporalibus *M* 14 non manducet *PDM*γ*bd* possunt *VD*^{1} 16 apertis *P*^{1} superfluum *A* 18 noluit *N* 19 ipsi—intellegere *om. L* uolunt *N* illud quod *A* 22 seruo γ 23 in *om. Abd* et spiritalem (et *s. l.*) *A* 24 ipsos γ a *er. L*

haec sibi procurarent; deinde ostendere euangelica illa praecepta, de quibus nonnulli non solum pigritiam, sed etiam adrogantiam suam fouent, apostolico praecepto et exemplo non esse contraria. uideamus itaque, unde ad hoc uenerit apostolus, ut diceret: si quis non uult operari, nec manducet, et quid deinde contexat, ut ex ipsa circumstantia lectionis adpareat declarata sententia. denuntiamus, inquit, uobis, fratres, in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre inquiete ambulante et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. ipsi enim scitis, quomodo oporteat imitari nos, quia non inquieti fuimus inter uos neque panem gratis ab aliquo manducauimus, sed in labore et fatigatione die ac nocte operantes, ne quem uestrum grauaremus: non quia non habuerimus potestatem, sed ut nosmet ipsos formam daremus uobis, qua nos imitaremini. nam et cum apud uos essemus, hoc uobis praecipiebamus, quoniam, si quis non uult operari, nec manducet. audiuimus enim quosdam inter uos ambulare inquiete nihil operantes, sed curiose agentes. his autem, qui eius modi sunt, praecipimus et obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent. quid ad haec dici potest, quandoquidem ne cuiquam postea liceret hoc pro uoluntate, non pro caritate interpretari, exemplo suo docuit

5 II Thess. 3, 10 7 II Thess. 3, 6—12

3 apostolico fouent *N* 4 uidemus γ 5 non manducet *PVDAMγbd* 6 contexerat *P* contraxerat γ contexerit *D* contexuerit *M* ex] et *VDM* 8 fratres mei *PVM* 12 fuimus inquieti *bd* 13 panem ab aliquo gratis *bd* manducabimus F^1 14 ac] et *V* laborantes *M* 17 darem* *F* qui *VD* et *om. LFA* 19 uul *B* non *POVDAMγbd* 20 ambulare inter uos *PVDM* inquietęs γ 21 hiis (*sic plerumque*) *A* 22 et *om.* N^1 23 domino nostro γ 24 operante N^1 panem suum *Nbd* 25 nec *VDN* liceret postea *LOFB* 26 caritate] ueritate γ suo exemplo γ

quid praeceperit? illi enim tamquam apostolo praedicatori euangelii, militi Christi, plantatori uineae, pastori gregis constituerat dominus, ut de euangelio uiueret; et tamen ipse stipendium sibi debitum non exegit, ut se formam daret eis qui exigere indebita cupiebant. sicut ad Corinthios dicit: quis militat suis stipendiis umquam? quis plantat uineam et de fructu eius non edet? quis pascit gregem et de lacte gregis non percipit? ergo quod sibi debebatur, accipere noluit, ut exemplo eius cohercerentur, qui sibi non ita ordinati in ecclesia talia deberi arbitrabantur. quid est enim, quod ait: neque panem gratis ab aliquo manducauimus, sed in labore et fatigatione die et nocte operantes, ne quem uestrum grauaremus: non quia non habuerimus potestatem, sed ut nos formam daremus uobis, qua nos imitaremini? audiant ergo quibus hoc praecepit, id est qui non habent hanc potestatem, quam ille habebat, ut tantummodo spiritaliter operantes manducent panem a corporali labore gratuitum, et quemadmodum dicit: praecipimus et obsecramus in Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent, non disputent contra manifestissima uerba apostoli, quia et hoc pertinet ad silentium, cum quo debent operantes manducare panem suum.

IIII. 5. Enucleatius autem et diligentius adhuc ista uerba considerarem atque tractarem, nisi haberem alia loca epistula-

6 I Cor. 9, 7 11 II Thess. 3, 8. 9 19 II Thess. 3, 12

3 ipse] ** *L* pre *O* 4 exigit *D* 5 indebite *A* chorintios *L* chorinthios *N* 6 stipendiis suis *A* quis—edet *sequuntur post:* quis—percipit *in N* 7 fructibus *PVDM*γ edit $F^{2}bd$ 8 gregis] ipsius *PVM*γ eius *D* 9 noluit accipere *bd* accipere *om. D* coercerentur *PVFADMNbd* 10 ordinata *A* ordinatis *bd* 11 ab aliquo gratis *PVD*γ 13 ac nocte *AM*γ*bd* quemquam *A* 14 quia] qua *L* 15 quia F^{1} qua nos imitaremini] ad imitandum nos *A* 16 praecipit *DM* habent] habet *V*, *om. CLOF*^{1}*BN* 18 a *om. VM*γ 20 ut *om. CLOF*^{1}*N* panem suum *bd* 22 debeant γ 24 enucliatius *M* autem *om.* γ 25 epistolarum *C*

rum eius multo manifestiora, quibus conlatis et ista liquidius manifestantur et, si ista non essent, illa sufficerent. ad Corinthios enim scribens de hac eadem re ita dicit: non sum liber? non sum apostolus? nonne Christum Iesum dominum nostrum uidi? nonne opus meum uos estis in domino? si aliis non sum apostolus, uerumtamen uobis sum. signaculum enim apostolatus mei uos estis in domino. mea defensio ad eos, qui me interrogant, haec est. numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi? numquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi sicut et ceteri apostoli et fratres domini et Cephas? uide, quemadmodum primo ostendat, quid sibi liceat et ideo liceat, quoniam apostolus est. inde enim coepit: non sum liber? non sum apostolus? et probat se apostolum dicens: nonne Christum Iesum dominum nostrum uidi? nonne opus meum uos estis in domino? quo probato ostendit sibi licere quod ceteris apostolis, id est, ut non operetur manibus suis, sed ex euangelio uiuat, sicut dominus constituit, quod in consequentibus apertissime demonstrauit; ad hoc enim et fideles mulieres habentes terrenam substantiam ibant cum eis et ministrabant eis de substantia sua, ut nullius indigerent horum, quae ad substantiam uitae

3 I Cor. 9, 1—5

2 ista] illa *M* ista *M* chorintios *C* 3 enim] autem *PVDM*$_\gamma$ ita *om. M* 4 Iesum *om. N* dominum Iesum *M* 5 nostrum] N *C* non *L* ** *O*, *om. M* uos opus meum *M* 6 et si *PDM* non sum aliis *M* uobis uertumtamen *bd* 8 apud *M* interrogant] examinant *PVDM*$_\gamma$ 9 potestatem] licentiam *PVDAM*$_\gamma$ potestatem—bibendi *in mg. B* 10 et] aut *PVD*$_\gamma$ 11 potestatem *bd* 12 *prim.* et *om. M* caephas *PVD* coephas *B* 13 primum *PVFDAM*$_\gamma$*bd* ostendit *AM*$_\gamma$ liceat sibi *M* et ideo liceat *om. VD* 14 quia *Mbd* 15 apostolum esse *bd* 16 nostrum] $\overline{\text{NOS}}$ *C* ñ *L* ** *O* 18 ceteris] aliis *A* apostolis ** licet *A* 19 operaretur *V* operaretur *DM* 20 eis constituit *PVDM*$_\gamma$ ei constituit *A* sequentibus *N* 21 et *om. M* 22 eis *fin. om. PVDM*$_\gamma$ 23 substantiam] necessaria *PVDFAM*$_\gamma$*bd* huius uitae *AN*

huius pertinent. quod beatus Paulus licere quidem sibi demonstrat, sicut et ceteri apostoli faciebant, sed ea potestate se uti noluisse postea commemorat. hoc quidam non intellegentes non 'sororem mulierem', cum ille diceret: numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi? sed 'uxorem' interpretati sunt. fefellit eos uerbi graeci ambiguitas, quod et uxor et mulier eodem uerbo graece dicitur. quamquam hoc ita posuerit apostolus, ut falli non debuerint, quia neque 'mulierem' tantummodo ait, sed 'sororem mulierem' neque 'ducendi', sed 'circumducendi'. uerumtamen alios interpretes non fefellit haec ambiguitas et 'mulierem', non 'uxorem' interpretati sunt.

V. 6. Quod quisquis putat non potuisse ab apostolis fieri, ut cum eis sanctae conuersationis mulieres circumirent, quacumque euangelium praedicabant, ut eis de sua substantia necessaria ministrarent, euangelium audiant et cognoscant, quemadmodum hoc ipsius domini exemplo faciebant. dominus enim noster more misericordiae suae infirmioribus conpatiens, cum ei possent angeli ministrare, et loculos habebat, quo mitteretur pecunia, quae conferebatur utique a bonis fidelibus eorum uictui necessaria: quos loculos Iudae commendauit, ut etiam fures, si euitare non possemus, tolerare in ecclesia disceremus. ille enim ea quae mittebantur, sicut de illo scriptum est, auferebat. et mulieres uoluit ut se ad praeparanda et ministranda necessaria sequerentur, ostendens, quid

24 cf. Ioh. 12, 6

1 sibi quidem *N* 3 cūmemorat *L* commemoraū *M* quidem *L* 6 circumducendi] circumducendi non mulierem *N* fefellit—dicitur *om. N* 7 greci *Dγ* 8 grece *D* 14 non potuisse putat *N* 15 circuirent *PVODMNbd* quocumque *PVDML²γ* quęcumque *O¹* 17 ministrarent necessaria *bd* audiat et cognoscat *Bbd* 18 hęc *LO* iuxta ipsius *M* exemplum *M* faciebat *B* 20 angeli possent *D* quibus (ibus *s. ras.*) *L* 21 pecunia mitteretur *M* 22 eorum] qui ei *D* euium *V* e'ųs ų̃ γ ad emenda *M* necessaria ministrabant *D* iuda *ex* inde *V* 23 uitare *PVγ* possimus *V*

euangelistis et ministris dei tamquam militibus a plebibus dei tamquam prouincialibus deberetur; ut, si quis eo quod sibi deberetur, uti nollet, sicut Paulus apostolus noluit, amplius inpenderet ecclesiae non exigendo stipendium debitum, sed cotidianum uictum de suis laboribus transigendo. audierat enim stabularius, ad quem uulneratus ille perductus est: si quid amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. amplius ergo erogabat apostolus Paulus, qui suis, ut ipse testatur, stipendiis militabat. in euangelio enim scriptum est: deinceps et ipse iter faciebat per ciuitatem et castellum praedicans et euangelizans regnum dei et duodecim cum illo, et mulieres aliquae quae erant curatae ab spiritibus malignis et infirmitatibus, Maria quae uocatur Magdalene, de qua daemonia septem exierant, Iohanna uxor Chuzae procuratoris Herodis et Susanna et aliae multae, quae ministrabant eis de facultatibus suis. hoc exemplum domini imitabantur apostoli ad accipiendum debitum sibi cibum; de quo idem dominus apertissime loquitur. euntes, inquit, praedicate dicentes, quia adpropinquauit regnum caelorum. infirmos curate, mortuos

6 Luc. 10, 35 8 cf. I Cor. 9, 7—15 et II Cor. 11, 7 10 Luc. 8, 1—3 20 Matth. 10, 7—10

1 militibus *om.* *D* plebibus dei tamquam *om.* *D* 2 a prouincialibus *A*γ si—uti *om.* *M* 3 qui nollet *M* apostolus Paulus *M* noluit] uti noluit *VDM*γ 5 cottidianum *N*γ quotidianum *A* transigendo] inquirendo *PVDM*γ 7 erogaueris] expenderis *PVDM*γ in redeundo] cum uenero *PVDM*γ 8 erogauerat *A* apostolus *om.* *D* Paulus apostolus *PV* 10 ciuitates *PVDF²AMB*γ*bd* 11 castella *PVDBF²AM*γ*bd* 12 duodecim apostoli *A* quae *om.* *PV*γ 13 a *VFAONB* malignis] inmundis *MN* 14 magdalenae γ de qua eiecerat septem daemonia *PVD*γ 15 daemonia VI *M* septem demonia *AN* et Iohanna *ABMbd* cuzae *P*γ thuze *BN* luzae (l *in ras.*) *F* 16 erodis *F* susannae *O* multae aliae *M* 17 ei. *L* ei *M* 18 domini *om.* *PVDM*γ ad *om.* *N*¹ sibi debitum *PVDM*γ*bd* 19 dominus idem *M* 20 euntes] cunctis euntes *VDM* adpropinquabit *LODFAMN*

suscitate, leprosos mundate, daemonia eicite. gratis accepistis, gratis date. nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis uestris, non peram in uia neque duas tunicas neque calciamenta neque uirgam; dignus enim est operarius cibo suo. ecce ubi constituit dominus quod idem apostolus commemorat. ad hoc enim dixit illa omnia ne portarent, ut, ubi opus esset, ab eis acciperent quibus adnuntiabant regnum dei.

VI. 7. Ne quis autem arbitretur solis duodecim hoc fuisse concessum, uide quid etiam Lucas narret. post haec, inquit, designauit dominus et alios septuaginta duo et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse uenturus. et dicebat illis: messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. ite, ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. nolite portare sacculum neque peram neque calciamenta, et neminem per uiam salutaueritis. in quamcumque domum intraueritis, primum dicite: pax huic domui. et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax uestra; sin autem, ad uos reuertetur. in eadem autem domo manete edentes et bibentes quae apud illos sunt; dignus enim est operarius mercede sua. hic adparet non esse illa iussa, sed permissa; ut quisquis uti uellet, eo

11 Luc. 10, 1—7

3 pecunia *C* 4 non] neque *PVDABMN*γ uiam *B* tonicas *LOV* calceamenta *bd* 5 est enim *AMbd* enim operarius est *VD* 8 ut] et *V*γ 10 autem *om. A* arbit••retur *C* hoc] apostolis *A* 11 permissum *PVDM*γ etiam quid *FDbd* narrat *N* 12 duos (s *s. l.*) *C* duos *ABDFLMNOV*γ*bd* 16 ergo] autem *PVDM*γ ergo (*s. l. m. 2*) *F* 17 suam *om. CLOFN* ite] itē γ 19 calceamenta *PVF LMbd* salutaueritis in uia *PVDM*γ 20 quacumque *PV* quācunque *A* domo *PV* intraueritis domum *F* 22 requiescit *P* illam *AM*γ si *P* 23 autem *om. BN* 25 est enim *ADMNVbd*

uteretur, quod sibi liceret ex domini constitutione; si quis autem uti nollet, non contra iussum faceret, sed de suo iure decederet misericordius et laboriosius conuersatus in euangelio, in quo et debitam mercedem nollet accipere. alioquin contra iussum domini fecit apostolus, qui posteaquam ostendit sibi licere, statim subiecit: sed tamen ego non sum usus hac potestate.

VII. 8. Sed ad ordinem redeamus ac totum ipsum epistulae locum diligenter consideremus. numquid non habemus, inquit, licentiam manducandi et bibendi? numquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi? quam licentiam dixit, nisi quam dedit dominus eis, quos ad praedicandum regnum caelorum misit dicens: ea quae ab ipsis sunt manducate; dignus est enim operarius mercede sua, et se ipsum proponens ad eiusdem potestatis exemplum, cui fidelissimae mulieres talia necessaria de suis facultatibus ministrabant? amplius autem fecit apostolus Paulus, ut de coapostolis suis documentum adhiberet huius licentiae a domino permissae. neque enim reprehendens subiecit: sicut et ceteri apostoli et fratres domini et Cephas, sed ut hinc ostenderet hoc se accipere noluisse, quod ei licere accipere ceterorum etiam commilitonum eius more probaretur. an ego solus et Barnabas non habemus potestatem non operandi? ecce abstulit omnem

6 I Cor. 9, 12 9 I Cor. 9, 4. 5 14 Luc. 10, 7 20 I Cor. 9, 5. 6

2 iussa *M* 3 cedere *M* cederet *PVDNB*γ decideret *A* 8 locum episolę *A* epistole *L* 9 inquit non habemus *bd* 10 licentiam—habemus *om. A* et] aut *VDM*γ 12 dominus dedit *Nbd* 13 eis] illis *N* 14 ab ipsis] apud illos *DA* a·pud ipsos (ip *s. l.*) *L* 16 cuius *LO* talia] alia *VD* 18 ut] et *CO*¹ ut et *L*, *om. F*¹ de a coapostolis *V* quoapostolis (u *s. l.*) *C* 19 licentiae huius *M* 21 chephas *C* caephas *BD* se *om.* γ 22 quod—accipere *om. PVDM*γ liceret *CLOFAB* conmilitonum *V*γ 23 more] in ore *N* ut idem mos *A* an] ait an *A* solus inquit *LO* 24 potestatem *om.* γ¹ non operandi] operandi ea *PVDM*γ

dubitationem etiam tardissimis cordibus, ut intellegant, de qua operatione dicat. ut quid enim ait: an ego solus et Barnabas non habemus potestatem non operandi? nisi quia omnes euangelistae et ministri uerbi dei habebant potestatem a domino acceptam, ut non operarentur manibus suis, sed ex euangelio uiuerent, operantes tantummodo spiritalia in praedicatione regni caelorum et aedificatione pacis ecclesiae. neque enim quisquam potest dicere de ipsa spiritali operatione dixisse apostolum: an ego solus et Barnabas non habemus potestatem non operandi? hanc enim potestatem non operandi omnes illi habebant. dicat ergo qui conatur praecepta apostolica in sententiam suam deprauare atque peruertere, dicat, si audet, omnes euangelistas accepisse a domino potestatem non euangelizandi. at si hoc absurdissimum et insanissimum est dicere, cur nolunt intellegere, quod omnibus patet, accepisse illos quidem potestatem non operandi, sed opera corporalia, quibus uictum quaererent, quia dignus est operarius cibo suo et mercede sua, sicut euangelium loquitur? non ergo soli Paulus et Barnabas non habebant potestatem non operandi, sed omnes pariter habebant hanc potestatem, qua isti non utebantur, amplius inpendendo ecclesiae, sicut in illis locis, ubi euangelizabant, infirmis congruere iudicabant. et ideo, ne coapostolos suos reprehendisse uideretur, subiungit et dicit: quis militat suis stipendiis

17 Matth. 10, 10, Luc. 10, 7 24 I Cor. 9, 7—10

2 enim] ** (ē *er.*) *A* 3 non operandi] operandi ea *PVDM*γ 5 acceptam *om. A* operarentur (ra *s. l.*) *C* suis *om. M*γ 7 aedificationem fidei et pacis *PV*γ aedificatione fidei et pacis *DM* 9 solus ego *CLOF* 10 non operandi] operandi ea *PVDM*γ 11 dicant *D* 12 conantur *D* sententia sua *PVDM*γ 13 subuertere γ dicant *D* audent *D* ñ omnes (ñ *s. l.*) *A* a domino accepisse *bd* 14 euangelizandi A^1 operandi A^2 15 quur *semper fere* *A*γ 16 pateąt *C* pateat *LOF*^{1}*DNAbd* quidem illos *bd* potestatem *om. PVM*γ 19 non *alt. om. b, er. in A* habent *VDMF* 20 operandi ea *PVDM*γ 21 quia *D* inpendentes *PVAM*γ 22 sicut *om. A* infirmis quibus (quibus *s. l. m. 2*) *A* 23 indicabant *A* ne* *V* apostolos *V* 24 stipendiis suis *A*

umquam? quis plantat uineam et de fructu eius non edet? quis pascit gregem et de lacte gregis non percipit? numquid secundum hominem haec loquor, an et lex haec non dicit? in lege enim Moysi scriptum est: boui trituranti os non infrenabis. numquid de bubus pertinet ad deum? an propter nos omnino dicit? propter nos enim scriptum est, quia debet in spe qui arat arare et triturans in spe participandi. his uerbis satis indicat apostolus Paulus non sibi aliquid usurpasse ultra debitum coapostolos suos, quia non operabantur corporaliter, unde haberent huic uitae necessaria, sed, sicut dominus constituit, ex euangelio uiuentes panem gratuitum manducarent ab eis, quibus gratuitam gratiam praedicabant. stipendium enim suum tamquam milites accipiebant et de uineae per eos plantatae fructu, quod opus erat, libere decerpebant; et de gregis, quem pascebant, lacte potabant; et ex area quam triturabant, cibum sumebant.

VIII. 9. Apertius autem cetera conectit et omnino aufert omnes dubitationis ambages. si nos uobis, inquit, spiritalia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus? quae sunt spiritalia, quae seminauit, nisi uerbum et ministerium sacramenti regni caelorum? quae autem carnalia, quae sibi licere metere dicit, nisi haec temporalia, quae uitae atque indigentiae carnis indulta sunt? haec autem sibi debita se ab eis non quaesisse nec accepisse manifestat, ne quod in-

19 I Cor. 9, 11

1 quis—edet *om. d* fructibus *PVDM*γ*bd* suis *D* 2 edit *Fbd* gregis] eius *PVDM*γ 3 nunquid *A* haec *om. M* 4 et *om. bd* non haec *PVbd* in *om. V* Moysi *om. PVDMA*γ 5 bobi V^1 infrenabis] alligabis *PVDM*γ 6 bobus *LAbd* pertinet ad deum] cura est deo *PVDAM*γ an—est *om. A* omnino] haec *PVDM*γ 7 enim scriptum est] utique dicit *PVDM*γ 8 qui* *L* quia *O* arare *om. PVD*γ triturat *PVDM*γ in spe] spei suae *PVDM*γ participandi] fructum capere *PVDM*γ fructus participandi *bd* 10 qui *VD* 16 potabant lacte *N* 18 connectit γ*bd* 19 dubitationes *VB*$^1\gamma$ 21 uerbum dei *M* mysterium *LOFVbd* 22 regni *om. PVDM*γ carnalia sunt *VDM*γ

pedimentum daret euangelio Christi. quid restat, ut intellegamus eum operatum esse, unde uictum haberet, nisi corporale opus corporalibus et uisibilibus manibus suis? nam si de spiritali opere uictum et tegumentum quaereret, id est, ut ab eis haec acciperet, quos in euangelio aedificabat, non consequenter diceret: si alii potestatis uestrae participant, non magis nos? sed non sumus usi hac potestate, sed omnia toleramus, ne quod inpedimentum demus euangelio Christi. qua potestate se dicit non usum, nisi quam habebat in eos a domino acceptam, ut eorum carnalia meteret ad uictum uitae huius, quae in carne agitur? cuius potestatis participes erant etiam alii, qui non eis primo euangelium adnuntiauerunt, sed ad eorum ecclesiam id ipsum praedicantes postea uenerunt. ideo cum dixisset: si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est si carnalia uestra metamus? subiecit: si alii potestatis uestrae participant, non magis nos? et cum demonstrasset, quid eis potestatis esset, sed non sumus usi, inquit, hac potestate, sed omnia toleramus, ne quod inpedimentum demus euangelio Christi. dicant ergo isti, quomodo de opere spiritali carnalem uictum habebat apostolus, cum aperte ipse dicat non se usum esse hac potestate. at si de opere

6 I Cor. 9, 12 14 I Cor. 9, 11 18 I Cor. 9, 12

2 eum operatum] cooperatum *LO* fuisse *A* 5 hoc *PVDM*γ, *om. A* aedificabant *PV* 6 diceret *om. V* alii—participant] alii super uos potestatem habent quare *PVDM*γ potestati *B* 7 nos] uos *N* sumus *om.* γ usus γ 9 xpi euangelio *N* se *om.* γ 10 acceptam] constitutam γ 12 potestate *M* aliis γ aliqui *N* 13 annuntiauerant *PVM* annuntiauerunt *C* id] ad *VD* 14 uenerant *PVDMA*γ 15 seminamus *P* uestra carnalia *PVMA*γ 16 si alii super uos potestatem habent quare non *sqq. PVDM*γ potestati *B* 17 non magis] quanto magis *A* demonstraret *B* quid] qui *PVM* quod *A* 18 ei *CLOF*^{1}*ABN*γ eius *MF*^{2} esset] participarentur subiecit *PVDM*γ sum usus *CLOFABN* usi *post* potestate *leg. in M* 20 ergo nunc *M* 22 ipse *om. N* se *om. A* usus sum *A* esse usum *PVDM*γ potestate sed omnia toleramus *M* at] ac *PVA*γ

spiritali carnalem uictum non habebat, restat, ut de opere corporali habuerit et inde dicat: neque panem gratis ab aliquo manducauimus, sed in labore et fatigatione nocte et die operantes, ne quem uestrum grauaremus: non quia non habuerimus potestatem, sed ut nos formam daremus uobis, qua nos imitaremini. omnia, inquit, toleramus, ne quod inpedimentum demus euangelio Christi.

VIIII. 10. Et redit rursus modisque omnibus etiam atque etiam commendat, quid sibi liceat et tamen non faciat. nescitis, inquit, quoniam qui in templo operantur, quae de templo sunt edunt? qui altario deseruiunt, altario conpartiuntur? sic et dominus ordinauit his qui euangelium adnuntiant de euangelio uiuere; ego autem nullius horum usus sum. quid hoc apertius? quid clarius? uereor, ne forte, cum dissero uolens id exponere, obscurum fiat quod per se lucet et clamat. qui enim haec uerba non intellegunt aut se non intellegere fingunt, mea multo minus intellegunt uel se intellegere confitentur: nisi forte propterea cito intellegant nostra, quia conceditur eis intellecta deridere, de apostoli autem uerbis non idem conceditur. propterea ubi aliter ea secundum suam sententiam interpretari non possunt, etiam clara et

2 II Thess. 3, 8. 9 7 I Cor. 9, 12 10 I Cor. 9, 13—15

2 corporali] carnali *VDM* dein *B* 5 habemus P^1 9 rursus atque etiam modis omnibus commendat *N* 10 fecit *D* facit *M* 11 templo] sacrario *PVDM*$_\gamma$ 12 quae—edunt] et (*M*) de sacrario uiuunt et *PVDM*$_\gamma$ qui] et qui *A* altari *N* seruiunt *PVDM*$_\gamma$ 13 altari* *C* altari *ABDN* cum altari *PV* cum altare γ conpartiuntur] participantur *PVDM*$_\gamma$ disposuit his qui euangelium praedicant *PVDM*$_\gamma$ 14 annuntiant *C* 15 autem] enim *M* nullius] nihil *PVDM*$_\gamma$ 16 dissero] dixero *PVDM*$_\gamma$ 17 fiat] faciã *D* faciat γ *om. V* lucest *O* clamat] claret *LO*^{2}*Fbd* 18 uerba haec *M* 19 multe *L* 20 profitentur *Bbd* confinuṭuṛ (gent *m. 2 s. l.*) *F* cito—propterea *om. N* intellegunt *PVBDM*$_\gamma$ 21 de *om. CF* 22 uerbis (s *in ras.*) *C om. F* iiem] ita *PVDM*$_\gamma$

manifesta obscura et incerta esse respondent, quia praua et peruersa non audent. clamat homo dei: dominus ordinauit his qui euangelium adnuntiant de euangelio uiuere; ego autem nullius horum usus sum, et conatur caro et sanguis recta deprauare, aperta claudere, serena nubilare. spiritale, inquit, opus faciebat et inde uiuebat. si ita est, de euangelio uiuebat. cur ergo dicit: dominus ordinauit his qui euangelium adnuntiant de euangelio uiuere; ego autem nullius horum usus sum? aut si et hoc ipsum quod hic dictum est 'uiuere' secundum spiritalem uitam uolunt interpretari, nullam spem habebat apostolus ad deum, qui de euangelio non uiuebat, quia dixit: nullius horum usus sum. quapropter ut spes illi certa esset uitae aeternae, de euangelio utique spiritaliter uiuebat apostolus. quod ergo ait: ego autem nullius horum usus sum, de uita ista, quae in carne agitur, sine dubitatione facit intellegi, quod dixit dominum ordinasse his qui euangelium adnuntiant de euangelio uiuere, id est uitam istam, cui opus est uictu et tegumento, de euangelio transigere, sicut superius de suis coapostolis dixit, unde ipse dominus ait: dignus est operarius cibo suo, et: dignus est operarius mercede sua. hunc itaque cibum et hanc mercedem sustentandae huius uitae debitum euangelistis ab eis quibus euangelizabat non accepit apostolus uerum dicens: ego autem nullius horum usus sum.

2 I Cor. 9, 14 20 Matth. 10, 10 21 Luc. 10, 7

2 peruersa dicere *B* 3 iis *bd* annuntiant *C* praedicant *PVDM*γ 5 obnubilare *bd* iubilare *V* 7 de] et de *PVDM*γ qur *P* quur *A*γ 8 iis *bd* praedicant *PVDM*γ 9 aut—*13* usus sum *om.* γ 10 uiuere] uere *PVDM* 12 dominum *PVDM* quia *N* 15 ego autem *om. PVDM*γ usus *om.* N^1 16 in *er. in L* 17 *alt.* que *L* 18 uita ista *PVD*γ 20 coapostolis suis *M* et ipse γ dicit *M* 21 cibo suo] mercede sua *PVDM*γ cibo—operarius *om. LO* mercede sua] cibo suo *PVDM*γ 22 uitae huius *A* 23 debitam *d* qui *CB* euangelizant *CLOFBM* euangelizat *N* euangelizabant *V*γ apostolus non accepit *D* 24 accipit *N*

X. 11. Et sequitur et adiungit, ne forte quisquam arbitretur ideo non eum accepisse, quia illi non dederant: non autem scripsi haec, ut ita fiant in me; bonum est mihi magis mori quam gloriam meam quisquam inanem faciat. quam gloriam? nisi quam habere uoluit apud deum, in Christo conpatiens infirmis, sicut mox apertissime dicturus est. si enim euangelizauero, inquit, non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit, id est sustentandae huius uitae. uae enim mihi erit, inquit, si non euangelizauero, id est malo meo non euangelizabo, quia fame cruciabor et unde uiuam non habebo. nam sequitur et dicit: si enim uolens hoc facio, mercedem habeo. uolentem se dicit facere, sine ulla uitae huius fulciendae necessitate conpulsus facit, et ob hoc habere mercedem, utique apud deum gloriae sempiternae. si autem inuitus, inquit, dispensatio mihi credita est, id est si necessitate transigendae huius uitae inuitus cogor euangelizare, dispensatio mihi credita est, ut scilicet ex dispensatione mea, quia Christum, quia ueritatem praedico, quamuis ex occasione, quamuis mea quaerens, quamuis terreni emolumenti necessitate conpulsus, alii proficiant, ego autem mercedem apud deum gloriosam illam sempiternamque non

2 I Cor. 9, 15 7 I Cor. 9, 16 12 I Cor. 9, 17 15 I Cor. 9, 17

1 Et *om.* *D* 2 eum non *Dbd* non dederant illi *DM* non deerant illi *PV*γ dederat *B* de•derant *A* non autem ideo *PBDV* non ideo autem *M* 3 bonum] melius *PVDM*γ 4 magis mihi *N* 6 dominum *PVDM*γ in *om.* *B* christum *B* 7 si enim] quia (*in mg.*) *P* si enim quia *VD* 8 mihi gloria est *M* enim *om.* *PVDM*γ 9 uitae huius *FDbd* u•e *D* erit mihi *bd* mihi est *A* inquit *om.* *PVDM*γ 10 malo malo γ 11 habeo *A*γ 13 habebo *M* sine ulla] si nulla *ABDbd* 14 conpulsus facit *om.* *M* ob] ab *L* 16 inuitus *om.* γ 17 transiendae *V* uitae huius *M* 19 quam Christum *PDM* quia *om.* *N* 20 quamuis *fin.* *om.* *M* 21 aemolumenti *V*γ aliis *DM* proficiam *VDM*γ prophet•ænt *L* 22 apud deum mercedem *bd* sempiternam *M*γ

habeam. quae ergo mihi, inquit, merces erit? interrogans dixit; propterea suspendenda est pronuntiatio, donec respondeat. quod ut facilius intellegatur, tamquam nos eum interrogemus: quae ergo tibi merces erit, apostole, quando mercedem istam terrenam etiam euangelistis bonis debitam non propter hoc euangelizantibus, sed tamen consequentem et oblatam ex domini ordinatione sumentibus tu non accipis? quae ergo tibi merces erit? uide, quid respondeat. ut euangelizans, inquit, sine sumptu ponam euangelium, id est ut non sit credentibus sumptuosum euangelium, ne putent ad hoc sibi euangelizari, ut id euangelistae quasi uendere uideantur. et tamen redit etiam atque etiam, ut ostendat, quid sibi iure dominico liceat et ipse non faciat. ut non abutar, inquit, potestate mea in euangelio.

XI. 12. Iam uero quia infirmitati hominum conpatiens id faciebat, audiamus sequentia. cum enim liber sim, inquit, ex omnibus omnium me seruum feci, ut plures lucrifacerem: his qui sub lege sunt quasi sub lege, cum non sim ipse sub lege, ut eos qui sub lege erant lucrifacerem; his qui sine lege sunt quasi sine lege, cum sine lege dei non sim, sed sim in lege Christi, ut lucrifacerem eos qui sine lege sunt. quod non simu-

1 I Cor. 9, 18 8 I Cor. 9, 18 16 I Cor. 9, 19—21

1 ergo] ego *L* inquit mihi merces erit *PVFB*γ mihi merces erit inquit *LO* merces mihi erit inquit *R* inquit merces mihi (*om. A*) erit *MDbd* 3 interrogamus *PVM* 4 o apostole *PVDMA*γ 5 etiam terrenam *A* 8 merces tibi *M* ut *om. CLOF*^{1}*N* 9 ponam] collocem *PVDM*γ 10 sumptuosum credentibus *M* sumptuosum *om. A* 11 sibi ad hoc *M* 12 adque *L* atque etiam *om. VDM*γ 13 quod *A* 15 infirmitatibus *A* 16 inquit *om. M* 17 ex—feci] ab omnibus (hominibus *VD*) omnibus me subicio *PVDM*γ lucrifaciam *PVDM*γ 18 sunt] fuerant *M om. N* lege sim (essem *M*) cum ipse non sim sub lege *PVDM*γ lege si (*s. l. m. 2*) iam non sim ipse sub lege *F'* 20 lucrifaciam *M* lege essem (essent *P*) *PVDMA*γ 21 sim] essem *M* sed in lege $\overline{\text{xpi}}$ sim ut eos qui sine lege erant lucrifacerem *PVDM*γ 22 eos] his *N*

landi uersutia faciebat, sed conpatiendi misericordia, id est non quasi ut se fingeret iudaeum, sicut nonnulli putauerunt, quia legitima uetera Hierosolymis obseruauit. fecit enim hoc secundum liberam et manifestam sententiam suam, in qua dicit: circumcisus quis uocatus est? non adducat, id est non sic uiuat, quasi praeputium adduxerit et id quod nudauerat texerit, sicut alio loco dicit: circumcisio tua praeputium facta est. secundum hanc ergo sententiam suam, qua dicit: circumcisus quis uocatus est? non adducat. in praeputio quis uocatus est? non circumcidatur, fecit illa, quae non intellegentibus et parum adtendentibus finxisse putatus est; iudaeus enim erat et circumcisus uocatus; noluit adducere, id est noluit ita uiuere, ac si circumcisus non esset. hoc enim iam in potestate habebat. et sub lege quidem non erat sicut illi, qui eam seruiliter operabantur, sed tamen in lege dei et Christi. non enim alia erat lex illa et alia lex dei, sicut perditi Manichaei solent dicere. alioquin si, cum illa fecit, finxisse putandus est, finxit et paganum et sacrificauit idolis, quia dicit factum se fuisse his qui sine lege sunt quasi sine lege, quos utique nonnisi gentiles, quos paganos dicimus, uult intellegi. aliud ergo esse sub lege, aliud in lege, aliud sine lege. sub lege carnales iudaei; in lege spiritales et iudaei et christiani, unde illi

5 I Cor. 7, 18 7 Rom. 2, 25 9 I Cor. 7, 18

2 ut *om. D* 3 uetera (cetera γ) legitima *PVDM*γ hierosolimis *VBN*γ in ierosolimis *DA* in hierosolimis *M* ierosolymis *Pbd* 5 uocatur *M* est *om. VDM* adducat praeputium *AM*γ*bd* 6 id] ad *VD* 7 dicitur *B* 9 circumcissus *B* 10 adducat praeputium *PLVF*²*ADM*γ*bd* 11 attendentibus *C* intendentibus *M* 12 cir¦cisus *C* 13 adducere praeputium *AMbd* 15 quidam *V* et illi *PVDM*γ qui eam] quia *PDM*γ qui *V* 16 christi erat *A* 17 lex erat *Pbd* manichei *codd.* 18 cum illa] hoc *M* 19 fuisse *ante* quasi *leg. in M* 20 sunt] erant *PVDM*γ sine lege esset (essem *V*) *PVDMA*γ nonnisi] nisi *PV*γ non *M* 21 ergo] ergo est *PVDAN*γ est ergo *LOF*²*Bbd* est *M* 22 aliud in lege *om. CPOFVBDMN*γ 23 spiritale si *V pr.* et *om. PVDM*γ

seruauerunt morem illum patrium, sed onera insolita credentibus gentibus non inposuerunt; et ideo et illi circumcisi sunt; sine lege autem gentes, quae nondum crediderunt, quibus tamen se apostolus congruisse testatur per misericordem conpassionem, non per uersipellem simulationem, id est ut eo modo subueniret carnali iudaeo uel pagano, quo modo sibi ipse, si hoc esset, subueniri uoluisset: portans utique eorum infirmitatem in conpassionis similitudine, non fallens in mendacii fictione, sicut continuo sequitur et dicit: factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. hinc enim loquebatur, ut etiam illa omnia diceret. sicut ergo quod factus est infirmis infirmus, non erat mendacium, sic et cetera illa superius. quam enim dicit infirmitatem suam erga infirmos fuisse nisi conpatiendi eis in tantum, ut, ne uideretur uenditor euangelii et uerbi dei cursum apud inperitos in malam suspicionem decidens inpediret, nollet accipere, quod iure dominico debebatur? quod si uellet, non utique mentiretur, quia uere debebatur; et quia noluit, non utique mentitus est. neque enim dixit non sibi deberi, sed deberi ostendit et debito se usum non esse nec omnino uti uelle professus est, eo ipso factus infirmus, quo potestate sua uti noluit, tam misericordi scilicet indutus affectu, ut cogitaret quemadmodum secum agi uellet, si et ipse ita infirmaretur, ut posset de illis, per quos sibi euangelium praedicaretur, si eos uideret sumptus accipere, quasi mercimoniorum nundinas suspicari.

XII. 13. De hac infirmitate sua dicit alio loco: facti

10 I Cor. 9, 22 27 I Thess. 2, 7

1 honera *L* ·onera *O* 2 gentibus et *B* et illi nec ideo *M* et illi] nec illi *PVDAγb* 4 apostolus se *PVDMγ* misericordię *O* 7 ipsi *N* subuenire *LO* portansque (*om.* utique) *M* 9 finctione *γ* 11 omnia illa *LFbd* 12 infirmis est *M* 13 et *om. VABMNγ* 14 conpatiendo *PVDMAγ* 15 cursum] rursum *A* 16 imperitos *C* · decidens *om. M* impediret *C* et nollet *LO* 19 est mentitus *D* est *om. V* sed debere DV^2 21 qua *VD* quia *M* 22 uti *om. M* 27 alio loco dicit *MN*

sumus paruuli in medio uestrum, tamquam si nutrix foueat filios suos. nam eius circumstantia lectionis hoc indicat. neque enim, inquit, aliquando in sermone adulationis fuimus, sicut scitis, neque in occasione cupiditatis, deus testis est, neque quaerentes ab hominibus gloriam, neque a uobis neque ab aliis, cum possemus oneri uobis esse ut Christi apostoli; sed facti sumus paruuli in medio uestrum, tamquam si nutrix foueat filios suos. quod ergo ad Corinthios dicit, habere se potestatem apostolatus sui, sicut et ceteri apostoli, qua potestate usum se non esse testatur, hoc etiam isto loco ad Thessalonicenses ait: cum possemus oneri uobis esse ut Christi apostoli, secundum quod dominus dicit: dignus est operarius mercede sua. nam hinc eum dicere illud indicat, quod supra posuit: neque in occasione cupiditatis, deus testis est. per hoc enim quod iure dominico debebatur bonis euangelistis, non propter hoc euangelizantibus, sed quaerentibus regnum dei, ut haec omnia adponerentur eis, inueniebant alii occasionem, de quibus idem dicit: neque enim isti deo seruiunt, sed suo uentri. quibus hanc occasionem amputare uolebat apostolus, ut etiam quod sibi iuste debebatur omitteret. aperte quippe hoc ipse ostendit in secunda ad Corinthios, ab aliis ecclesiis suppletas dicens necessitates suas. uenerat enim, sicut adparet, ad tantam indigentiam, ut de longinquis ecclesiis ei necessaria mitterentur, dum tamen ab eis, apud

3 I Thess. 2, 5—7 12 I Thess. 2, 6 13 Luc. 10, 7 15 I Thess. 2, 5 19 Rom. 16, 18

1 paruoli γ medi *A* 2 nam—*9* suos *om. CLOFBN* ei *A* 3 adolationis D^1 5 ab hominibus quęrentes *M* 7 esse *post* apostoli *in M* Christi] ceteri *A* paruuli facti sumus *M* 8 paruoli *P* 9 ad] et ad *PLOVABDM*γ chorinthios *N* se habere *M* 10 apostolatu V^1 quia *V* 11 in isto *VMbd* isto] illo *M* tesalonicenses *VLO* thesalonicenses *ABMN* 12 ut] sicut *M* 17 regnum dei quaerentibus *N* 18 apponerentur *C* 19 idem] item *VD* 21 uolentibus *M* 22 in secunda epistola *N* corintios *C* chorinthios *LO* corinthios epistula *PVDMB*γ 25 ei *om. PVDM* eis] his *PVDM*γ

quos erat, nihil tale acciperet. numquid peccatum, inquit, feci me ipsum humiliando, ut uos exaltaremini, quoniam gratis euangelium dei euangelizaui uobis? alias ecclesias spoliaui accipiens stipendium ad uestram ministrationem; et cum apud uos fuissem et egerem, nemini grauis fui. nam id quod deerat mihi adinpleuerunt fratres qui uenerunt a Macedonia, et in omnibus ingrauate me in uobis custodiui et custodiam. est ueritas Christi in me, quia gloria haec non infringetur in me in regionibus Achaiae. quare? quia uos non diligo? deus scit. quod autem facio et facturus sum, ut amputem occasionem eorum qui uolunt occasionem, ut in quo gloriantur, inueniantur sicut et nos. de hac igitur occasione, quam hic dicit uelle se amputare, uoluit intellegi quod ibi ait: neque in occasione cupiditatis, deus testis est. et quod hic dixit: me ipsum humiliando, ut uos exaltaremini, hoc in prima ad eosdem Corinthios: factus sum infirmis infirmus, hoc ad Thessalonicenses: factus sum paruulus in medio uestrum, tamquam si nutrix foueat filios suos. proinde adtende sequentia. ita, inquit, desiderantes uos placet inpertire uobis non solum euangelium dei, uerum etiam animas

1 II Cor. 11, 7—12 15 I Thess. 2, 5 18 I Cor. 9, 22 19 I Thess. 2, 7. 8. 9

1 erat] praedicabat *s. l. m. 2 F* inquit] quid *V om. DM* 2 quoniam] ut *PVDM*γ 3 dei] domini *PVD*γ *om. M* euangelizaremus *P* euangelizarem *VDM*γ 4 expoliaui *PVADM*γ accipiens ab eis *PVDMA*γ uestram *om. M* 5 ministrationem nostram *M* administrationem *N* 7 qui de Macedonia uenerunt *N* uenerant *D* a] de *A* 8 ingrauantem *PVDM*γ ingrauare *N* in *om. A* in uobis *om. N* custodiam sicut est ueritas *PVDM*γ 9 infringatur *F* 10 non uos F^2bd non (*om.* γ) diligo uos *AD*γ 11 non *om.* $LF^1\gamma$ facio *om. PVD*γ 13 in quo] in eo quo *PVD*γ in eo qui *M* 14 dicit uelle se] se dicit *bd* 15 neque—testis est *om. N* 16 dicit *bd* 17 prima epistola *N* 18 corintios *C* tesalonicenses *VD* thesalonicenses *LOBMN* tessalonicenses γ 19 paruolus *CP*γ paruus *D* 21 uos] nos *A* 22 etiam et *PVM*γ

nostras; quoniam carissimi nobis facti estis. recordamini enim, fratres, laborem nostrum et aerumnam, nocte et die operantes, ne quem uestrum grauaremus: hoc ergo superius ait: cum possemus oneri uobis esse ut Christi apostoli. infirmorum enim periculis, ne falsis suspicionibus agitati odissent quasi uenale euangelium, tam quam paternis maternisque uisceribus tremefactus hoc. fecit. sic etiam in Actibus apostolorum idem loquitur, cum a Mileto mittens Ephesum uocasset inde presbyteros ecclesiae, quibus inter multa, argentum, inquit, uel aurum uel uestem nullius concupiui. ipsi scitis, quoniam necessitatibus meis et eorum qui mecum fuerunt, hae manus seruierunt. omnia ostendi uobis, quoniam sic laborantes oportet iuuare infirmos, memores etiam uerborum domini Iesu, quia ipse dixit: beatum est magis dare quam accipere.

XIII. 14. Hic fortasse aliquis dicat: si corporale opus operabatur apostolus, unde uitam istam sustentaret, quod erat ipsum opus et quando ei uacabat et operari et euangelium praedicare? cui respondeo: puta me nescire; corporaliter tamen operatum esse et inde in carne uixisse, non utentem potestate, quam dominus apostolis dederat, ut euangelium adnuntians de euangelio uiueret, ea quae supra dicta sunt sine ulla dubitatione testantur. neque enim aut uno loco aut breuiter dictum

4 I Thess. 2, 6 10 Act. 20, 33—35

1 facti estis nobis *M* 4 ergo] enim *bd* esse uobis *AM*γ 5 enim] igitur *PVDM*γ*bd* 6 odissent] dicerent *N* 7 et maternis *A* fecit hoc *N* 8 milete *LO* militene (ne *s. l.*) *F* 9 efesum *A* presbiteros *VBD* pręsbiteros γ 10 multa ait *A* inquit *om. A* uel aurum] et aurum *PVDMbd* 12 haec γ 13 seruierunt] ministrauerunt *PVDM*γ 14 etiam] etiam esse debere *PVDM*γ etiam esse debemus *A* 15 uerborum *L* beatius *FAL*^{2}γ*bd* 17 opus *om. M* operabatur apostolus *om. VD* 18 istam uitam *M* 19 ipsum *om.* γ 20 puto *VBM* putas *L*^{2} 21 in carne *om. PVDMA*γ utentem] autem *CPLOFBN* autem usum *bd* de potestate (de *s. l. m. 2*) *F* 22 annuntians *C* annuntiantes *PVDM*γ 23 uiuerent *PVDM*γ edicta *P* ulla *om. N*

est, ut possit cuiusuis astutissimi tergiuersatione in aliam traduci peruertique sententiam. cum igitur tantae auctoritatis tam magnis et crebris molibus contradicentium conteratur aduersitas, quid a me quaerunt, uel quale opus faciebat uel quando faciebat? unum scio, quia nec furta faciebat nec effractor aut latro erat nec auriga aut uenator aut histrio nec turpilucrus; sed innocenter et honeste quae apta sunt humanis usibus operabatur, sicut sese habent opera fabrorum, structorum, sutorum, rusticorum et his similia. neque enim honestas ipsa reprehendit, quod reprehendit superbia eorum, qui honesti uocari amant, sed esse non amant. non igitur dedignaretur apostolus siue rusticanum aliquod opus adgredi siue in opificum labore uersari. qui enim ait: sine offensione estote Iudaeis et Graecis et ecclesiae dei, quos in hac causa reuereri posset ignoro. si Iudaeos dixerint, patriarchae pecora pauerunt; si Graecos, quos etiam paganos dicimus, etiam philosophos multum sibi honorabiles sutores habuerunt; si ecclesiam dei, homo ille iustus et ad testimonium coniugalis semper mansurae uirginitatis electus, cui desponsata erat uirgo Maria, quae peperit Christum, faber fuit. quidquid horum ergo cum innocentia et sine fraude homines operantur, bonum est. nam praecauet hoc et ipse apostolus, ne quisquam ex necessitate sustentandae uitae in mala opera delabatur. qui furabatur, inquit, iam non furetur; magis autem laboret manibus suis bonum, ut habeat unde tribuere cui opus est. hoc ergo scire sufficit, quia

13 I Cor. 10, 32 18 cf. Matth. 13, 55 24 Eph. 4, 28

1 posset *PVDM*γ, *om. A* 2 transduci *LOABN* 3 molibus] moribus *A* contradicentium *om. PVDM*γ 5 effractor aut] effractură ut *VD* 6 erat *post* auriga *positum in PVDM*γ 8 sic *N* 12 opus aliquod *PBFMbd* 15 possit *A* si] etsi *A om. N* dixeř *N* dixerit *D*γ 17 honorabiles] ignorabiles *B* 18 si ecclesiam] de ecclesia *D* 20 disponsata *PV*γ responsata *L*^{1} beata uirgo *PVDM*γ 21 ergo horum *Mbd* 22 et *om. M* 24 dilabatur *FVBD*γ^2*bd* 25 laboret operando *D* bonum] quod bonum est *PVDM*γ 26 tribuat *ABDM* cui opus est] indigentibus *PVDM*γ

et in ipso opere corporali id quod bonum est operabatur apostolus.

XIIII. 15. Quando autem soleret operari, id est quibus temporum spatiis, ne ab euangelizando inpediretur, quis possit conprehendere? sane quia et diurnis et nocturnis horis operabatur, ipse non tacuit. uerumtamen isti, qui tamquam multum negotiosi et occupati de tempore operationis inquirunt, quid agunt? numquid ipsi ab Hierusalem per circuitum usque ad Illyricum terras euangelio repleuerunt? aut quidquid gentium barbararum remansit adhuc obeundum et inplendum de pace ecclesiae susceperunt? nouimus eos in quandam sanctam societatem otiosissime congregatos. mirandam rem fecit apostolus, qui reuera in tanta sollicitudine omnium ecclesiarum, et propagatarum et propagandarum, ad eius curam laboremque pertinentium etiam manibus operabatur; propterea tamen, cum apud Corinthios esset et egeret, nemini quidem eorum, apud quos erat, grauis fuit, sed plane quod illi deerat, suppleuerunt fratres, qui uenerunt ex Macedonia.

XV. 16. Nam et ipse propter eius modi necessitates sanctorum, qui quamuis praeceptis eius obtemperent, ut cum silentio operantes suum panem manducent, possunt tamen multis ex causis indigere supplemento aliquo talium sustentationum, cum dixisset talia docens et praemonens: his autem qui eius modi sunt praecipimus et obsecramus in

5 cf. I Thess. 2, 9; II Thess. 3, 8 18 cf. II Cor. 11, 9 23 II Thess. 3, 12. 13

1 in *om.* *A* 4 ab euangelizare *PVDM*γ posset *AMN* 5 quia] quibus γ horis et nocturnis *M* horis *om.* *PVN*γ operabatur *om.* γ 6 ipse] sicut ipse *PVDM*γ 8 iherusalem *M* ierusalem *LOFDbd* usquae *P* 9 ad *om.* *PM* illiricum *VBDAMN*γ repleuerunt euangelio terras *PVDM*γ quidquid] quid *A* 10 barbarum *L*^{1}*M*γ adeundum *N* adeundem *B* replendum *PVDLM*γ 11 societatem sanctam *LO* 12 otiosissime *A* 13 omnium *om.* *PVDM*γ 14 propagata *L* propagarum *N* 16 chorintios *C* chorinthios *O* 17 fuit] erat *N* 18 uenerant *D* ex] a γ machedonia *PLO* 22 indigere aliquo sustentationum supplemento *N* 23 premonens *C*

domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent, ne illi qui habebant unde necessaria seruis dei praeberent, hac occasione pigrescerent, praeuidens continuo subiecit: uos autem, fratres, nolite infirmari benefacientes. et ad Titum cum scriberet dicens: Zenam legis peritum et Apollo sollicite praemitte, ut nihil illis desit, ut ostenderet, unde illis nihil deesse deberet, continuo subiunxit: discant autem et nostri bonis operibus praeesse ad necessarios usus, ne sint infructuosi. Timotheum etiam, quem dicit germanissimum filium, quoniam sciebat corpore infirmum, sicut ostendit monens eum, ne aquam biberet, sed modico uino uteretur propter stomachum et frequentes suas infirmitates, quia in opere corporali laborare non poterat, ne forte, cum indigere nollet uictu cotidiano, ab eis, quibus euangelium ministrabat, aliqua sibi negotia quaereret, quibus animi eius inplicaretur intentio — aliud est enim corpore laborare animo libero, sicut opifex, si non sit fraudulentus et auarus et priuatae rei auidus; aliud autem ipsum animum occupare curis colligendae sine corporis labore pecuniae, sicut sunt uel negotiatores uel procuratores uel conductores; cura enim praesunt, non manibus operantur ideoque ipsum animum suum occupant habendi sollicitudine —: Timotheum ergo, ne in talia incideret, quia per infirmitatem corporis

6 Tit. 3, 13. 14 10 cf. I Tim. 5, 23

1 Iesu] deo *M* 2 necessaria unde *N* unde seruis dei necessaria *PVD*γ 4 prouidens *LDbd* 5 ad Titum] adi·tū *N* 6 zenan *PVM*γ Apollo] apostolo *L* 7 et ut *alt. PVD*γ 9 nostris (*fin.* s *m. 2 s. l.*) *L* nostris γ 10 fructuosi *V* 11 quoniam] quĕ *D* 12 modico uteretur uino *PVDM*γ 13 infirmitates suas *M* 14 in *om. M* labore *V* 15 indigeret *CLOFN* indigeret et *B* indigeret si (si *s. l. m. 2*) *A* uictū *A* cottidiano *PVDMN* cotidianū *A* eis sustentari *B* 16 ministrabat sustentari (sustentari *m. 2 s. l.*) *F* 18 opifex potest *PVDAM*γ 19 priuitae rei] priuata etiam *V* priuatī etiam *ODM* 21 uel conductores *om. PLVDM*γ 22 curae *PVDM*γ operantes *A* 23 suum *om. VD* sollicitudinem *V* thimotheum *L* 24 ergo] autem *M*

manibus operari non poterat, sic exhortatur et monet et consolatur. labora, inquit, sicut bonus miles Christi Iesu. nemo militans deo inplicat se negotiis saecularibus, ut placeat cui se probauit. nam qui in agone contendit, non coronatur nisi legitime certauerit. hic ne ille angustias pateretur dicens: fodere non possum, mendicare confundor, adiunxit: laborantem agricolam primum oportet de fructibus percipere, secundum id, quod ad Corinthios dixerat: quis militat suis stipendiis umquam? quis plantat uineam et de fructu eius non edit? quis pascit gregem et de lacte gregis non percipit? fecit ita securum castum euangelistam non ad hoc euangelizantem, ut uenderet euangelium, sed tamen huic uitae necessaria suis sibi exhibere manibus non ualentem, ut intellegeret, quod necessarium sibi sumebat ab eis, quibus tamquam prouincialibus militabat et quos tamquam uineam cultura exercebat uel tamquam gregem pascebat, non esse mendicitatem, sed potestatem.

XVI. 17. Propter has igitur uel occupationes seruorum dei uel infirmitates corporales, quae omnino deesse non possunt, non solum permittit apostolus sanctorum indigentias suppleri a bonis fidelibus, sed etiam saluberrime hortatur. excepta enim illa potestate, qua se dicit ipse non usum, cui tamen seruiendum esse a fidelibus praecipit dicens: communicet qui catechizatur uerbum ei qui se cate-

2 II Tim. 2, 3—5 6 Luc. 16, 3 7 II Tim. 2, 6 9 I Cor. 9, 7 24 Gal. 6, 6

1 sicut *M* si γ exortatur *AB* hortatur *N* *prius* et *om. PFbd* 3 militat *B* militas *N* 4 ut placeat] ut possit placere ei *PVDM*γ ut ei placeat *FA* nam et *A* 5 coronabitur *DM* 6 pateretur angustias *bd* possum] ualeo *M* 9 id] illud *Lbd* chorintios *C* 11 fructibus *PVDM*γ eius] suis *D* 12 gregis] eius *VDM* ipsius *P*γ facit *PDM*γ itaque *POVBMAN*γ 14 huius *D* sibi *om.* γ 16 militat *PVD*γ 19 igitur propter has *PVDM*γ uel *om. PVDM*γ 22 saluberrimae *B om. M* 23 ipse *om. VD* 25 cathecizatur (h *s. l.*) *C. B* cathezizatur *D*γ*A* catecizatur *M* catezizatur *N* uerbo *ANb* se *om. L* cathecizat *CB* cathezizat *A* catezizat *VN* catecizat *M*

chizat in omnibus bonis, excepta ergo hac potestate, quam uerbi praedicatores habere in eos, quibus praedicant, saepe testatur, etiam sanctis qui omnia sua uendita distribuerant et Hierosolymis habitabant in sancta communione uitae, non dicentes aliquid proprium, quibus erant omnia communia, et anima et cor unum in deum, ab ecclesiis gentium necessaria conferri praecipit et hortatur. inde est illud ad Romanos. nunc, inquit, pergam Hierusalem ministrare sanctis. placuit enim Macedoniae et Achaiae communionem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt Hierusalem. placuit enim illis, et debitores eorum sunt. si enim spiritalibus eorum communicauerunt gentes, debent et in carnalibus ministrare eis. hoc simile est illi, quod ait ad Corinthios: si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est, si uestra carnalia metamus? item ad Corinthios in secunda, notam autem, inquit, uobis facimus, fratres, gratiam dei quae data est in ecclesiis Macedoniae, quia in multa tribulatione probationis abundantia gaudii eorum et profunda paupertas eorum abundauit in diuitiis simplicitatis eorum; quia secundum uires, testimonium perhibeo, et supra uires uoluntarii fuerunt, cum multis precibus

5 cf. Act. 4, 32; 2, 44 8 Rom. 15, 25—27 14 I Cor. 9, 11 16 II Cor. 8, 1—21

2 haberent *D* 3 uendita sua *M* 4 hierosolimis *VB* ierosolimis *A* iherosolymis *M* 7 conferri necessaria *M* conferre *N* precepit *M* 8 et illud *bd* inquit] igitur *VBN*γ 9 macedonis $PV^1\gamma$ macedonibus V^2DM machedoniae *LA* achaiicis *PVDM*γ 10 pauperes] paupertate *PVDM*γ 11 in hierusalem *PVDM*γ 12 spiritalium *PVDM*γ 13 debent et gentes carnalia ministrare eis *PVDM*γ et *s. l. O om. L* 14 chorintios *C* 15 carnalia uestra *Abd* 16 metamur *B* in secunda ad corinthios *PVDM*γ chorintios *C* in epistola secunda *N* notum $COF^1MN\gamma$ 17 dei *om. N* 18 machedoniae *PV* quod *M* multo experimento tribulationis *M* multa probatione tribulationis *PVDbd* multa pribolatione tribulationis γ multa tribulationis et probationis *A* 19 habundantia *L* 20 habundauit *N* diuitias *M* 21 testimonium enim perhibeo illis *PVM*γb testimonium eis perhibeo *D*

obsecrantes nos gratiam et communionem ministrationis quae fit in sanctos, et non quomodo sperauimus, sed se ipsos tradiderunt primum domino et nobis per uoluntatem dei ad deprecandum Titum, ut quomodo coepit, sic et consummet in uos etiam gratiam istam. sed quomodo semper abundatis in omnibus fide et uerbo et scientia et omni studio et ea quae ex nobis est in uos caritate, ut et in hac gratia abundetis. non secundum imperium dico, sed propter aliorum studium et uestrae caritatis carissimum probans. scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos pauper factus est, cum diues esset, ut illius paupertate uos ditaremini. et consilium in hoc do; hoc enim uobis prodest, qui non solum facere, sed et uelle coepistis ab anno priore; nunc autem et facto perficite, ut, quemadmodum promptus est animus uoluntatis, ita sit et perficiendi ex eo quod quisque habet. si enim promptus est animus, secundum id quod habet acceptabilis est, non secundum id quod non habet. non enim ut aliis sit refectio, uobis angustia, sed pro aequalitate in hoc tempore ut uestra abundantia sit ad illorum inopiam, ut et illorum abundantia fiat in uestram inopiam, ut fiat aequalitas.

2 sanctis *A* 3 primo *VD*^{1} ęt (*s. l.* deinde) *D* uobis *γ* 5 caepit *BD* consumet *V* istam gratiam *D* 6 abundantis *V* 7 scientiae *V* 8 ex *om. LO* uobis *bd* in uos est *PVDMγ* in uobis *A* in nos *bd om. N* habundetis *VN* 10 et] etiam *D* uestra caritatis *BD; D in mg.:* uestrae caritatis ingenium bonum comprobans carissimum] ingenium carissimum *s. l. m. 2 F* carissimum ingenium *M* ////bonū (bo *m. 2*) *A* ingenium bonum *in mg. D* comprobans *M, in mg. D* 13 paupertate] inopia *N* 14 prode est *P* 15 et] etiam *bd om. γ* 17 uoluntatis *om. PVDMγ* et uoluntas perficiendi *PVDMγ* 19 acceptabilis] acceptum *PVγ* acceptus *DM* non—habet *om. PVDMγ* id *s. l. C* 20 refectio] remissio *A* uobis autem *bd* 21 pro *om. A* 23 habundantia *V* in *om. M* uestra inopia *PVDγ* uestrę inopię *M* ut fiat] supplementum ut fiat *M*

sicut scriptum est: qui multum, non abundauit, et qui modicum, non defuit illi. gratias autem deo, qui dedit idem studium pro uobis in corde Titi, quia consolationem quidem suscepit; studiosior autem cum esset, sponte exiit ad uos. misimus autem cum eo fratrem, cuius laus in euangelio est per omnes ecclesias, non solum autem, sed et ordinatus ab ecclesiis comes peregrinationis nostrae cum hac gratia quae ministratur a nobis ad domini gloriam et promptum animum nostrum, deuitantes hoc, ne quis nos reprehendat in hac plenitudine, quae ministratur a nobis. prouidemus enim bona non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. in his uerbis adparet, quantum non solum curam sanctarum plebium esse uoluerit ministrare necessaria sanctis dei seruis, consilium in hoc dans, quia hoc magis ipsis qui hoc faciebant proderat quam illis erga quos faciebant — illis enim aliud proderat, id est hoc erga se obsequio fratrum suorum sancte uti nec propter hoc deo seruire nec ista sumere nisi ad supplendam necessitatem, non ad pascendam pigritiam — sed etiam suam curam beatus apostolus tantam dicit in hac ministratione, quae nunc per Titum transmittebatur, ut comitem peregrinationis suae propter hoc commemoret ordinatum ab ecclesiis, boni testimonii hominem dei, cuius laus, inquit, in euangelio est per omnes ecclesias. et ad hoc dicit illum ordinatum comitem sibi, ut deuitaret hominum reprehensiones, ne sine testimonio sanctorum in hoc ministerio sociorum tamquam sibi accipere

1 Ex. 16, 18 24 II Cor. 8, 18

1 multum habuit *PVDMA*γ habundauit *LVBM* 5 exiuit *D* ita ad *M* uos] alios *A* misi *PDM*γ 6 est in euangelio *M* 7 ordinatus est *PVDM*γ*bd* 10 debitantes V^1 nos *om. M* 13 his *om. PVD*^{1}*M*γ uerbis autem *M* quantă *B* 16 haec faciebant *PVDM*γ proderat—faciebant *om. M* 17 proderat quam illis erga quos faciebant *M* 18 obsequium *A* 19 ista] ita *L* 23 commemoraret *A* 24 laus est *M* est *om. M* 27 in *om. VDM* ministerium *M* tamquam *om. PVDM*γ

et in suos sinus conuertere ab infirmis et inpiis putaretur. quae accipiebat ad supplendas necessitates sanctorum per se adferenda uel distribuenda indigentibus.

18. Et paulo post dicit: nam de ministerio quod fit in sanctos ex abundanti est mihi scribere uobis. scio enim promptum esse animum uestrum, de quo glorior pro uobis apud Macedonas, quoniam Achaia parata est ab anno priore, et quae ex uobis est aemulatio inritauit plures. misimus autem fratres, ne gloria nostra quam habemus in uobis euacuetur in hac parte, ut, sicut dixi, parati sitis, ne cum uenerint mecum Macedones et inuenerint uos inparatos, confundamur nos, ut non dicam uos, in hac substantia. necessarium ergo existimaui rogare fratres, ut praecedant ad uos et praeparent iam pridem repromissam hanc benedictionem uestram, ut sit parata, sic quasi benedictionem, non quasi auaritiam. hoc autem: qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictione, in benedictione et metet. unusquisque secundum quod proposuit corde, non ex tristitia aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit deus. potens est autem deus omnem gratiam abundantem facere in uobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum — sicut scriptum est: dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in

4 II Cor. 9, 1—15 17 Gal. 6, 7 21 Prou. 22, 8 25 Ps. 112, 9

1 sinus suos *Fbd* suos usus *NL*^{2} et] uel *PV*γ ab impiis *A* putarentur *PVDM*γ 2 qui *N* accipiebant *PVDM*γ se adferenda] ea ferenda γ 5 habundanti *B* 6 enim *om. CFAB* uestrum] nostrum *L* 7 machedonas *PV* et achaia (et *s. l.*) *D* praeparata *PVD*γ 9 irritauit (*i* pronocauit *s. l.*) *D* plurimos *in ras. A* gloria uestra *B* 15 promissam *PVDM*γ repromissū *B* benedictio *M* 17 auaritia *M* autem] autem dico *PVBDA*^{2}*F*^{2}*M*γb qui] quoniam qui *PM*γ quia qui *D* 18 et qui—metet *om. VDM* in *fin.*] de *A* 20 in corde *M* 21 potens est] potest *P* est *om. M* 22 habundantem *LV* 24 habundetis *VM*

aeternum. qui autem subministrat semen seminanti, et panem in escam subministrabit et multiplicabit seminationem uestram et augebit crescentes fruges iustitiae uestrae — ut in omnibus ditati in omnem simplicitatem, quae operatur per nos gratiarum actionem deo, quoniam ministerium functionis non solum supplet ea quae desunt sanctis, sed et abundare facit per multorum gratiarum actionem deo, per probationem ministrationis huius glorificantes deum in obsequio confessionis uestrae in euangelium Christi et simplicitate communicationis in illos et in omnes et ipsorum precatione pro uobis, desiderantium uos propter excellentem gratiam dei in uobis. gratias deo super inenarrabili dono eius. quanta pinguedine sanctae laetitiae sit perfusus apostolus, dum loquitur de alterno supplemento indigentiae prouincialium Christi, hinc de rebus carnalibus in illos, inde autem de spiritalibus in istos, ut exclamaret et tamquam sanctorum gaudiorum sagina eructaret dicens: gratias deo super inenarrabili dono eius!

19. Sicut ergo non cessauit apostolus, immo spiritus dei possidens et inplens et agens cor eius, exhortari fideles, qui haberent huius modi substantiam, ut nihil deesset necessitatibus

1 cf. Es. 55, 10 3 Hos. 10, 12 6 Phil. 2, 30 19 II Cor. 9, 15

2 subministrauit *CVA* 3 semen uestrum *A* crescentes *om. PVM*γ fruges] fructum *PVDM*γ 4 ut *om. PVM*γ 5 actionum γ 6 in ministerium *A* fructionis L^1V fructificationis DML^2 non] huius non *PVBDMN*γ*bd* 7 suppleat *C* et *om. VBDM*γ habundare *VB* 8 multarum *P*γ*M* actionum γ in deo (in *s. l.*) *B* 9 ministerii *N* 10 in euangelium—communicationis *om. A* euangelio *Bb* simplicitatem *VD* in simplicitatem *M* 12 in ipsorum *bd* precationem *PVD*γ pr*edicationem *M* praecatione *C* 14 eius *om. PVDM*γ pinguedinis *VM* 15 laeticia *D* loquitur et *A* alterne *PVDM*γ 16 supplemento de alterna indigentia *A* militum et prouincialium christi *bd* prouincialium et militum christi *PVDMA*γ 17 et in istos *M* 18 clamaret *N* sagina *om. PVDM*γ ructuaret *M* eructuaret *bd* 19 enarrabili *P* eius *om. PVDM*γ 20 spiritus dei *om. A* 21 cor] eos *LO* exortari *LOA*

seruorum dei, qui celsiorem sanctitatis gradum in ecclesia tenere uoluerunt, ut spei saecularis uincula cuncta praecideret et animum liberum diuinae militiae dedicarent: sic debent et ipsi praeceptis eius oboedire, ut compatiantur infirmis, et amore priuatae rei non inligati manibus suis in commune laborare, praepositis suis sine murmure obtemperare, ut hoc suppleatur ex oblationibus bonorum fidelium, quod laborantibus et aliquid unde uictum transigant operantibus, propter infirmitates tamen corporales aliquorum et propter ecclesiasticas occupationes uel eruditionem doctrinae salutaris deesse putauerint.

XVII. 20. Quid enim agant, qui operari corporaliter nolunt, cui rei uacent scire desidero. orationibus, inquiunt, et psalmis et lectioni et uerbo dei. sancta plane uita et Christi suauitate laudabilis; sed si ab his auocandi non sumus, nec mandu- candum est nec ipsae escae cotidie praeparandae, ut possint adponi et adsumi. si autem ad ista uacare seruos dei certis interuallis temporum ipsius infirmitatis necessitas cogit, cur non et praeceptis apostolicis obseruandis aliquas partes temporum deputamus? citius enim exauditur una oboedientis oratio quam decem milia contemptoris. cantica uero diuina cantare etiam manibus operantes facile possunt et ipsum laborem tamquam diuino celeumate consolari. an ignoramus omnes opifices in quibus uanitatibus et plerumque etiam turpitudinibus theatricarum fabularum donent corda et linguas suas, cum manus ab opere non recedant? quid ergo inpedit

1 in *om. PVDM*γ ecclesię P^2DMγ 5 communi *b* 6 labore A^1b praepositi* γ mormure *C* 9 aliquorum *om. N* propter *om. M* 11 patuerit *PVD*γ potuerit *MNb* 12 corporaliter operari *M* 13 desiderio *V* 14 lectione *N* in christi *PAM*γ*b* 15 ęuocandi *B* 16 ęscae *B* cottidiae *P* cottidie *VMN* 17 absumi *PVDN* adponi γ 19 apostolicis praeceptis *bd* obseruandis *om. M* temporum obseruandis ǫbsęrụạndịs obseruamus *M* 20 deputamus *om. M* obedientis *C* 23 celeomate *V* 24 in *om. PLDbd* quibusdam *N* 25 theatrigarum γ 26 operare (e *in* i *mut.*) γ impedit *C*

seruum dei manibus operantem in lege domini meditari et psallere nomini domini altissimi? ita sane ut ad ea discenda, quae memoriter recolat, habeat seposita tempora. ad hoc enim et illa bona opera fidelium subsidio supplendorum necessariorum deesse non debent, ut horae. quibus ad erudiendum animum ita uacatur, ut illa opera corporalia geri non possint, non opprimant egestate. qui autem se dicunt uacare lectioni, nonne illic inueniunt quod praecepit apostolus? quae ista est ergo peruersitas lectioni nolle obtemperare, dum uult ei uacare et, ut quod bonum est diutius legatur, ideo facere nolle quod legitur? quis enim nesciat tanto citius quemque proficere cum bona legit, quanto citius facit quod legit?

XVIII. 21. Si autem alicui sermo erogandus est et ita occupat, ut manibus operari non uacet, numquid hoc omnes in monasterio possunt uenientibus ad se ex alio genere uitae fratribus uel diuinas lectiones exponere uel de aliquibus quaestionibus salubriter disputare? quando ergo non omnes possunt, cur sub hoc obtentu omnes uacare uolunt? quamquam etsi omnes possent, uicissitudine facere deberent non solum ne ceteri a necessariis operibus occuparentur, sed etiam quia sufficit, ut audientibus pluribus unus loquatur. deinde ipsi apostolo quomodo uacaret operari manibus suis, nisi ad erogandum uerbum dei certa tempora constitueret? neque

1 cf. Ps. 1, 2 2 cf. Ps. 12, 6

1 domini] dei *AMN* 4 splendorum *B* 5 orae *N* 6 si illa *M* corporalia (a *fin. s. l.*) *V* agere *VDM* 7 opprimantur *M* egestatem *PVD*γ se *om. N* dicunt se *M* 8 quod] quae *PDM*γ praecipit *Fbd* 9 est ista ergo *Bbd* ergo ista est *M* est ergo ista *N* 11 tanto citius] tantocius *DM* 12 quemque *om. A* quantotius *VDM* 14 et *er.* γ 15 occupatur *AB* operari *om. M* 18 ergo] enim *A* 19 quur *P*γ obtemtu *P* obtemptu *V* uolunt] possunt γ 20 si *A* uicissim *PVDM*γb debent *A* 21 ne ceteri] necessaria (*pr.* e *s. l. m. 2*) γ ab *M* operibus necessariis *M* occuparetur *L* occupentur *A* 23 ipso *D* ipse γ^2 apostolus (u *supra* o) γ 24 tempora certa *N*

enim et hoc deus latere nos uoluit. nam et cuius artis opifex fuerit et quibus temporibus uacaret dispensando euangelio, sancta scriptura non tacuit. nam cum eum dies profectionis urgeret in Troade constitutum, etiam in una sabbati congregatis fratribus ad frangendum panem tanta fuit intentio et tam necessaria disputatio, ut sermo produceretur usque ad medium noctis, tamquam excidisset eis quod eo die non esset ieiunium; quando autem in aliquo loco inmoraturus cotidie disputabat, quis dubitauerit horas eum habuisse ad hoc officium deputatas? namque apud Athenas cum esset, quia studiosissimos rerum inquisitores inuenerat, ita de illo scriptum est: disputabat igitur iudaeis in synagoga et gentibus in uiculis in foro per omnem diem ad omnes qui aderant. non enim in synagoga per omnem diem, ubi mos erat sabbato sermocinari, sed in foro, inquit, per omnem diem; propter studia utique Atheniensium. sic enim sequitur: quidam uero epicureorum et stoicorum philosophorum conferebant cum illo. et paulo post dicit: Athenienses autem et aduenae hospites ad nihil aliud uacabant quam dicere aliquid noui aut audire. putemus apostolum illis omnibus diebus, quibus fuit Athenis, non fuisse operatum; propter hoc enim et ex Macedonia supplebatur eius indigentia, sicut dicit in secunda ad Corin-

4 cf. Act. 20, 7 12 Act. 17, 17 17 Act. 17, 18 19 Act. 17, 21 23 cf. II Cor. 11, 9

1 noluit γ^1 2 uacarit *VM*γ uacauerit *D* euangeliū (ū *supra*) *D* 4 urgueret *VA* 5 et tam] etiam *V*γ 6 necessario *A* 7 ieiunium non esset *A* 8 alico *LOF* immoratus *PVDMA*γ*bd* 9 dierum habuisse *PVDM*γ 10 namque] neq; cū *M* cum *om. M* 12 cum iudaeis *DL*^{2}*OAbd* sinagoga *CVAD* 13 in uiculis] uinculis *LB*^{1}*A* ui-culis *F* uigulis (*supra* g *pos.* c) *O* inculis *P* singulis *VDM*γ*b* incolis *d* in foro] et foro *FA* per] prope *L* per omnem diem—in synagoga *om. PVD*γ per omnem diem—inquit *om. M* 14 omnes] eos *d* sinagoga *A* 17 epycureorum *M* stoichorum *PV* 18 dicit *om. N* 19 aduenę uel hospites *A* 20 discere *B* 21 omnibus illis *PVDM*γ quibus fuit athenis *post* operatum *legitur in N* 22 machedonia *PVM* 23 secunda epistola *N* ad corinthios epistula *PVD*γ ad corinthios in secunda epistola *M* corintios *C*

thios. quamquam et aliis horis et noctibus poterat, quia ita ualebat et animo et corpore. sed cum Athenis exisset, uideamus quid dicit scriptura. disputabat, inquit, in synagoga per omne sabbatum: hoc apud Corinthum. in Troade ergo, ubi necessitate inminentis profectionis usque ad medium noctis sermo protractus est, una sabbati erat, qui dies dominicus dicitur: unde intellegimus eum non fuisse cum iudaeis, sed cum christianis, quando etiam dicit ipse narrator ad frangendum panem se fuisse conlectos. et ipsa est optima gubernatio, ut omnia suis temporibus distributa ex ordine gerantur, ne animum humanum turbulentis inplicationibus inuoluta perturbent.

XVIIII. 22. Ibi etiam dicitur quid operabatur apostolus. post haec, inquit, egressus ab Athenis uenit Corinthum. et cum inuenisset quendam iudaeum nomine Aquilam, Ponticum genere, recens aduenientem ab Italia, et Priscillam uxorem ipsius, propterea quod iussisset Claudius discedere omnes iudaeos ab Roma, accessit ad illos et propter artis similitudinem mansit apud illos opus faciens; erant enim tabernaculorum artifices. hoc si conati fuerint allegorice interpretari, ostendunt, quomodo proficiant in ecclesiasticis litteris, quibus se uacare gloriantur. et certe illa, quae supra dicta sunt: numquid solus ego et Barnabas non habemus potestatem non

3 Act. 18, 4 14 Act. 18, 1—3 23 I Cor. 9, 6. 12

2 anima *M* sed—scriptura *om. A* ab athenis *PVMγ* 3 dicat *PVDMγ* sinagoga *DMγ* 4 omnem *P* chorintum *C* corintum *LOF* corintho *PVγ*[1] corinthios *DM* troadae *Vγ* ergo] uero *Bbd* 7 iudaicis *V* 9 se *s. l. C om. bd* 10 sui *D* temporis *DV*[1] ge••rantur *M* 11 nec *CFDM* ne• *O* implicationibus *C* 14 chorintum *C* corintum *LO* 15 inueniret *D* quendam *om. A* aquila *C* 16 adueniente *Pγ* 17 ipsius] eius *D* iussisset] dixisset *PVDMγ* 18 discere *V*[1] omnes *om. A* ab] a *PVDMABγ* a• *L om. bd* 21 allegoricae *γ* ostendant *AN* 22 se uacare] euacuare *γ* 23 illa *om. A* 24 ego solus *bd*

operandi? et: non sumus usi hac potestate, et: cum possemus oneri uobis esse ut Christi apostoli, et: nocte et die operantes, ne quem uestrum grauaremus. et: dominus ordinauit eos qui euangelium adnuntiant de euangelio uiuere; ego autem nullius horum usus sum et cetera huius modi aut exponant aliter aut, si praeclarissima luce ueritatis urgentur, intellegant et oboediant: aut, si oboedire uel nolunt uel non possunt, saltem illos, qui uolunt, meliores, qui autem et possunt, feliciores esse fateantur. aliud est enim corporis infirmitatem uel ueram allegare uel falsam praetendere, aliud autem sic decipi et sic decipere, ut insuper ideo uideatur in seruis dei maior esse iustitia, quia potuit inter inperitos regnare pigritia. qui enim ueram corporis ostendit infirmitatem, humane tractandus est; qui autem falsam praetendit et conuinci non potest, deo dimittendus est. neuter tamen eorum perniciosam regulam figit, quia bonus seruus dei et manifesto infirmo fratri suo seruit et fallenti cum credit, quia malum eum non putat, non imitatur ut malus sit, et non si ei credit, fallacem putat. ac nihilominus non imitatur. ab illo uero, qui dicit: haec est uera iustitia, ut nihil corporaliter operando imitemur uolatilia caeli, quoniam qui aliquid tale fuerit operatus contra euangelium facit, quisquis animo infirmus haec audit et credit, non quia sic uacat, sed quia sic errat, lugendus est.

1 I Thess. 2, 6 3 II Thess. 3, 8 4 I Cor. 9, 14. 15

2 uobis oneri *bd* oneri esse uobis *N* 3 et] ac *N* uestrum *om. A* 4 et] sicut et *PVDM*γ dominus *om. N* eis *Bbd* 5 nihil *N* 7 urguentur *VDA*γ obediant C^1 8 aut (t *s. l. m. 2*) *C* saltim *VA*γ 11 alligare *VA*γ decipi et sic *om. D* 14 humanę V_1 15 falsum *D* 16 demittendus PV^1 timendus *B* 17 fugit *L* manifeste *bd* 18 fallenti cum] fallentiū *B* cum] dum *M* 19 sit] sic *PVDM*γ si non *PVDM*γ*ANFbd* ei *om. A* 20 nihilhominus *L* ḥimitatur *O* 21 imitentur *M* 22 tale aliquid *Abd* aliquid] aliud *B* 23 quisquis—lugendus est *om. M* infirmo *V* hoc *bd* audit] uidit *L* audit et credit] dicit *PVD*γ

XX. 23. Hic exoritur altera quaestio. fortasse enim dicat: quid ergo? ceteri apostoli et fratres domini et Cephas, quia non operabantur, peccabant? aut adferebant inpedimentum euangelio, quia dixit beatus Paulus ideo se non usum hac potestate, ne quod inpedimentum daret euangelio Christi? si enim peccauerunt, quia non operati sunt, non ergo acceperant potestatem non operandi, sed de euangelio uiuendi. si autem acceperant hanc potestatem ordinante domino, ut qui euangelium adnuntiarent, ex euangelio uiuerent, et dicente: dignus est operarius cibo suo — qua potestate Paulus amplius aliquid erogans uti noluit — non utique peccauerunt. si non peccauerunt, nullum inpedimentum dederunt. neque enim nullum peccatum est inpedire euangelium. quod si ita est, et nobis, inquiunt, liberum est et uti et non uti hac potestate.

24. Hanc quaestionem breuiter soluerem, si dicerem, quia et iuste dicerem credendum esse apostolo. ipse enim sciebat, cur in ecclesiis gentium non oporteret portari uenale euangelium, non culpans coapostolos suos, sed distinguens ministerium suum, quia ita inter se distribuerant procul dubio admonente spiritu sancto euangelizandi prouincias, ut Paulus et Barnabas ad gentes irent, illi autem in circumcisionem. hoc tamen eum praecepisse his, qui non habebant eius modi potestatem, ea quae iam multa dicta sunt manifestant.

XXI. Isti autem fratres nostri temere sibi adrogant, quantum existimo, quod eius modi habeant potestatem. si enim euan-

9 Matth. 10, 10 20 cf. Act. 13, 2 sqq.; Gal. 2, 9

1 hinc *PVDBM*γ*bd* 2 quis *A* ego *B* cęphas *O* 4 dicit *bd* esse usum *M* 6 qui *A* operati non sunt *PVDM*γ 7 potestatem *om. A* uiuere *N* 9 ex] de *M* 10 amplius *om. COFABN* 11 supererogans *B* arrogans *D* 12 euangelio impedimentum *B* 13 impedire *C* 16 scibat C^1 17 gentium *om. M* oporteret *om. M* potari (o *in ras.*) *C, O* portare *M* putari *PVDB*γ 19 ita *om. A* *cum uocabulis* inter se *finitur codex V* 20 ămonente *D*γ prouincię *A* prouintias γ 21 irent] pergerent *M* circumcisione *P* 22 iis *d* huiusmodi *N* 23 multa] supra *PDM*γ manifesta sunt γ

gelistae sunt, fateor, habent; si ministri altaris, dispensatores sacramentorum, bene sibi istam non adrogant, sed plane uindicant potestatem.

25. Si saltem habebant aliquid in hoc saeculo, quo facile sine opificio sustentarent istam uitam, quod conuersi ad deum indigentibus dispertiti sunt, et credenda est eorum infirmitas et ferenda. solent enim tales non melius, sicut multi putant, sed, quod est uerum, languidius educati laborem operum corporalium sustinere non posse. tales fortasse multi erant in Hierosolyma. nam et scriptum est, quod praedia sua uendiderint et pretia eorum ante pedes apostolorum posuerint, ut distribueretur unicuique, sicut opus erat. quia prope inuenti sunt et utiles fuerunt gentibus, quae ab idolorum cultu ex longinquo uocabantur, secundum illud, quod dictum est: ex Sion prodiet lex et uerbum domini ex Hierusalem, debitores eorum dixit apostolus ex gentibus christianos. debitores, inquit, eorum sunt, addidit quare; si enim spiritalibus eorum, inquit, communicauerunt gentes, debent et in carnalibus ministrare eis.

XXII. Nunc autem ueniunt plerumque ad hanc professionem seruitutis dei et ex condicione seruili, uel etiam liberti uel propter hoc a dominis liberati siue liberandi et ex uita rusticana et ex opificum exercitatione et plebeio labore, tanto

10 cf. Act. 2, 45; 4, 35 14 Es. 2, 3 17 Rom. 15, 27

1 habeant *O* si dispensatores *PDM*γ 2 non istam *A* arrogant *C* 3 uendicant *ANDM* 4 saltim γ aliquid *om. PDM*γ quod *PM*γ 6 pauperibus dispertiti sunt et indigentibus contulerunt *PD*γ pauperibus et indigentibus contulerunt *M* indigentibus] ingentibus *B* 8 quod est uerum *om. PDM*γ uerum est *N* uerbum *LO* edocati γ 10 hierosolima *BN* ierosolima *AM* ierosolyma *Lbd* 11 praetia *C* 12 distribuerentur pauperibus prout cuique necessarium erat *PDM*γ sicut] sicut cuique (cuique *in ras.*) *A* qui quia *M* 13 fidei et utiles *PDM*γ 14 longinco *O* longo inquo *D* ex] ab *PDM*γ de *A* 15 syon *N* 17 eorum inquit *bd* sunt] sunt gentes *PDM*γ et addidit *BMbd* 19 et—eis] et gentes carnalia ministrare eis *PDM*γ 20 ueniunt *om. D* 21 etiam] aliam *CO, in N uacuum spatium* 22 ab *M* dominis] hominibus *M* 23 opifica *N*

utique felicius quanto fortius educati: qui si non admittantur, graue delictum est; multi enim ex eo numero uere magni et imitandi extiterunt. nam propterea et infirma mundi elegit deus, ut confunderet fortia; et stulta mundi elegit, ut confunderet sapientes; et ignobilia mundi et ea quae non sunt, tamquam sint, ut ea quae sunt euacuentur, ut non glorietur omnis caro coram deo. haec itaque pia et sancta cogitatio facit, ut etiam tales admittantur, qui nullum adferant mutatae in melius uitae documentum. neque enim adparet utrum ex proposito seruitutis dei uenerint, an uitam inopem et laboriosam fugientes uacui pasci atque uestiri uoluerint et insuper honorari ab eis, a quibus contemni conterique consueuerant. tales ergo quoniam se, quo minus operentur, de infirmitate corporis excusare non possunt — praeteritae quippe uitae consuetudine conuincuntur — umbraculo malae disciplinae se contegunt, ut ex male intellecto euangelio praecepta apostolica peruertere meditentur: uere uolatilia caeli, sed per superbiam se in altum extollendo, et fenum agri, sed carnaliter sentiendo.

26. Contigit enim eis, quod in uiduis iunioribus indisciplinatis cauendum idem apostolus dicit: simul enim et otiosi esse discunt; non solum autem otiosi, sed etiam curiosi et uerbosi, loquentes quae non oporteat. hoc ille de

3 I Cor. 1, 27—29 21 I Tim. 5, 13

1 edocati γ amittantur γ 2 uere *om. PDM* 3 exstiterunt *PLOFM*γ*bd* et *om. A* 4 fortia—confunderet *om. F* et—sapientes *om. PDM*γ stulta] infirma *A* 5 ignobili C^1 6 tamquam sint] tamquam quae sint *P* tamquam ea quae sunt *DM* 7 euacuentur] destruat *PDM*γ euacuarentur *A* 8 amittantur γ 9 quae P^2 12 uoluerint et] uolentes et $P\gamma$ uolentes *DM* et honorari *PLOFABM*γ 13 consueti fuerant *PDM* quoniam *om. A* se] si *ABN* quo] co *B* 14 operantur *L* 17 uere *om. A* 18 in altum se *PDM*γ 19 faenum *CD*γ foenum *B* 20 contingit *PLOBD*γ 21 enim] etiam *D* dicit *N* autem *bd om. A* et *om. L* otiosae C^2*LOFBMNbd* 22 autem *om. PM*γ otiosae (otiose) C^2*LOFBMNbd* curiosae (e) C^2*LOFBMNbd* 23 uerbosae (e) C^2*LOFBMNbd* oportet *LAMb*

malis feminis dicebat, quod nos etiam in malis uiris dolemus et plangimus, qui aduersus eum ipsum, in cuius epistulis ista legimus, otiosi et uerbosi quae non oportet loquuntur. et qui sunt inter eos, qui eo proposito ad sanctam militiam uenerint, ut placeant cui se probarunt, cum ita uigeant uiribus corporis et integritate ualetudinis, ut non solum erudiri, sed etiam operari secundum apostolum possint, excepti istorum otiosis corruptisque sermonibus, quos iudicare per inperitum tirocinium non ualeant, in eandem labem pestifera contagione mutantur, non solum non imitantes oboedientiam sanctorum quiete operantium et aliorum monasteriorum in saluberrima disciplina secundum apostolicam normam uiuentium, sed etiam insultantes melioribus, tamquam conseruatricem euangelii praedicantes pigritiam, tamquam praeuaricatricem accusantes misericordiam. multo enim misericordius operatur erga animas infirmorum, qui famae bonae seruorum dei consulit, quam erga corpora egentium, qui panem esurientibus frangit. quapropter utinam isti, qui uacare uolunt manibus, omnino uacarent et linguis! neque enim tam multos ad imitationem inuitarent, si eis non tantum exempla pigra, sed etiam muta proponerent.

XXIII. 27. Nunc uero contra apostolum Christi recitant euangelium Christi. ita enim mirabilia sunt opera pigrorum, ut inpedire uelint euangelio, quod apostolus ideo praecepit

4 cf. II Tim. 2, 4

1 malos uiros *P*γ 2 quia γ 3 otiose (ae) et uerbose (ae) *C*²*BNLOF* locuntur *DN*γ qui] si qui *F*²*bd* 4 eos proposita *B* 5 probauerunt *PBM*γ*bd* probauerint *D* uiribus—ualetudinis *om.* γ 6 ualitudinis *OABDM* sed—operari *in mg. m. 2 C* sed etiam *om. N* 7 secundum apostolum operari *Nbd* possint] uelint *N* excepti» *B* exceptis *PLOFADM*γ*bd* 9 ualent *A* pestiferamque contagionem *PM*γ contagionē *D* utuntur *N* 11 operantium] laborantium *N* 13 euangelii—pracuaricatricem *om. A* 14 et tamquam *PDM*γ 15 operantur *O* 16 bonae famae *bd* 18 qui manibus uacare uolunt *M* omnino] omni modo *PDA*γ 22 uero] autem *PDM*γ recitantę *C* 24 impediri *bd* euangelium *AND*²

et fecit, ne inpediretur ipsum euangelium. et tamen, si eos ex ipsis euangelii uerbis secundum eorum intellectum uiuere cogamus, priores nobis suadere conabuntur, quam non ita sint intellegenda, ut intellegunt. certe enim propterea se dicunt operari non debere, quia nec uolucres caeli seminant neque metunt, de quibus nobis dominus similitudinem dedit, ne de talibus necessariis cogitemus. cur ergo non adtendunt quod sequitur? neque enim hoc tantummodo dictum est, quia non seminant neque metunt, sed adiectum est: neque congregant in apothecas. apothecae autem uel horrea uerbum ex uerbo repostoria dici possunt. cur ergo isti manus otiosas et plena repostoria uolunt habere? cur ea, quae sumunt ex laboribus aliorum, recondunt et seruant, unde cotidie proferatur? cur denique molunt et coquunt? hoc enim aues non faciunt. aut si reperiunt, quibus hoc opus quoque persuadeant, ut eis per singulos dies escas adferant praeparatas, saltem sibi aquam uel de fontibus adferunt uel de cisternis aut puteis hauriunt et reponunt: hoc uolatilia non faciunt. sed si hoc placet, studeant etiam boni fideles et regis aeterni deuotissimi prouinciales fortissimis eius militibus usque ad ista seruire, ut sibi nec aquam inplere cogantur, si iam etiam illos, qui tunc erant Hierosolymae, nouo gradu iustitiae su-

9 Matth. 6, 26

1 euangelium ipsum *A* 2 intellectum] intelligentiam *A* 3 cogamur *LOC*^{2} persuadere *A* quam] quamuis *DM* 4 intelligant *M* 6 met*unt *C* quibus modis *LO* 7 necesariis *B* quur γ 8 hoc *om. A* tantummodo hoc *Bbd* 9 adiectum] adiunctum *PDM*γ 10 apothecas] horreis *PDM* horrea autem uel apothecae (apotecae *P*) *PDM*γ 11 uerbum] uel uerbum *LO*^{2}*d* uerbo] uerbo greco *DM* repositoria *PDM*γ*bd* reportoria *B* 12 sumunt] estimant *N* 13 cottidie *MN* 14 coquuntur *LO* aues] uolucres *PDM*γ 15 repperiunt *B* coque *N* 17 saltim *M*γ adferunt] aduehunt *PA*γ adducunt *DM* 19 studeamus *PDM*γ bonis *O* 20 seruis eius militibus *M* eius seruis militibus *PD*γ 21 serui**re *C* implere *C* si iam] firmet *D* frs *M* 22 illos] istos *A* hierosolimę *BM*γ ierosolymae *LOAbd* gradu nouo *D*

pergressi sunt. nam illi fame inminente et per prophetas, qui tunc erant, ante praedicta boni fideles ex Graecia frumenta miserunt, ex quibus credo quod illi sibi panem fecerunt aut certe faciendum curauerunt: quod aues non faciunt. sed si iam isti, ut dicere coeperam, etiam illos aliquo gradu iustitiae transierunt et omnino in his, quae ad transigendam istam uitam pertinent, sicut uolucres agunt, ostendant nobis homines seruire uolucribus, sicut sibi seruiri uolunt, nisi captis et inclusis, quibus fides non habetur, ne uolantes non redeant: et tamen illae malunt frui libertate et ex agris quantum satis est capere quam ab hominibus adposita et adparata sumere.

28. Proinde rursus istos alio sublimiore gradu iustitiae superabunt, qui se ita instituerint, ut cotidie in agros tamquam in pastum pergant et quo tempore inuenerint carpant ac sopita fame reuertantur. sed plane propter agrorum custodes quam bonum esset, si etiam pinnas largiri dominus dignaretur, ut serui dei in agris alienis inuenti non tamquam fures conprehenderentur, sed tamquam sturni fugarentur. nunc uero ille, quantum poterit, imitabitur auem, quem capere uenator non potuerit. sed ecce concedant omnes serui dei. ut cum uolunt in eorum agros exeant atque inde securi refectique discedant: sicut populo Israhel per legem praeceptum est, ut in agris suis furem nullus teneret, nisi qui secum aliquid uellet auferre; nam qui nihil aliud adtigisset quam

1 cf. Act. 11, 28 sqq. 23 cf. Deut. 23, 24. 25

1 illis *ABNbd* 2 ex] e *DM* in γ 3 panem sibi *FDMNbd* 5 aliquos γ 6 uitam istam *DFbd* 8 seruiri *O* seruiri sibi *M* 10 ille *BA* illi *DN* 11 carpere *PDM* 13 alio *om. PDM* sublimiori LO^2 14 instituerunt *PDMA*γ cottidie *N* 15 impastum *P* et—carpant *om. D* quod pro tempore *PAM*γ 17 bonus P_γ pennas *LOFDABMNC*^{2}*bd* dominus largiri *A* dominus *om. PDM*γ 19 comprehender *L* furni *B* fugerentur *B* 20 quam *DN* uenator capere *M* 21 uenitor P^1 uenator (e *ex* i) *C* poterit *PLO FAbd* seruis *LFBbd* 24 ut—teneret *om.* γ 25 efferre *M* quam id] nisi *PDM*γ

id quod comedisset, liberum inpunitumque abire sinerent. unde etiam spicas uellentibus discipulis domini de sabbato potius quam de furto iudaei calumniati sunt. sed quid erit agendum de his temporibus anni, quibus esca, quae statim sumi possit, in agris non inuenitur? quisquis aliquid domum quod sibi coquendo praeparet auferre temptauerit, secundum istorum intellectum audiet ex euangelio: pone; hoc enim aues non faciunt.

29. Verum et hoc concedamus, toto uertente anno posse in agris reperiri uel ex arbore uel ex herbis uel ex quibusque radicibus, quod in escam sumi possit incoctum aut certe tanta excitatio corporis adhibeatur, ut ea, quae coquenda sunt, etiam cruda adsumpta non noceant possitque etiam hiemalibus quibuslibet asperitatibus ad pabula procedi, atque ita fiat, ut nihil praeparandum auferatur, nihil in crastinum reponatur: non poterunt ista seruare, qui se per multos dies a conspectu hominum separatos et nulli ad se praebentes accessum includunt se ipsos uiuentes in magna intentione orationum. hi enim facillima quidem atque uilissima, secum tamen includere alimenta consuerunt, quae in illos dies, quibus a nullo uideri statuerunt, sufficiant: quod aues non faciunt. et horum quidem exercitationem in tam mirabili continentia, quandoquidem habent otium, quo haec agant seque imitandos non superba elatione, sed misericordi sanctitate

2 cf. Matth. 12, 1. 2

1 et inpunitum *B* sineret abire *N* sineretur *P*$_{\gamma}$ sineret *DM* permitterent *A* 3 de *om. PDM*$_{\gamma}$ ****quid (quid *er.*) *C* 4 escâ *A* 5 non inuenitur in agris *PDM*$_{\gamma}$ 6 quod *om. A* coquendum *PDM*$_{\gamma}$ afferre *M* 7 pone] pene *A* enim hoc *A* aues *om. A* 10 repperiri *CD* quibusque] quibus *PD*$_{\gamma}$ quibuslibet *M* quibuscumque *A* 11 radicibus *om. PDM*$_{\gamma}$ 12 exercitatio *BAbd* 13 assupta *N* 14 procedere *M* 15 fiet *DM* 18 orationum intentione *N* 19 quedam *D* 20 alimenta includere *PFbd* consueuerunt *MN* 21 sufficiunt *DM* 22 et] ut *CLOFABN* exhercitationem *L* 23 quod *CLODAN*$_{\gamma}$ seque *om. CLOABN*

proponant, non solum non reprehendo, sed, quantum dignum est, laudare non possum. quid tamen de his dicimus secundum istorum intellectum ex euangelicis uerbis? an forte quo sunt sanctiores, eo sunt uolucribus dissimiliores, quia nisi reponant sibi escas in plurimos dies, includere se ita, ut faciunt, non ualebunt? et utique nobiscum audiunt: nolite ergo cogitare in crastinum.

30. Quapropter, ut breuiter conplectar, isti, qui ex euangelio peruerso intellectu tam manifesta apostolica praecepta peruertere moliuntur, aut non cogitent in crastinum, sicut uolatilia caeli, aut obtemperent apostolo, sicut filii dilecti; immo utrumque faciant, quia utrumque concordat. neque enim contraria domino suo moneret Paulus seruus Christi Iesu. hoc enim istis aperte dicimus: si uolatilia caeli sic intellegitis in euangelio, ut nolitis operando manibus uestris uictum tegumentumque procurare, nihil etiam reponatis in crastinum, sicut nihil reponunt uolatilia caeli. si autem aliquid reponere in crastinum potest non esse contra euangelium, ubi dictum est: respicite uolatilia caeli, quia neque seminant neque metunt neque congregant in apothecas, potest etiam non esse contra euangelium nec contra similitudinem uolatilium caeli uitam istam carnis corporalis operationis labore transigere.

XXIIII. 31. Si enim urgeantur ex euangelio, ut nihil reponant in crastinum, rectissime respondent: cur ergo ipse

6 Matth. 6, 34 13 cf. Rom. 1, 1 19 Matth. 6, 26 25 cf. Ioh. 12, 6

1 proponantur *B* praeponant *N* non *alt. om. M* reprehendendo B_1 reprehen•••do *D* reprehendẹndo *M* reprehendens *A* sed *om. A* 3 istorum] historiam *P* historiā ē γ historię *D* historum L^1O historicum L^2 4 eo] tanto *PDM*γ 7 ergo *om. N* in] de *D* 8 euangelii *PBbd* uangelio *A* 10 cogitant *B* 12 faciunt *A* concordant *A* 13 moneret] et non moneret P_1 17 reponant *D* 18 in crastinum reponere N_1 reponere uultis *M* et potest *M* 19 neque (que *s. l. m. 2*) *C* 20 apothecas] horreis *PDM*γ 22 caeli *om. PM*γ uita ista PD_1 24 urgueantur *A* 25 rectissime] certissime *DM*γ respondeant *A*

dominus loculos habuit, ubi pecuniam collectam reponeret? cur tanto ante fame inminente frumenta sanctis patribus missa sunt? cur apostoli sic indigentiae sanctorum necessaria procurarunt, ne deesset in posterum, ut beatissimus Paulus ad Corinthios in epistula scriberet: de collectis autem in sanctos, sicut ordinaui ecclesiis Galatiae, ita et uos facite. secundum unam sabbati unusquisque uestrum apud se ponat thesaurizans quod ei placuerit, ut non, cum uenero, tunc collectae fiant. cum autem aduenero, quoscumque probaueritis, per epistulas hos mittam perferre gratiam uestram in Hierusalem. quodsi dignum fuerit, ut et ego eam, mecum ibunt. haec et alia multa copiosissime et uerissime proferunt. quibus respondemus: uidetis ergo, quamuis dominus dixerit: nolite cogitare in crastinum, non uos tamen his uerbis cogi, ut nihil in crastinum reseruetis. cur ergo isdem uerbis uos cogi dicitis, ut uacetis? cur exemplo uolatilia caeli non uobis sunt ad nihil reseruandum et uultis, ut sint exemplo ad nihil operandum?

XXV. 32. Dicet aliquis: quid ergo prodest seruo dei, quod prioribus actibus quos in saeculo habebat relictis ad hanc spiritalem uitam militiamque conuertitur, si adhuc eum oportet tamquam opifices exercere negotia? quasi uero facile possit uerbis explicari, quantum prosit, quod dominus diuiti

2 cf. Act. 11, 28 sqq. 5 I Cor. 16, 1—4 14 Matth. 6, 34

1 ubi ipse γ collectam pecuniam *A* 2 pratribus (pra *in ras.*) *C* fratribus *PM* 3 sic *om. PDM*γ 4 deessent *A* 5 corintios *C* chorinthios *N* de collatione in sanctis *PDM*γ 8 reponat *PDM*γ quae ei γ quae illi *PDM* 9 collecta fiat *PD*γ 10 probaberitis C^1 per epistulas *om. D* 11 iherusalem *M* ierusalem *LODFAN*γ*bd* 12 et *pr. om. A*γ 13 et uerissime *om.* γ 15 his] istis *bd* 16 hisdem *CLOF BMN*γ iisdem *bd* uos *om. DM*γ 17 cur uolatilia caeli non uobis sunt exemplo *PDFMN*γ*bd* 18 nil *M*γ seruandum *COFA* 20 prode est *P* 22 spiritualem (*semper fere* ua) *A* conuertetur *N* adhuc oportet eum *N* eum adhuc *Fbd* 23 opificis *LOFDd* 24 explicari uerbis *A* explicare *P*γ

consilium capiendae uitae aeternae requirenti ait, ut faceret, si uellet esse perfectus, ut uenditis, quae habebat, et indigentiae pauperum distributis eum sequeretur. aut quisquam tam expedito cursu secutus est dominum quam ille, qui ait: non in uacuum cucurri nec in uacuum laboraui? qui tamen opera ista et praecepit et fecit. haec nobis tanta auctoritas doctis et informatis sufficere debuit [ad exemplum] et relinquendi pristinas facultates et manibus operandi. sed et nos ab ipso domino adiuti possumus fortasse utcumque cognoscere etiam sic operantibus seruis dei priora tamen negotia reliquisse quid prosit. si enim ad hanc uitam ex diuite quisque conuertitur et nulla infirmitate corporis inpeditur, itane desipimus a sapore Christi, ut non intellegamus quantus prioris superbiae tumor sanetur, cum circumcisis superfluis, quibus ante animus exitiabiliter inflabatur, ad modica quae restant huic uitae naturaliter necessaria etiam opificis humilitas minime recusetur? si autem ad hanc uitam ex paupertate conuertitur, non putet id se agere quod agebat, si ab amore uel augendae quantulaecumque rei priuatae iam non quaerens quae sua sunt, sed quae Iesu Christi ad communis uitae se transtulit caritatem in eorum societate uicturus, quibus est anima una et cor unum in deo, ita ut nemo dicat aliquid proprium, sed sint illis omnia

1 cf. Matth. 19, 21 4 Phil. 2, 16 19 cf. Phil. 2, 21 22 cf. Act. 4, 32

1 aeterni *B* 2 ut *om. N* 3 quisquam tam] quisquam *CLO* quis tam *PFDAM*γ 4 expedite *A* 5 curri *in ras. L* tam C^1N 6 fecit et praecepit *A* hoc *Dbd* nec *FA* auctoritas] auctoritate (te *corr. m. 2 ex* it *aut* ti) *C*, *PLOFDAM*γ*bd* auctoritas te (s *in ras.*: *B* 7 doctis et informatis *om.* C^1N ad exemplum *om. codd.* et relinquendi] derelinquendi *PLOFDAM*C^2*bd* 10 dei seruis *N* 11 quisquam *B*γ*bd* quique *D* 12 corporis infirmitate *N* prepeditur corporis *A* 13 superbiae prioris *Fbd* timor N^1 sanatur *PDMA*γ 15 inflauatur (ua *in* ba *corr.*) *C* inflammabatur *AMbd* 16 opificum *DM* opicum γ recusatur *PDMA*γ 17 id se] ipse *L* se id *bd* 18 quantulumcumque *PDM*γ 19 repriuatae *L* 20 conmunis γ 21 societatē *L* uiuiturus *P* uiuitur us γ uicturi-- *L* quibus] quo ibi *D* deum *LOFD* 22 sunt *N*

communia. si enim huius terrenae rei publicae antiqui principes praeclarissimo litteratorum suorum eloquio praedicari solent, quod rem communem uniuersi populi suae ciuitatis priuatis suis rebus sic anteponebant, ut quidam eorum Africa edomita triumphator quid nubenti filiae daret non habuerit, nisi ex senatus consulto de publico dotaretur: quo animo esse debet in republica sua ciuis aeternae illius ciuitatis Hierusalem caelestis, nisi ut illud ipsum, quod propriis manibus elaborat, in commune cum fratre et, si quid ei defuerit, de communi suppleat, dicens cum illo, cuius praeceptum exemplumque secutus est: quasi nihil habentes et omnia possidentes?

33. Quamobrem etiam illi, qui relicta uel distributa siue ampla siue qualicumque opulentia inter pauperes Christi pia et salubri humilitate numerari uoluerunt, si corpore ita ualent et ab ecclesiasticis occupationibus uacant — quamquam eis tam magnum animi sui documentum adferentibus et eiusdem societatis indigentiae de his rebus, quas habebant, uel plurimum uel non parum conferentibus uicem sustentandae uitae eorum res ipsa communis et fraterna caritas debeat —, tamen, si et ipsi manibus operentur, ut pigris ex uita humiliore et ob hoc exercitatiore uenientibus auferant excusationem, multo misericordius agunt, quam cum omnia sua indigentibus diuiserunt. quod quidem si nolint, quis audeat cogere? quibus

2 cf. Val. Max. 4, 4, 10; Seneca ad Alb. 12 11 II Cor. 6, 10 24 cf. Bened. regula E. Woelfflin c. 48, p. 50, 43

2 praeclarissima *N* literatorum *D* prędicare *M* 4 affricę *LODFM* africae γ africe *BN* 5 domi *DM* domita *LF*^{1} domitae *F*^{2}γ edomitae *B* domitæ *O* domite *N* quod *AN* 6 senatus consultv *LO*, (v *s.* o) *C* 7 debet esse *bd* rempublicam suam *PDAM*γ 8 illū. *L* illū *A* 9 in] sit in *D* commune habeat *bd* cum fratre] cum ferat. (e *s. l. m. 2*) *F* 10 praecepto *D* 13 etiam *om. CLOFABN* 14 opulenti facultate *bd* 15 numerare *B om.* γ 16 ita uacant γ 18 indigentia *L* 21 si et] etsi *DM* et *LO* aliquid manibus *PDMA*γ 22 ob] ab *LO*^{2}*B* hoc *om. CLOB* 23 agant *A* cum omnia] cōmunia γ sua omnia *A* 24 nolunt *A*

tamen inuenienda sunt opera in monasterio etiamsi a corporali functione liberiora, sed uigilanti administratione curanda, ut nec ipsi panem suum, quoniam communis iam factus est, gratis manducent. nec adtendendum est, in quibus monasteriis uel in quo loco indigentibus fratribus quisque id quod habebat inpenderit. omnium enim christianorum una respublica est. et ideo quisquis christianis necessaria ubilibet erogauerit, ubicumque etiam ipse quod sibi necessarium est accipit, de Christi accipit, quia ubicumque et ipse talibus dedit, quis nisi Christus accepit? illi autem, qui etiam praeter istam sanctam societatem uitam labore corporis transigebant, ex quorum numero plures ad monasteria ueniunt, quia et in ipso humano genere plures sunt, si nolunt operari, nec manducent. neque enim propterea christiana militia ad pietatem diuites humiliantur, ut pauperes ad superbiam extollantur. nullo modo enim decet, ut in ea uita, ubi senatores fiunt laboriosi, ibi fiant opifices otiosi, et quo ueniunt relictis deliciis suis qui fuerant praediorum domini, ibi sint rustici delicati.

XXVI. 34. At enim dominus ait: nolite solliciti esse animae quid manducetis neque corpori quid uestiamini. recte, quoniam supra dixerat: non potestis deo seruire et mamonae. qui enim propter hoc euangelium praedicat, ut habeat unde manducet et unde uestiatur, simul se putat et deo seruire, quia euangelium praedicat, et ma-

13 cf. II Thess. 3, 10 20 Matth. 6, 25 22 Matth. 6, 24

2 fructione L^1 fructificatione L^2 uigilantiã ministratione γ amministratione *PD* 3 iam] tam *D* 4 adtendum *B* 6 enim *om. N* 7 quisque *PDM* 8 accipit *om. N* 9 christo DL^2N christi dono *B* christi bonis *b* accepit $C^2P^2L^1O$ cum talibus *D* 10 etiam *om. PDM*γ 12 in *om. N* 13 si] qui si *PDM*γ non *DM*γ 14 in christiana militia *PA* in militia christiana *bd* 16 fiunt senatores *bd* 17 opifices fiant *PDM*γ 18 deliciis] sdelictis γ fuerunt *ABMN* sunt *B* 20 at] ait *M* ait *er. in L, om. M* 21 animae uestrę *M* neque] uel *M* uestiamini] induamini *D* 23 mamonae *CP* mammone *D* mammonae *cet.* 25 putet *D* et deo] ideo γ quia—praedicat *om. A* praedicat euangelium *N* mamonae *C*γ mãmonẽ *M* mammonae *cet.*

monae, quia propter ista necessaria praedicat: quod dominus dicit fieri non posse. ac per hoc ille, qui propter ista euangelium praedicat, non deo, sed mamonae seruire conuincitur, etsi deus illo ad aliorum prouectum, quomodo ipse nescit, utatur. nam huic sententiae subiungit dicens: ideo dico uobis: nolite solliciti esse animae quid manducetis neque corpori quid uestiamini, non ut ista non procurent, quantum necessitatis est unde honeste potuerint, sed ut non ista intueantur et propter ista faciant quidquid in euangelii praedicatione facere iubentur. eam quippe intentionem quare quid fiat, oculum uocat: unde paulo superius loquebatur, ut ad hoc descenderet, et dicebat: lucerna corporis tui est oculus tuus. si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; si uero oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, id est: talia erunt facta tua, qualis fuerit intentio tua, cur ea facias. et ad hoc enim ut ueniret, supra de elemosynis praeceperat dicens: nolite condere uobis thesauros in terris, ubi aerugo et tinea exterminat et ubi fures effodiunt et furantur; recondite uero uobis thesauros in caelo, ubi neque tinea neque robigo exterminat, ubi fures non perfodiunt et furantur. ubi enim erit thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum. deinde subiunxit: lucerna

5 Matth. 6, 25 12 Matth. 6, 22. 23 18 Matth. 6, 19—21 23 Matth. 6, 22

3 sed mamonae *s. l. m. 2 C* conuincitur mammonae seruire *A* 4 illo] alio *D* 7 procurarent *PDM* 8 necessitati sat est $P\gamma$ necessitatis adest *DAM* necessitatis satis est *bd* poterint γ poterit *DM* non ut *B* 9 euangelio *B* 10 praedicatione] praeconio *PDMA*γb 11 quidquid *PDM*γ ut] et ut *M* 12 et *om. PDM*γ oculus est *D* 13 fuerit simplex *A* 14 tuus *om. PMD* 17 adhuc γ elemosinis *ABNLDM*γ 18 in terris thesauros *A* 19 erugo *CLOABDM*γ exterminant *BMN* 20 sed recondite *D* uobis uero γ 21 nec tinea *M* rubigo *LOABDFMN*γbd exterminant *ND* ubi] et ubi *BNbd* fures *om. A* 22 effodiunt *DMP* et] nec *N*γ enim *om. M* erit] est *N*

corporis tui est oculus tuus, ut illi scilicet, qui elemosynas faciunt, non ea faciant intentione, ut uel hominibus uelint placere uel in terra sibi quaerant rependi quod faciunt. unde et apostolus cum Timotheo diuites monendos praeciperet, facile, inquit, tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut adprehendant ueram uitam. cum ergo in futuram uitam direxerit oculum dominus elemosynas facientium et in caelestem mercedem, ut possint et ipsa facta esse lucida, cum simplex oculos fuerit — in illam quippe nouissimam retributionem ualet, quod et alibi ait: qui uos excipit, me excipit; et qui me excipit, excipit eum qui me misit. qui excipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet; et qui excipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. et qui potum dederit uni ex istis minimis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non peribit merces eius — ne forte correpto oculo eorum qui necessaria inpendunt indigentibus et prophetis et iustis et discipulis domini ipsorum oculus deprauaretur in quos ista fierent, ut propter ista accipienda uellent Christo militare, nemo, inquit, potest duobus dominis seruire. et paulo post, non potestis, inquit, deo

5 I Tim. 6, 18. 19 11 Matth. 10, 40—42 21 Matth. 6, 24. 25

1 tui *om. CLON* scilicet qui] quilicet *PDM*γ elemosinas *ABDN*γ 2 faciant *PDM*γ ea tamen *M* faciunt *PM*γ 3 placere uelint *PDM*γ rependi uicem pro his quae faciunt *PDM*γ 4 cum diuites huius saeculi timotheo monendos scriberet *PDM*γ 5 indigentibus communicent *PDM*γ 7 ueram *om. M* aeternã (*s. l.* ł uerã) uitam *B* uitam aeternam *M* ergo] et *DM* dixerit *DL* duxerit *M* dominus oculum *B* 8 elemosinas *ABDN*γ elymosinas *M* eleemosynas *semper bd* cẹlestiũ *M* 9 fuerit oculus simplex *M* 10 retrubuitionem nouissimam *A* et *om. ABFbd* 11 suscipit *sexies in sqq. PDM*γ 15 minimis istis *PDMN*γ 16 discipuli] meo *PDM*γ 17 perdet mercedem suam *A* 18 correcto *PDM*γ indigentibus impendunt *N* indigentibus *om. M* 20 in quos ista] in quo si ista *PD*γ in quo sic ista *M* fierent] fuerant *A* ut] ñ *D* accipienda *om. M* 21 duobus dominis potest *M* 22 seruire deo *D*

seruire et mamonae, statimque contexuit: ideo dico uobis, nolite solliciti esse animae quid manducetis neque corpori quid uestiamini.

35. Et quod sequitur de uolatilibus caeli et de liliis agri, ad hoc dicit, ne quisquam deum putet seruorum suorum necessaria non curare, cum eius sapientissima prouidentia usque ad ista creanda et gubernanda perueniat. neque enim non ipse pascit et uestit etiam eos, qui manibus operantur. sed ne christianam militiam ad hoc detorqueant, ut ista conquirant, hoc seruos suos dominus praemonet, ut in eo ministerio, quod sacramento eius debetur, non ista, sed regnum eius et iustitiam cogitemus: et haec omnia adponentur nobis siue per manus operantibus siue infirmitate corporis inpeditis siue ipsius militiae tali occupatione destrictis, ut nihil aliud agere ualeamus.

XXVII. Neque enim quia dixit deus: inuoca me in die tribulationis, et eximam te, et glorificabis me, propterea non debuit fugere apostolus et per murum in sportam submitti, ut manus persequentis euaderet, sed expectare potius, ut conprehenderetur et eum sicut tres pueros de mediis ignibus liberaret. aut propter hoc nec dominus dicere debuit: si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam, quia ipse dixit: si quid petieritis in nomine meo, dabitur uobis. sicut ergo quisquis fugientibus persecutionem

16 Ps. 49, 15 18 cf. Act. 9, 25 20 cf. Dan. 3, 50 22 Matth. 10, 23 23 Ioh. 16, 23

1 mammonae *praet. C* connexuit *A* 5 putet deum $P\gamma$ putet dominum *DM* 6 procurare *M* 7 proueniat $PDM\gamma$ 8 eos] cibus β 9 christiana militia $DM\gamma$ detorqueat $PD\gamma M$ ista conquirant] acta eo usque sinant *A* 10 dominus suos *N* eo] isto *M* 11 quo *D* 12 eius *om. M* iustitiam eius $PDM\gamma$ et *om.* β opponentur β 13 uobis *DM* per *om. PDMB*γ manibus *PDMB*γ 14 militiæ tali⁎ *O* militiae et alia (a *fin. s. l.*) *L* districtis *PABNF*^{2}*bd* 17 glorificabis] honorificabis *A* 18 sporta *ABDFMNbd* 19 expectaret *LODABN*γ 20 ut] et β eos C^1 medio ignis *M* 22 unam ciuitatem *CLO* 23 petierit β petieritis patrem *Fbd* 24 dabit *Fbd* sicut questionem *F* persecutionem fugientibus *bd*

discipulis Christi obiceret huius modi quaestionem, cur non stetissent potius et inuocato deo per eius mirabilia sic eruerentur ut Danihel a leonibus, ut Petrus ex uinculis, responderent non se oportuisse temptare deum, sed tunc eum talia si uellet esse facturum, cum ipsi quid facerent non haberent; cum uero eis fugam in potestatem dedisset, etiamsi per illam liberantur, non nisi ab ipso liberari: sic etiam dei seruis uacantibus et ualentibns exemplo et praecepto apostolico manibus suis uictum transigere, si quis euangelio mouerit quaestionem de uolatilibus caeli, quae non seminant neque metunt neque congregant in apothecas, et de liliis agri, quia non laborant neque nent, facile respondebunt: si et nos per aliquam uel infirmitatem uel occupationem non possimus operari, sic nos ille pascet et uestiet, quemadmodum aues et lilia, quae nihil operantur huius modi, cum autem possumus, non debemus temptare deum nostrum, quia et hoc, quod possumus, eius munere possumus et, cum hinc uiuimus, illo largiente uiuimus, qui largitus est, ut possimus. et ideo de istis necessariis solliciti non sumus, quia, cum haec possumus agere, ille nos pascit et uestit, a quo pascuntur bomines atque uestiuntur; cum uero haec non possumus agere, idem ipse nos pascit et uestit, a quo aues pascuntur et lilia uesti-

3 cf. Dan. 6, 23 cf. Act. 12, 7

1 obiecerit *M* 2 stetissē *B* stetisset *PFb* per] pro *M* mirabili uirtute *PM* mirabilem uirtutem *D*γ 3 ex] a *N* responderet β 4 temptare] imitari *D* dominum *DM*γ 5 facere *P*γ 6 ei *P* fugam] pugnam β in pot. fugam *M* 7 liberarentur *bd* liberantur *A* 8 uocantibus γ uastantibus *N* 9 uictum] uitam *PDM*γ 11 in horreis *PDM*γ apothecis *A* apot•ecas *L* 12 nec *A* neunt *P*γ ue•nt *C om. A* 13 uel *pr. om. M* possumus *ABDN* possemus *LO*^{2} 14 ille nos *bd* nos pascit ille *D* pascit *PDM*γ et *om. CLOFN*^{2} uestit *P*^{2}*DM* 15 qui *N* huiusce *bd* 16 attẽptare *M* deum] dominum deum *PDM* dominum *AB*γ nostrum *om.* β non quia β 17 hic *AB* 18 quia *PD* largitur *M* 19 non *om.* γ simus *D* haec agere non (*s. l.*) possumus *M* 20 ille] idem ipse *N* a quo—uestit *om. M* homines] omnes *PD*γβ 21 atque] et *DFN*^{2}*bd*

untur, quoniam nos pluris sumus illis. quapropter in ista militia nostra nec in crastinum cogitamus, quia non propter ista temporalia, quo pertinet crastinus, sed propter illa sempiterna, ubi semper hodiernus est, nos illi probauimus, ut ei nullis negotiis saecularibus inplicati placeamus.

XXVIII. 36. Quae cum ita sint, sine me paululum, sancte frater — dat enim mihi dominus per te magnam fiduciam — eos ipsos adloqui filios et fratres nostros, quos noui quanta nobiscum dilectione parturias, donec in eis apostolica disciplina formetur. o serui dei, milites Christi, itane dissimulatis callidissimi hostis insidias, qui bonam famam uestram, tam bonum Christi odorem, ne dicant animae bonae: post odorem ungentorum tuorum curremus, et sic laqueos eius euadant, omni modo cupientes obscurare putoribus suis, tam multos hypocritas sub habitu monachorum usquequaque dispersit, circumeuntes prouincias, nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes. alii membra martyrum, si tamen martyrum, uenditant; alii fimbrias et phylacteria sua magnificant; alii parentes uel consanguineos suos in illa uel in illa regione se audisse uiuere et ad eos pergere mentiuntur. et omnes petunt, omnes exigunt aut sumptus lucrosae egestatis aut simulatae pretium sanctitatis, cum interea in malis factis suis ubicumque deprehensi fuerint uel quoquo modo innotuerint, sub generali nomine monachorum uestrum

9 Gal. 4, 19 12 Cant. 1, 4

1 plures *M* illis sumus *PDMγ* 2 nostra *om. A* 5 implicati *C* 7 te *om.* β 9 quanta] quia *DM* qua γ 13 unguentorum *PO¹FAB MNγbd* currimus *M* 14 cupiens *PDF²MNγ* cupiente *L* pudoribus β fetoribus *PDMγ* 15 ypocritas *DMγ*β hipochritas *BA* abitu β 16 circueuntes *MN* nūquam fixos γ 17 martirum *AB* 18 membra martyrum *D* uendicant *A* filacteria *PCANM*βγ philacteria *LODB* 19 uel] alii *D* et *A* 20 in *alt. om. DAP* se] seu β *om. M* 22 aegestatis *C* aegestatis γ inter eā *LO* 23 in **** malis factis ubicumque *** deprehensi fuerint (malis *et* fac *m. 2 add.*) *C* ubicumque in factis suis malis dep. fuerint *PBDMγ* malis in (*om. L*) factis suis ub. dep. f. *LAN* quomodo *PLODF¹γβ¹*

propositum blasphematur, tam bonum, tam sanctum, quod in Christi nomine cupimus, sicut per alias terras, sic per totam Africam pullulare. nonne ergo inflammamini zelo dei? nonne calescit cor uestrum intra uos, et in meditatione uestra exardescit ignis, ut istorum mala opera bonis operibus persequamini, ut eis anputetis occasionem turpium nundinarum, quibus existimatio uestra laeditur et infirmis offendiculum ponitur? miseremini ergo et conpatimini et ostendite hominibus non uos in otio facilem uictum, sed per angustam et artam uitam huius propositi regnum dei quaerere. eadem uobis causa est, quae apostolo fuit, ut amputetis occasionem his, qui quaerunt occasionem, ut qui illorum putoribus praefocantur. in odore uestro bono reficiantur.

XXVIIII. 37. Non alligamus onera grauia et uestris umeris inponimus, quae nos digito adtingere nolumus. quaerite et cognoscite labores occupationum nostrarum et in aliquibus nostrorum etiam corporum infirmitates et ecclesiarum, quibus seruimus, talem iam consuetudinem, ut nos ad illa opera, ad quae uos hortamur, uacare non sinant. quamquam enim dicere possumus: quis militat suis stipendiis umquam? quis plantat uineam et de fructu eius non edet? quis pascit gregem et de lacte gregis non percipit? tamen

4 cf. Ps. 38, 4 11 cf. II Cor. 11, 12 14 cf. Matth. 23, 4 20 I Cor. 9, 7

2 sic *pr. M* 3 affricam *DM* pululare γ non *O* inflammatur *M* in flamma *D* inflamamini *N* 4 calescit] tabescit *PDM*γ concalescit *bd* in *om. M* imeditatione *A* 5 exardescet *PC*^{2} persequimini *A*γ 6 amputetis *C*^{2} amputatis *A* 9 facile *COAN*βγ et *om.* β 10 aridam *P*γ uiam *LFBDMNbd* prepositi *L* eadem] ad eam β 11 et apostolo *M* iis *Fbd* 12 in illorum *A* pudoribus β 13 uestro bono odore *PDM*γ 14 et *om. D* humeris *PLOFABDMN*γ*bd* 15 inponimus *om. PD*γ in quae *PDM*γ nos] ñ *DPM*γ attingere *C* nolumus] non ualemus *PDM*γ 16 agnoscite *FDbd* occupationum nostrarum labores *N* uestrarum *L* 17 nostrorum] nrm *PD*γ *om. M* etiam corporum nostrorum *N* corporis *PDM*γ 18 atque β 19 nos *N* uocare *D* 20 possemus *PDM*γ possimus *F*^{2}*Nbd* 21 plantauit *N* fructibus *PDM*γ edit *ABFbd* 22 gregis] ipsius *PM*γ eius *D*

dominum Iesum, in cuius nomine securus haec dico, testem inuoco super animam meam, quoniam, quantum ad meum adtinet commodum, multo mallem per singulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monasteriis constitutum est, aliquid manibus operari et ceteras horas habere ad legendum et orandum aut aliquid de diuinis litteris agendum liberas, quam tumultuosissimas perplexitates causarum alienarum pati de negotiis saecularibus uel iudicando dirimendis uel interueniendo praecidendis: quibus nos molestiis idem adfixit apostolus non utique suo, sed eius qui per eum loquebatur arbitrio, quas tamen ipsum perpessum fuisse non legimus. aliter enim se habebant apostolatus eius discursus. nec dixit: saecularia igitur iudicia si habueritis, ad nos deferte aut nos constituite ad iudicandum, sed eos, qui contemptibiles sunt in ecclesia, hos, inquit, collocate? ad reuerentiam uobis dico. sic non est inter uos quisquam sapiens, qui possit inter fratrem suum iudicare? sed frater cum fratre iudicatur, et hoc apud infideles? sapientes ergo qui in locis consistebant fideles et sanctos, non qui hac atque hac propter euangelium discurrebant, talium negotiorum examinatores esse uoluit. unde numquam de illo scriptum est, quod aliquando talibus uacuit, a quibus

5 cf. Ben. Regula ed. Woelfflin p. 48, 4 c. 48 13 I Cor. 6, 4—6

1 securius γ hoc *LO* 2 quia *PDM* quantum ad meum (um *s. l. C*, eum *A*) *CA* quantum attinet ad meum *bd* 3 commodum *om. C*¹*N* 4 in *om.* β 5 habere *om.* β ad legendum habere *M* 6 et] aut *M*γ 7 liberius *D* liber** (as *er.*) *L* aliarum perplexitates *N* perplesitates β alienigenarum *A om. N* 8 uel *om. L* 9 interueniendo] intuendo *A* praecipiendis *N*β molestiis nos *D* afflixit *D* 10 per eum] in eo *DM* in eum *P*γ 12 habent γ habebat *F*²β*bd* 13 ferte *D* 14 aut] ut *A* 15 hos, inquit, collocate] hos (eos *D om. M*) ad iudicandum constituite *PDM*γ reuerentiam] uerecundiam γ 16 sapiens quisquam *PDM* 17 sapiens *om.* γ 18 iudicatur] iudicio contendit *PDM*γ 19 locis suis *D* 20 huc atque illuc *PDM*γ 22 quia *PM*γ uacauit *PLBDAMO*²γ² uacauerit *FNbd*

nos excusare non possumus, etiamsi contemptibiles simus, quia et hos conlocari uoluit, si sapientes defuissent, potius quam ut negotia christianorum deferrentur in forum. quem tamen laborem non sine consolatione domini suscipimus pro spe uitae aeternae, ut fructum feramus cum tolerantia. serui enim sumus eius ecclesiae et maxime infirmioribus membris, qualialibet in eodem corpore membra simus. omitto alias innumerabiles ecclesiasticas curas, quas fortasse nemo credit, nisi qui expertus est. non ergo alligamus onera grauia et umeris uestris inponimus, quae nos digito non tangimus, quandoquidem si officii nostri salua ratione possemus — uidet ille, qui probat corda nostra —, mallemus haec agere, quae ut agatis hortamur, quam ea quae nos agere cogimur. sane omnibus et uobis et nobis pro nostro gradu et officio laborantibus et arta uia est in labore et aerumna et tamen in spe gaudentibus iugum eius lene est et sarcina leuis, qui nos uocauit ad requiem, qui prior transitum fecit a conualle plorationis, ubi nec ipse sine pressuris fuit. si fratres, si filii nostri estis, si conserui uel potius in Christo serui uestri sumus, audite quae monemus, agnoscite quae praecipimus, sumite quae dispensamus. si autem pharisaei sumus alligantes onera grauia et inponentes humeris uestris, quae dicimus facite, etiamsi quae facimus inprobatis. nobis autem minimum est, ut a uobis diiudicemur aut ab humano die. quam germana caritate sit nobis cura de uobis, ille inspiciat,

16 cf. Matth. 11, 30 22 cf. Matth. 23, 3 23 cf. I Cor. 4, 3

1 sumus *PDMN*γ 2 et *om. N* 3 deferentur *D*β foro *PDM*γ futurum β 4 suscepimus *PDM*γ 7 qualibet *M* sumus *PDM*γ 10 humeris *PLOABDFMN*γ*bd* attingimus *PDM* 11 uestri *D* possimus *N* 13 agitis *LB* quam—cogimur *om.* γ nos *om. N* cogim' *D* 14 nobis—uobis *FMbd* 15 est] eius *N* aerumpna *B* erumna *DM* 16 lene] leue *AN* sarcina eius γ 17 quo prior *PMA* 18 *finale* si *om. L* 20 cognoscite γ audite β praecepimus *B*γ 23 minime (e *s. l. 2*) *C, F*^{1} pro minimo *N* 24 diudicemur *N* iudicemur β humano die] huiusmodi *PDM*γ 25 nobis cura sit *PDM*γ nobis *L* qui dedit inspiciat *A*

qui dedit quod inspiciendum eius oculis offeramus. postremo quod uultis sentite de nobis: Paulus apostolus uobis praecipit et obsecrat in domino, ut cum silentio, id est quieti et oboedienter ordinati, operantes uestrum panem manducetis. nec de illo, ut arbitror, aliquid mali creditis et in illum, qui per eum loquitur, credidistis.

XXX. 38. Haec, mi carissime et in Christi uisceribus uenerande frater Aureli, quantum donauit ut possem, qui per te mihi iussit ut facerem, de opere monachorum non distuli scribere, maxime curans, ne boni fratres apostolicis praeceptis oboedientes a pigris et inoboedientibus etiam praeuaricatores euangelii dicerentur: ut qui non operantur, saltem illos qui operantur sibi anteponendos esse non dubitent. ceterum quis ferat homines contumaces saluberrimis apostoli monitis resistentes, non sicut infirmiores tolerari, sed sicut sanctiores etiam praedicari, ut monasteria doctrina saniore fundata gemina inlecebra corrumpantur, et dissoluta licentia uacationis et falso nomine sanctitatis? sciant ergo etiam ceteri fratres et filii nostri, qui fauere talibus et huius modi praesumptionem per ignorantiam defendere consuerunt, se potissimum corrigendos, ut illi corrigi possint, non ut infirmentur benefacere. sane in eo, quod seruis dei prompte atque alacriter necessaria subministrant, non solum non reprehendimus, sed etiam suauissime amplectimur, sed ne peruersa misericordia magis eorum futurae uitae noceant quam praesenti subueniant.

3 cf. II Thess. 3, 12

1 dedit] det (d *s. l. 2*) *P*, γ uidet *M* quod] quid et quod *M* aspiciendum β 2 praecepit *PO*^{1}*AMNC*^{2}γβ 3 quiete *D* 4 obedienter *C* obedientes *LO* ordinati *om.* β 7 mi] mihi *P*γβ 8 sce (scae *B*) frater *PBDM*γ 10 maxime] id maxime *PLABDMN*γ*bd* in bonis fratres β 11 obedientes *C* inoboedientibus] stolidis *A* 12 saltim γ 15 tolerare *A* sed—praedicari *om.* β etiam sanctiores *bd* 17 uacationis (ua *ex* uo) *N* 18 etiam *om.* β 20 per ignorantiam *om. A* consueuerunt γ 22 sane] an *CLOFA*β nã *F*^{2}*N* ac *B* 24 amplexctimur *L* magis eorum misericordia *PDM*γ 25 noceat *D* subueniat *D*

39. Minus enim peccatur, si non laudetur peccator in desideriis animae suae et qui iniqua egerit benedicatur.

XXXI. Quid autem iniquius quam uelle sibi obtemperari a minoribus et nolle obtemperare maioribus? apostolo dico, non nobis, in tantum, ut etiam comam nutriant: unde ille nec disputari omnino uoluit dicens: si quis autem uult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesiae dei. hoc autem praecipio: ut scilicet non disserentis sollertia requiratur, sed praecipientis auctoritas attendatur. nam et hoc quo pertinet, quaeso, tam aperte contra apostoli praecepta comari? an ita uacandum est, ut nec tonsores operentur? an quia euangelicas uolucres imitari se dicunt, quasi depilari timent, ne uolare non possint? uereor in hoc uitium plura dicere propter quosdam crinitos fratres, quorum praeter hoc multa et paene omnia ueneramur. sed quo magis eos in Christo diligimus, eo sollicitius admonemus. neque enim metuimus, ne humilitas eorum respuat admonitionem nostram, quandoquidem et nos a talibus, ubi forte titubamus aut aberramus, cupimus admoneri. hoc ergo admonemus tam sanctos uiros, ne stultis uanorum argumentationibus moueantur et eos in hac peruersitate imitentur, quibus sunt in ceteris longe dissimiles. illi enim uenalem

1 cf. Ps. 9, 24 7 I Cor. 11, 16. 17

1 peccat $A\gamma$ peccator β laudatur *M* laeditur γ in—suae *om. PDM*γ 2 et] nec *PDM*γ gerit *PDFAM*γbd benedicitur *M* 4 Quod F^1 autem] enim *F* iniquus *A* 5 dico *om.* β 6 in] uel *A* etiam] iam *DM*γ 7 ne *PD*γ disputare *AN* noluit *A* autem] aut *B om. Fbd* 8 non habemus consuetudinem *M* 9 ecclesia *PLOFBDAM*$\beta\gamma bd$ 11 attendatur auctoritas *A* quod *A*β 12 conari $C^1BN\beta$ uacari *PLODMAC*$^2\gamma$ uacare *F* an ita] an næ *L* 13 naec *B* qui *B* 14 uolari *B*β non] ne *N om.* B^1A^1 15 in] ut (*s.* ụt contra *m. 2*) *A* uitio *D* 16 haec γ paene] pene *C* prope *PDM*$\gamma\beta$ 17 eos magis *PDM*γ cõmonemus *PDM*γ ãmonemus *N* 19 ãmonitionem *DM*γ ãmanitionem *N* 20 titubabant γ *om. A* admoneri cupimus *N* 21 uanarum *D* 23 longe *om.* γ

circumferentes hypocrisin timent, ne uilior habeatur tonsa sanctitas quam comata, ut uidelicet qui eos uidet, antiquos illos quos legimus cogitet, Samuelem et ceteros, qui non tondebant. nec cogitant quid intersit inter illud propheticum uelamentum et hanc euangelii reuelationem, de qua dicit apostolus: cum transieris ad Christum, auferetur uelamen. quod enim significat uelamen interpositum inter faciem Moysi et aspectum populi Israhel, hoc significat illis temporibus etiam coma sanctorum. nam idem apostolus etiam comam pro uelamento esse dicit, cuius auctoritate isti urgentur. aperte quippe ait: uir quidem si comatus sit, ignominia est illi. ipsam ignominiam, inquiunt, suscipimus merito peccatorum nostrorum, ad hoc obtendentes simulatae humilitatis umbraculum, ut sub eo proponant uenalem typhum; quasi apostolus superbiam doceat, cum dicit: omnis uir orans aut prophetans uelato capite confundit caput suum, et: uir quidem non debet uelare caput, cum sit imago et gloria dei. qui ergo dicit 'non debet', nescit forte docere humilitatem. sed si hanc ignominiam tempore euangelii, quod erat sacramentum tempore prophetiae, pro humilitate isti appetunt, tondeant et cilicio caput uelent. sed non erit tunc species illa uenalis, quia Samson non cilicio, sed coma uelabatur.

XXXII. 40. Iam illud, si dici potest, quam luctuose ridiculum est, quod rursus inuenerunt ad defensionem crinium

3 cf. Num. 6, 5 6 II Cor. 3, 16 7 cf. Ex. 34, 33 11 I Cor. 11, 14 15 I Cor. 11, 4. 7 23 cf. Iud. 16, 17

1 ypocrisin $C\beta$ hipochrisin *B* hypocrisim *M* ypochrisin *A* timent] tamen γ 2 uident *PDM*γ 3 cogitent *DM*γ samuhelem γ 4 tondebantur *PDMFB*γ*bd* 5 hanc *om.* β; *hic fin. coll.* β 7 significabat *PDM*γ*bd* 8 aspectu γ populisrł *C* significabat *PDMA*γ*bd* significant *N* 9 comã *D* 10 urguentur γ 11 quippe] enim *M* ait] dicit *PDM*γ 12 suscepimus *M*γ 13 optendentes *LO* simulate *B* 15 tyfum *CPM* typum *DA*γ tifum *LOFB* ciphũ *N* omnis *om. M* 16 confundit] dedecorat *PDM*γ 17 uelare—debet *om. L* 22 erat *P* 23 cilitio *L* 24 si illud *PDM*γ 25 rursum *PDM*γ criminũ A^1

suorum. uirum, inquiunt, prohibuit apostolus habere comam; qui autem se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum, iam non sunt uiri. o dementiam singularem! merito qui hoc dicit, aduersus sanctae scripturae manifesta praeconia consilio nefandae impietatis armatur et perseuerat in itinere tortuoso et pestiferam doctrinam conatur inducere. quia non est beatus uir qui non abiit in consilio impiorum et in uia peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiae non sedit. nam si in lege dei meditaretur die ac nocte, illic inueniret ipsum apostolum Paulum, qui certe summam castitatem professus dicit: uellem autem omnes homines esse sicut me ipsum, et tamen se uirum ostendit non solum ita uiuendo, sed etiam ita loquendo. ait enim: cum essem paruulus, quasi paruulus loquebar, quasi paruulus sapiebam, quasi paruulus cogitabam; cum autem factus sum uir, euacuaui ea quae paruuli erant. sed quid apostolum commemorem, cum de ipso domino et saluatore nostro nesciant quid sentiant, qui haec dicunt. nam de quo alio dicitur: donec occurramus omnes in unitatem fidei et in agnitionem filii dei, in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, ut ultra non simus paruuli iactati et circumlati omni uento doctrinae in inlusione hominum, in astutia ad

2 cf. Matth. 19, 12 7 Ps. 1, 1 11 I Cor. 7, 7 14 I Cor. 13, 11 19 Eph. 4, 13. 14

1 uirum *om.* C^1N 3 iam *om.* γ sunt *om.* *M* uri A^1 clementiam *B* 4 hoc qui γ manifeste *D* 5 preconia *L* 6 itenere γ 7 non *om.* *A* uir beatus *A* uir *om.* *PDM*γ non *om.* *D* habiit *BF* 8 kathedra *N* 9 domini *PMA*γ 12 uirum se *D* 13 *pr.* ita *om.* γ 14 paruolus *P* sentiebam quasi *DM* loquebar *om.* *DM* 15 quasi par. sapiebam *om.* *D* sapiebam] sentiebam *PM*γ cogitabam ut paruulus *DM* 16 uir effectus sum *PDM*γ*bd* erant paruuli *A* paruoli γ 18 nesciam *PDM*γ 19 dicuntur *N* 20 unitate *PM*γ et *om.* *PDM*γ in *pr.* *om.* *LAbd* 22 non] nos *LO* paruoli γ circumlati] circumiecti *PDM*γ circumflati (f *exp.* 2) *A*

machinationem erroris? qua inlusione isti decipiunt inperitos, qua astutia et machinamentis inimici et ipsi circumferuntur et in sua circumlatione cohaerentes sibi animos infirmorum quodam modo rotare conantur, ut pariter nesciant ubi sint. audierunt enim uel legerunt quod scriptum est: quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis, ubi non est iudaeus neque graecus, non seruus neque liber, non masculus neque femina, et non intellegunt secundum carnalis sexus concupiscentiam hoc esse dictum, quia in interiore homine, ubi renouamur in nouitate mentis nostrae, nullus sexus huius modi est. non ergo propterea se negent uiros, quia masculino sexu nihil operantur. nam et coniugati christiani, qui hoc operantur, non secundum hoc utique christiani sunt, quod habent commune cum ceteris non christianis et cum ipsis pecoribus. aliud est enim, quod uel infirmitati conceditur uel mortali propagationi persoluitur; aliud autem, quod ad capessendam incorruptam et aeternam uitam fideli professione signatur. illud ergo, quod de non uelando capite uiris praecipitur, in corpore quidem figuratur, sed in mente agitur, ubi est imago et gloria dei. uerba ipsa indicant. uir quidem, inquit, non debet uelare caput, cum sit imago et gloria dei. ubi autem sit haec imago ipse declarat, cum dicit: nolite mentiri inuicem spoliantes uos ueterem hominem cum actibus eius, induite nouum, qui renouatur in agnitione dei secun-

5 Gal. 3, 27. 28 10 cf. II Cor. 4, 16 21 I Cor. 11, 7 23 Col. 3, 9. 10

1 homines imperitos *A* 2 inimici machinamentis *N* 3 et in sua *om. PDM* et coherentes *M* 5 enim *s. l. C om.* γ quicumque enim *Dbd* 6 baptizati estis in Christo *bd* 7 grȩcus et gentilis *A* non est seruus *PDM*γ 8 non est masculus *M* 10 in *om. PD* interiorem *D*γ interiori *M* hominem *PD*γ 12 negant *M* qui *DM* 13 operantur] opere *D* ope γ 15 non *er. L* 16 propagatione *PD*γ 18 significatur *bd* non de *A* 20 domini *N* uerba—dei *om. M* ipsa] ista *N* 21 caput suum *D* 23 expoliantes *PDAM*γ*bd* 24 autem uos *bd* eius] suis *PDMA*γ et induite *A* 25 agnitionem *PFDM*γ*bd*

dum imaginem eius, qui creauit eum. quis dubitet hanc renouationem in mente fieri? sed et qui dubitat, audiat apertiorem sententiam. eadem quippe admonens ita dicit alio loco: sicut est ueritas in Iesu, deponere uos secundum priorem conuersationem ueterem hominem, eum qui corrumpitur secundum concupiscentias deceptionis, renouamini autem spiritu mentis uestrae et induite nouum hominem, eum qui secundum deum creatus est. quid ergo? mulieres non habent hanc innouationem mentis, ubi est imago dei? quis hoc dixerit? sed corporis sui sexu non eam significant; propterea uelari iubentur. illam quippe significant partem eo ipso, quo mulieres sunt, quae concupiscentialis dici potest, cui mens dominatur, etiam ipsa subdita deo suo, quando rectissime et ordinatissime uiuitur. quod ergo est in uno homine mens et concupiscentia — illa regit, haec regitur; illa dominatur, haec subditur — hoc in duobus hominibus, uiro et muliere, secundum sexum corporis figuratur. de quo sacramento loquens apostolus dicit uirum non debere uelari, sed debere mulierem. tanto enim gloriosius mens ad superiora promouetur, quanto diligentius ab inferioribus concupiscentia cohibetur, donec totus homo cum ipso etiam mortali nunc et fragili corpore in resurrectione nouissima incorruptione atque inmortalitate induatur et absorbeatur mors in uictoriam.

XXXIII. 41. Quapropter qui recta facere nolunt, desinant saltem docere peruersa. sed alii sunt, quos isto sermone corripimus: illos autem qui hoc uno uitio capillorum contra

4 Eph. 4, 21—24 21 cf. I Cor. 15, 54

2 apert. sent. audiat *N* 3 amonens *A* āmonens *DM*γ 4 uos] nos *A* 6 deceptiones γ 7 autem *om. B* 8 deum *om. M* 9 hanc *om. M* inuocationem B^1 11 sexus *PDM*γ^1 propter hac *D* 13 concupiscentialis] concupiscentia uł *A* 14 deo suo subdita *A* 15 quid *A* est ergo *M* illa enim *bd* 19 sed] se *B* debere *om. D* 21 concupiscentiis *PDM*γ 23 obsorbeatur *N* absoruatur *P* 24 uictoria *PDM*γ 25 qu*apropter *L* facere] discere *M* 27 hoc *om. PDM*γ

praeceptum apostolicum dimissorum offendunt et perturbant ecclesiam — quia cum alii nolentes de illis mali aliquid sentire coguntur manifesta uerba apostoli in peruersam detorquere sententiam, alii sanum intellectum scripturarum defendere malunt quam quoslibet homines adulare, exsistunt inter fratres infirmiores et firmiores amarissimae et periculosissimae contentiones: quod illi forte si scirent, hoc quoque sine dubitatione corrigerent, quorum cetera miramur et amamus — illos ergo non corripimus, sed rogamus et obsecramus per diuinitatem et humanitatem Christi et per caritatem spiritus sancti, ne ultra iam ponant hoc offendiculum infirmis, pro quibus Christus mortuus est, et dolorem cruciatumque nostri cordis exaggerent, cum cogitamus quanto procliuius hoc malum ad decipiendos homines imitari possint mali, cum in eis hoc uident, quos propter alia tanta bona debitis officiis christianae dilectionis honoramus. quodsi post hanc admonitionem uel potius obsecrationem nostram in eo sibi perseuerandum esse putauerint, nihil aliud faciemus quam dolemus et gemimus. hoc nouerint, sufficit: si serui dei sunt, miserentur; si non miserentur, nolo quicquam grauius dicere. haec itaque omnia, in quibus loquacior fortasse fui, quam uellent occupationes et tuae et meae, si adprobas, fac innotescere fratribus et filiis nostris, propter quos mihi es hoc onus dignatus inponere; si autem aliquid retrahendum uel emendandum uidetur, rescriptis tuae beatitudinis nouerim.

1 apostoli *PDM*γ demissorum *LBO*²*bd* 2 aliis *PD*γ alios *M* 4 scripturarum *om. A* malunt defendere *PDM*γ 5 adolare *PD*γ adulari *M* existunt *praet. C*γ 6 firmiores] infirmiores γ 7 si forte *N* 8 amamus] diligimus *PDM*γ 9 corrigimus *CFAN* sed *om. A* 10 et humanitatem *om. O*¹ sancti *om. CLOFABN* sancti spiritus *M* 11 proponant *M* 12 est *om.* γ 13 non exagerent *B* exaggerant *A* 15 officii *D* 16 qui si *PM*γ hanc *om. A* ammonitionem *CDFA*γ 18 doleamus et gemamus *PDM*γ dolebimus et gememus *Bbd* et gemimus *om. A* 19 ęt sufficit *C* 20 quidquam *Fbd* 21 fortasse loquacior *bd* 22 et *pr. om. AM* abprobas *L* et fratribus *M* 23 dignatus hoc onus *MD*γ 24 detrahendum *M* uide-

atur *N* rescribtis *C* 25 beatitudinis tuae *A* Explicit liber beati Augustini de opere monachorum. Inč eiusdem de fide et operibus *fol. 39ᵇ C fol. 63ᵃ L fol. 28ᵇ O* Explicit ad Aurelium de opere monachorum *fol. 111ᵇ P fol. 98ᵇ* γ Explicit Augustini ad Aurelium de opere monachorum. Inč liber de bono coniugali *fol. 18ᵃ D* Explicit Augustini de opere monachorum *fol. 69ᵇ M* Explicit liber beati Augustini de opere monachorum *fol. 16ᵇ B Subscriptio abest a codd. AN* Explicit liber sci Angustini epi de opere monachorum *fol. 30ᵇ F; cod. Cassinensis 173 partes littera* β *signatas ab Eggerio conlatas proposui; inde corr. pag. 530.*

XII.

S. Aureli Augustini

de diuinatione daemonum.

Ch = codex Cheltenhamensis 12261 s. VIII.
C = codex Augiensis CCXLIX s. X.
F = codex Floriacensis 165 s. XI.
V = codex Vindobonensis 1077 s. XII.
W = codex Vindobonensis 735 s. XIII.
B = codex Bambergensis III 15 (121) s. XI.
γ = codex Monacensis 22220 s. XII.
Y = codex Regius 2044 s. XIII.
M = codex Melicensis 124 s. XV.
S = codex Sangallensis 148 s. XI.
E = codex Einsiedelensis 128 s. X.
T = codex Vindobonensis 4602 s. XV.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1685.

Variantium lectionum codicum *ET* partes in app. recepi.

XII.

DE DIVINATIONE DAEMONVM.

I. 1. Quodam die in diebus sanctis octauarum, cum mane apud me fuissent multi fratres laici christiani et in loco solito consedissemus, ortus est sermo de religione christiana aduersus praesumptionem et tamquam miram et magnam scientiam paganorum: quem recordatum atque conpletum litteris mandandum putaui non expressis personis contradicentium, quamuis christiani essent et magis contradicendo quaerere uiderentur, quid paganis responderi oporteret. cum ergo de diuinatione daemonum quaereretur et affirmaretur praedixisse nescio quem euersionem templi Serapis, quae in Alexandria facta est, respondi non esse mirandum, si istam euersionem templis et simulacris suis inminere daemones et scire et praedicere potuerunt sicut alia multa, quantum eis nosse et praenuntiare permittitur.

2. Et cum mihi referretur: non ergo sunt malae diuinationes

2 Incipit sci Augustini de diuinatione demonum *fol. 136*ᵃ *Ch* Sermo sci Augustini epi de diuinatione doemonum *fol. 1 C* Incipit liber eiusdem de diuinatione demonum *fol. 53*ᵃ *F* Incipit eiusdem sci Augustini liber de diuinatione demonum *fol. 52*ᵇ *V* Incipit liber sci Augustini de diuinatione demonum *fol. 143*ᵇ *W* Incipit liber Aurelii Augustini de diuinatione dęmonum *fol. 78*ᵇ *B* Incipit de diuinatione dęmonum *fol. 158*ᵃ *Y* Liber Augustini de diuinatione demonum *fol. 77 M* Incipit liber sci Augustini epi de diuinatione dęmonum *fol. 115*ᵇ γ 3 octauarum *om. W* mane *om. C* 4 essent *WM* adessent *BCMSVYγbd* 6 aduersum *B* 7 atquę *Ch* 8 mandari *WM* non—personis *om. S* contradicentium personis *bd* 9 hii quamuis *S* 10 respondere *Ch* respondi *S* 11 daemonum diuinatione *S* 12 quam C^1 serapis (e *supra* a) *Ch* 14 templi *BCFMWEYγbd* et *om. ME* simulacri *d* sui *d* doemones *C* 15 praedicare Ch^1S 16 permitteretur γ 17 referreretur ECh^2 mala *E*

huius modi nec deo displicent — alioquin omnipotens et iustus ista fieri non permitteret, si mala et iniusta essent — respondi non ideo haec uideri iusta debere, quod ea fieri permittit omnipotentissimus et iustissimus deus; nam et alia multa manifestissime iniuste fieri, sicut homicidia, adulteria, furta, rapinas et cetera huius modi: quae quamuis iusto deo eo quod iniusta sint sine dubitatione displiceant, idem tamen omnipotens ea fieri certa iudicii sui ratione permittit non utique inpune, sed ad eorum damnationem, a quibus fiunt quae displicent iusto.

3. Et cum e contrario diceretur non quidem esse dubitandum, quod omnipotens et iustus sit deus, sed haec humana peccata, quae contra societatem hominum fierent, non eum curare, dum fierent — propterea posse fieri: quae utique fieri non possent, si omnipotens non siuisset; illa uero, quae ad ipsum religionis cultum pertineant, nullo modo ab eo credendum esse contemni. ac per hoc fieri non potuisse, nisi ei placuissent, et ideo mala ea putari non oportere — ad hoc quoque respondi: nunc ergo ei displicent, cum templa et simulacra euertuntur et illa gentium sacrificia, si facta fuerint, puniuntur. sicut enim dicitur non ea fieri potuisse, nisi deo placuissent, et ideo bona putanda, quoniam iusto placent, ita dici potest non ea prohiberi, euerti, puniri potuisse, nisi deo

1 domino *S* 2 ita *V* permitteretur *M* esset *M* 3 uideri] fieri *Ch* quod sineret *B* ea *om. V* permittis *Ch*^{1} permittat *Y* *om. B* 4 deus et iustissimus *S* iustus *WM* 5 manifestissime *Ch* et *ante* iniuste *in* $B\gamma$ iniusta *BCFMSVWY*γ*bd* permittit fieri *WM* fieri permittit *Y* fieri resp (resp *s. l. m. 2*) *S* homicida *F*^{1} furta adulteria *W* 7 sunt *CFMWbd* displiceant sine dubitatione *C* 8 iudicii *om. WM* utique non *S* 9 dampnationem *CFV* 11 diceretur obiectio *S* 12 et *om. S* sit *om. S*^{1} hec *Ch* 13 que *Ch*^{1} 14 curare (c *m. 2 add.*) *Ch* ea posse *bd* 15 siuisset] fuisset *S*^{1} 16 pertinent *VMbd* 17 contempni *CV* non *s. l. S* posuisse *S*^{1} 18 placuisset *S* ea *om. Y* ea mala *Vbd* mala ea putari] male aptari *V* oporteret *M* quoque *Ch* 19 ei] et *V* displicet *S* displicent *Y* 21 sicut] si autem *S* si *M* ea dicitur *W* ea *om. W* 23 non] in *F*^{1} prohibere *ChW* et puniri *CFYECh*^{2} potuissent *ChS*

displicerent; ac per hoc si tunc ideo recte fiebant, quia iusto deo placere hinc ostendebantur, quod ab illo fieri sinebantur, ideo nunc inique fiunt, quia deo displicere hinc ostenduntur, quod ea uel iubet uel permittit euerti.

II. 4. Contra hoc dictum est iniusta quidem esse nunc ista, non tamen mala, et ideo iniusta, quia contra leges, quibus prohibentur, fiunt, ideo autem non mala, quia, si mala essent, numquam deo utique placuissent; porro si numquam placuissent, numquam facta essent illo non sinente, qui omnia potest et qui talia non contemneret, quando tam magna sunt, ut contra ipsam religionem, qua deus colitur, fierent, si male fierent. hic ego, si propterea, inquam, mala non sunt, quia deo placere hinc probantur, quod ea fieri sinit omnipotens, quomodo erit bonum, quod fieri prohibentur et euertuntur? si autem hoc bonum non est, quod euertuntur, quae deo placent, hoc fieri non sineret omnipotens, quia et hoc contra religionem fit, qua colitur deus, si ea, quae deo placent, ab hominibus euertuntur. si autem hoc, cum male fiat, permittit omnipotens, non ideo putanda sunt illa bona, quod ea fieri permisit omnipotens.

5. Dictum contra est concedendum esse nunc ista recte non fieri, immo ideo prorsus iam non fieri, quod omnipotenti nunc displicent, uerumtamen placuisse, cum fierent; nos enim nescire, unde tunc placuerint, nunc autem unde displiceant,

1 placerent *S* 2 hinc placere *W* ostendebatur *CS* quod—sinebantur *om. ChBγ* fieri *om. WM* 4 iubeat *S* 5 ista esse nunc *W* 6 mala] illa *Ch* ideo *om. WM* 8 numquid *W* utique deo *W* porro—placuissent *om. C* deo placuissent *M* 9 numquam] numquid *W* et facta *FYbd* fuissent *B* non sinente] nolente (len *supra ras. m. 2*) *Ch* omnia potens γ omni•potens *B* 11 ipsῦ S^1 si—fierent *om.* $γ^1$ mala *Bγ* 12 hinc *FM* ergo *ChF*S^1*W* mala inquam *FY* 13 quia *M* sinet *S* 14 quo *B* prohibuntur *M* euertantur S^1 15 hoc *om. FMVWYγbd* non *om. SB* euertantur S^1 16 hoc *om. M* siniret *Ch* 17 euertantur ab hominibus quae deo placent *S* 18 cum] ut *FMWYbd* quod *S* fiant *S* 19 permisit fieri *W* 21 esse] est *S* 22 ideo *om. M* 23 nunc] non *Ch* placuissent *V* 24 nec scire *Ch* tunc unde *W* unde unde *Chγ*

dum tamen certum sit nec tunc fieri potuisse, nisi placuissent omnipotenti, nec nunc cessasse, nisi displicuissent omnipotenti. ad hoc ego, cur ergo, inquam, et nunc talia clanculo fiunt, quae uel perpetuo delitiscunt uel deprehensa puniuntur, si nihil horum fieri sinit omnipotens, nisi quod ei iusto placet, cum iusto quod iniustum est placere non possit? contra hoc dictum est nunc omnino talia non fieri. sacra enim illa, inquit, non fiunt, quae pontificalibus conscripta sunt libris; ea quippe tunc recte fiebant, ea tunc deo placere demonstrabantur eo ipso, quod ab omnipotente ac iusto fieri sinebantur; si quid autem nunc prohibitorum sacrificiorum fit occulte atque inlicite, non est illi pontificali sacrificiorum generi conparandum, sed in eodem deputandum, quod etiam nocturno fit tempore, cum haec omnia inlicita ipsis pontificalibus libris certum sit prohiberi atque damnari. hic respondi: cur ergo uel talia permittit deus fieri, si nihil eorum malefactorum contemnit, quae contra religionem fiunt, cum praesertim haec eum curare hinc etiam cogantur concedere, qui pontificales libros magni aestimant, quod ea, quae his libris prohibentur. utique diuinitus prohiberi asserunt? quomodo ergo diuinitus prohibentur, nisi quia displicent deo, quae utique prohibendo non solum sibi displicere, uerum etiam curare se ostendit neque omnino contemnere? unde colligitur, quod deus aliquid et improbet iustus et tamen permittat omnipotens.

1 tunc] nunc *Ch* 2 nec—omnipotenti *om.* F^1 omnipotenti *om.* *S* 3 ego *om.* *MW* clangulo *Ch* 4 et quae *M* delitescunt *CEFMSVWYbd* 5 fieri *om.* *Ch* nisi] cui nisi *B* quod—cum iusto *om.* γ ei] e *W* ei—quod in *om.* *B* 6 cum iusto *om.* *S* quod iniustum est] quid sit iniustum *V* iniustum] iustum γ est *om.* *S* 7 inquit illa *C* illa talia *M* 8 inquid *Ch om.* *V* pontificalibus (on *corr. m. 2*) *Ch* 11 quis *W* prohibitorum] prohibitor uni *W* 13 sed—deput. *om.* *M* eo *cet. praet. Ch* putandum *V* 14 inlicite *BS*^{1} in ipsis F^1 15 ergo *om.* *M* 16 eorum] horum *FMSWbd* factorum—hinc etiam *om.* *W* 18 coguntur *S* 19 magnos *SCh*^{2} his] istis *V* 20 prohiberi diuinitus *MWbd* 21 prohibuntur *M* 22 curare] curę *V* 23 inde *B*γ 24 *pr.* et *om.* *S* etiam *E* prohibet *E* permittit γ

6. Haec cum dicta essent, concessum est non ideo putandum aliquid iuste ac bene fieri, quia id deus, cum haec prohibenda curet, fieri tamen sinit, fatendumque esse etiam illa mala, quae contra religionem, qua deus colitur, fiunt, et displicere deo iusto et ratione iudicii eius ab omnipotente permitti; sed aliud iam esse tractandum, unde sint diuinationes uel daemonum uel quilibet illi sint, quos deos pagani uocant; uidendum enim esse, ne forte non quidem propterea haec bona putanda sint, quia ea fieri permittit omnipotens, sed ideo, quia tam magna sunt, ut nonnisi dei potentiae tribuenda esse uideantur. ad hoc me postea responsurum esse promisi, quoniam tunc hora prodeundi ad populum iam nos urguebat, nec distuli, cum spatium datum est scribendo, et illa retexere et ista subtexere.

III. 7. Daemonum eam esse naturam, ut aerii corporis sensu terrenorum corporum sensum facile praecedant, celeritate etiam propter eiusdem aerii corporis superiorem mobilitatem non solum cursus quorumlibet hominum uel ferarum, uerum etiam uolatus auium inconparabiliter uincant. quibus duabus rebus, quantum ad aerium corpus attinet, praediti, hoc est acrimonia sensus et celeritate motus, multo ante cognita praenuntiant uel nuntiant, quae homines pro sensus terreni tarditate mi-

2 id (hic *Ch*) deus cum haec prohibenda curet *ChBCSVET*γ: deus id licet sit iustus et omnipotens *F*, (*in mg. m. 2*) *Y*, *om. WM* hoc omnipotens quamuis ei displiceat *bd* 3 sunt *T* cent *S* etiam esse *V* 4 quae contra religionem *om.* γ^1 colitur deus *MSW* 5 permittuntur *M* 7 uel *om. SV* doemonum (*sic plerumque*) *C* sunt *F* deus *M* 8 est *Ch* 9 sunt *CMW* qui *Ch*^{1} non permittit *S* permisit *B*^{2} omnipotens deus *W* 11 uidentur *W* postea me *V* 12 nunc *M* ora *F*^{1} prouidendi *S* non surgebat *V* urgebat *praet. ChF* 13 scribendū *V* scribendi *E*^{2}*S*^{2}*bd* illa] alia *F* retegere *W* 14 subtegere *W* 15 ea *Vbd om. B*γ est natura *bd* aeri *MV* corporalis *V* 16 corporum *om. S* facili *C* celeritate *Ch* etiam] et *M* 17 eius *W om. B* aeri *MV* in corporis *V* nobilitatem *M* 18 cursum *S* 19 abium *Ch* duobus *Ch* 20 erium *F*^{1} pertinet *WM* agrimonia *Ch*^{1} 21 sceleritate *W* multa *b* cogitata γ 22 uel nuntiant *om. ChM* terre *S*

rentur. accessit etiam daemonibus per tam longum tempus. quo eorum uita protenditur, rerum longe maior experientia. quam potest hominibus propter breuitatem uitae prouenire. per has efficacias, quas aerii corporis natura sortita est, non solum multa futura praedicunt daemones, uerum etiam multa mira faciunt. quae quoniam homines dicere ac facere non possunt, eos dignos quidam, quibus seruiant et quibus diuinos honores deferant, arbitrantur instigante maxime uitio curiositatis propter amorem felicitatis falsae atque terrenae excellentiae temporalis. qui autem se ab his cupiditatibus mundant nec eis se ferendos rapiendosque permittunt, sed inquirunt et amant aliquid, quod eodem modo semper est, cuius participatione beati sint, primum considerant non ideo sibi praeponendos esse daemones, quod acriore sensu corporis praeualent. aerii scilicet, hoc est subtilioris elementi, quia nec in ipsis terrenis corporibus bestias sibi praeponendas putant, quae acrius multa praesentiunt; uelut sagacem canem, quia latentem feram olfactu acerrimo sic inuenit, ut ad eam capiendam ducatum quendam homini praebeat, non utique prudentiore intellectu animi, sed acutiore corporis sensu; uel uulturem. quia proiecto cadauere ex inprouisa longinquitate aduolat: nec aquilam, quia sublimiter uolans de tanto interuallo natantem sub fluctibus piscem dicitur peruidere et grauiter aquis inlisa exertis pedibus atque unguibus rapere; nec alia multa

2 quod *C* pertenditur *M* maiorum *M* 3 propter] pro *V* euenire *M* 4 efficacientias *F* aeri *M* corpus S^1 5 praedicant *V* mira multa *B* 7 eo *Ch* 8 instigant et *Ch* instigantur (*s.* tur *m.* 2 te) *S* maximo FS^1 maximo initio *W* 9 et excellentiae *BCγbd* 10 hiis *W* 11 feriendos rapiendosque *FMY* fallendos rapiendosque *W* ferendos ſapiendosque (*s.* ſą *m.* 2 ra) *S* fallendos capiendosque *bd* 12 aliquid] alia *M* 13 sunt VS^1 sibi ideo *M* 14 quo *FMWY* acriori *C* praeualeant *S* 15 aeris *Bγ* aeri *M* subtiliores *Ch* in *om.* *V* 17 latenter *V* 19 prebebat *M* prudentiori *S* 21 aduolat *FY* 22 aquila *V* interuallo tanto *V* sub fluctibus natantem *WMbd* natantem (sub *om.*) fluctibus *Ch* 23 dicatur *C* granditer S^1

animantium genera, quae inter herbas saluti suae noxias pascendo circumerrant nec aliquid earum, quo laedantur, adtingunt, cum eas homo uix experiendo cauere didicerit et multa innoxia, quod sint inexperta, formidet. unde conicere facile est, quanto possit in aeriis corporibus sensus esse acrior. nec ideo tamen daemones, qui eo praediti sunt, bonis hominibus praeponendos prudens quisque censuerit. hoc et de corporum celeritate dixerim. et hac enim praestantia non solum a uolucribus homines, uerum etiam a multis quadrupedibus ita superantur, ut in eorum conparatione plumbei deputandi sint; nec tamen ideo sibi haec animantium genera existimant praeponenda, quibus capiendis, mansuefaciendis atque in suae uoluntatis usum commodumque redigendis non ui corporis, sed rationis imperant.

IIII. Illam uero tertiam daemonum potentiam, quod diuturna rerum experientia quemadmodum praenoscant atque praenuntient multa didicerunt, ita contemnunt, qui haec uigilanter curant a uerissimae lucis ueritate discernere, ut nec malos senes plura expertos et ob hoc quasi doctiores ideo probi adulescentes sibi antecellere existiment nec medicos nec nautas nec agricolas, quos prauae uoluntatis et iniquis moribus uiderint, ideo putent sibi esse praeferendos, quod illi de ualitudinibus, illi de tempestatibus, illi de arbustorum

1 salutis *ChBCMW* saluti• *S* 2 eorum *FMWYγbd* laedantur] laudantur *M* 3 ꝭe experiendo *S* cauere] canere *W* didicerat *V* 4 quo (*s. l.* qm) *S* 5 quantum *ChBγ* aereis *M* acrior esse *MWbd* 7 consentit *MW* 8 haec *ChVS*[1] hanc *W* praescientia *S*[1] praecellentia *S*[2] 9 etiam et *S* a multis etiam *BCFVYγ* 10 in *om. F* blumbei γ 11 sunt *V* haec animantium genera sibi *C* 12 mansuefaciendis *S* et mansuefaciendis γ 13 commodoque *V* regendis *CSE* 14 ui] sui *V* imperitant *BFSVYγbd* important *W* 15 demonum tertiam *W* 16 experienti *W* quę admodum *F* 17 didicerint *M* haec—ueritate *om. S* 18 discernere noꝛ (noꝛ *s. l. m. 2*) *S* 19 doctores *W* 20 proui *VCh*[1] adolescentes *CBFSVWMYγbd* nec] ut nec *BCFSVWYγ* nec ut *M* modicos *V* 21 iniquos *CE* 22 sibi putent *BMVWbd* praeponendos esse *B* 23 ualetudinibus *SVγbd* illi *pr. om. V*

fructuumque generibus multa ita praenuntiant, ut harum rerum inexperto diuinare uideantur.

8. Quod uero non solum quaedam daemones futura praedicunt, uerum etiam quaedam mira faciunt, pro ipsa utique sui corporis excellentia, cur non contemnatur a prudentibus, cum plerique iniqui ac perditi homines ita exerceant corpora sua tantaque diuersis artibus possint, ut ea qui haec nesciunt nec aliquando uiderunt, etiam narrata uix credant? quam multa funiambuli ceterique theatrici artifices, quam multa opifices maximeque mechanici miranda fecerunt? num ideo meliores sunt bonis et sancta pietate praeditis hominibus? quae ideo commemoraui, ut qui haec sine peruicacia et sine uana resistendi animositate considerat, simul cogitet, si de subiacenti crassiore materia uel sui quisque corporis uel terrae et aquae, lapidum atque lignorum metallorumque uariorum tanta quidam homines possunt, ut eos illi, qui haec non possunt, plerumque stupendo in sui comparatione diuinos uocent, cum quidam illorum sint artibus potentiores, quidam istorum moribus meliores, quanto maiora et mirabiliora pro subtilissimi corporis, hoc est aerii facultate ac facilitate daemones possint, cum tamen sint prauitate uoluntatis maximeque super-

1 fructumque VS^1 frugumque *FMWYbd* ita] iã *F* itaque *M* esse *S* 2 diuinare] admirandi *F* 3 daemones quaedam *CBSVγbd* 4 quaedam—utique *om. Ch* 5 corporis sui *Y* sui *om. W* quur *Ch* non *s. l. m. 2 Ch* contemnantur *S* 6 plerumque *FWMbd* plerunque *Y* 8 nec] uel *S* uix] bis Ch^1 credunt S^1 credantur *W* quam] quia *F* quod *M* 9 funambuli $E^2BCFMWYγbd$ ceteri *Ch* theatri *Bγ* teatrici *MY* teatri *W* quam] quia *F* quod *M* 10 apifices *F* maximeque *om. M* mecanici S^1 moechanici *Y* num] non *FMWF* 12 commememoraui *Ch* commemorauimus $B^2γ$ hoc *M* peruicaci *Ch* peruicia F^1 13 uitia uana *M* 14 subiacente *MWbd* crassiori *FMWYE* 15 et aquae] atque *V* lapidis *M* 16 quidem *BFSVγ* hominis *V* hoc *M* 17 stupendio *F* studendo *W* 18 cum *om. S* 19 meliora et maiora *Bγ* et mirabiliora *om. Bγ* mirabilia *S* 20 hoc id *Bbd* aerei *M* aeri *C* facillitate *C* 21 possunt *S* tamen *om. Ch* prauae (prę *m. 1 Ch*) uoluntatis *ChF* uoluntatis prauitate *bd* maximoque *Y*

biae fastu et inuidentiae malitia spiritus inmundi atque peruersi! quantum autem ualeat aeris elementum, quo eorum corpora praeualent, ad multa uisibilia inuisibiliter molienda, mouenda, mutanda atque uersanda longum est nunc demonstrare et puto quod uel mediocriter consideranti facile occurrat.

V. 9. Quae cum ita sint, primum sciendum est, quoniam de diuinatione daemonum quaestio est, illos ea plerumque praenuntiare, quae ipsi facturi sunt. accipiunt enim saepe potestatem et morbos inmittere et ipsum aerem uitiando morbidum reddere et peruersis atque amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere, de quorum moribus certi sunt, quod sint eis talia suadentibus consensuri. suadent autem miris et inuisibilibus modis per illam subtilitatem corporum suorum corpora hominum non sentientium penetrando et se cogitationibus eorum per quaedam imaginaria uisa miscendo, siue uigilantium siue dormientium. aliquando autem non quae ipsi faciunt, sed quae naturalibus signis futura praenoscunt, quae signa in hominum sensus uenire non possunt, ante praedicunt. neque enim quia praeuidet medicus, quod non praeuidet eius artis ignarus, ideo iam diuinus habendus est. quid autem mirum, si quemadmodum ille in corporis humani uel perturbata uel modificata temperie seu bonas seu malas futu-

1 inuidentiae] euidenti γb *euidenti* (*in ras.*) *B* malitiæ *F* 2 ualet *V* 4 mutanda] muranda *Ch* uersanda] pertenda *V* 5 et *ex* quo *Ch* uel] qui ea uel (qui *s. l. m. 2*) *S* considerant *S* occurant *S* 6 est *om. W* 7 illas *W* plerumque *om. W* 8 pronuntiare *S* quae ipsi] quasi S^1 quę si S^2 9 potestates *S* ipsum *om. V* uitanda *V* 10 peruersit Ch^1 11 malefacta—quorum *om. Ch* mortibus *Ch* morbus *V* 12 eis *om.* γ^1 concessuri *V* concẽsi *W* 13 insensibilibus *S* illam *** (autem *er.*) *Ch* sublimitatem *S* suorum corporum *MWbd* 14 corpora—eorum *om.* Y^1 sentiendum *W* et se] tę sę (*s. l. m. 2* et se) *F* seseque *MWbd* 15 maginaria *W* 17 futura *om. W* 19 quod] quę *F* non *om.* γ uidet *Y* praeuidere nescit $B\gamma$ 20 eius] huius *B om.* γ artis huius γ ignotus Ch^2 est habendus *Y* est *om. FMW* 21 quemammodum *Ch* ille *om. W* 22 perturbato *W* turbata *CS* modificato *W* temperię *S* tempore *W* tempori *V* futuras *om. C*

ras praeuidet ualitudines, sic daemon in aeris affectione atque ordinatione sibi nota, nobis ignota futuras praeuidet tempestates? aliquando et hominum dispositiones non solum uoce prolatas, uerum etiam cogitatione conceptas, cum signa quaedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt atque hinc etiam multa futura praenuntiant, aliis uidelicet mira, qui ista disposita non nouerunt. sicut enim adparet concitatior animi motus in uultu, ut ab hominibus quoque aliquid forinsecus agnoscatur, quod intrinsecus agitur, ita non debet esse incredibile, si etiam leniores cogitationes dant aliqua signa per corpus, quae obtuso sensu hominum cognosci non possunt, acuto autem daemonum possunt.

VI. 10. Hac atque huius modi facultate multa daemones futura praenuntiant, cum tamen ab eis longe sit altitudo illius prophetiae, quam deus per sanctos angelos et prophetas operatur. nam si quid de illa dei dispositione praenuntiant, audiunt, ut praenuntient; et cum ea praedicunt, quae inde audiunt, non fallunt neque falluntur; ueracissima enim sunt angelica et prophetica oracula. sic autem indignanter accipitur, quod aliqua etiam talia daemones audiant et praedicant, quasi aliquid indignum sit, ut quod ideo dicitur, ut hominibus innotescat, hoc non solum boni, uerum etiam mali non taceant.

6 *cf.* Retract. *II 30 et contra Acad.* I 6. 7

1 ualetudinis *V* ualetudines *BSbd* si *W* in *om. S* effectione *Ch* 2 ordine *MW* 3 dispensationes *SCh*^{1} uoce *om. F* 4 latas *S*^{1} cognitione *M* cum signa] čsignat *W* signat *F* quaedam] quae dum *W* quaedam (s. *fin.* a *pos.* v) *F* 5 facillitate *C* facultate *W* 6 etiam] et *M* alis *Ch* 7 ita *M* 8 concitatus *S* ut *om. V* 9 forinsecus aliquid *S* agitur *om. S* 10 non esse *M* sic *S*^{1} 11 per *om. M* obtusos *Ch* obtunso *CBSY* obtonso *F* 13 Hic *W* sic *M* futura *om. MWYbd* 14 praenuntient *Ch*^{1} 15 quam] quod *MW* angelos suos *bd* operatur] ordinauit *S* 16 dispensatione *V* audiunt ut praenuntient *om. MWS* 17 qui *F* 18 neque falluntur *om. B* 19 si *M* indignante recipitur *Ch* quod] ut *C* ut quod *E* 20 et audiant *M* praedicunt *V* 21 sint *V* innotescant *S* 22 bonis *S* malis *S*

cum in ipsis hominibus etiam uitae bonae praecepta uideamus pariter a iustis peruersisque cantari, non obesse aliquid, immo etiam prodesse ad maiorem notitiam famamque ueritatis, cum de illa etiam hi quidquid nouerunt dicunt, qui ei peruersis moribus contradicunt. in ceteris autem suis praedicationibus daemones plerumque falluntur et fallunt. falluntur quidem, quia, cum suas dispositiones praenuntiant, ex inprouiso desuper aliquid iubetur, quod eorum consilia cuncta perturbet. uelut si aliquid disponant quilibet homines quibusque potestatibus subditi, quod non prohibituros suos praepositos arbitrentur idque facturos se esse promittant, at illi, penes quos maior potestas est, ex alio superiore consilio hoc totum dispositum atque praeparatum repente prohibeant. falluntur etiam in causis naturalibus — sicut medici et nautae et agricolae, sed longe acutius longeque praestantius pro aerii corporis sensu sollertiore et exercitatiore praenoscunt — quia et haec ab angelis deo summo pie seruientibus ex alia dispositione ignota daemonibus ex inprouiso ac repente mutantur. tamquam si aliquid aegro extrinsecus accidat, quo moriatur, quem medicus ueris salutis praecedentibus signis uicturum esse promiserat; aut si aeris qualitate praeuisa diu flaturum illum

1 in] ab (*s. l. m. 2*) *S om. FVE* uite bone *Ch* uideamus praecepta *W* 2 non] nec *CBFMSWYEγbd* immo nec *V* 3 notitia•am *Ch* 4 ei] et *FMWY* 5 moribus (i *m. 2 in ras.*) *Ch* suis praedictionibus *BFVWγ* praedictionibus suis *bd* 6 et falluntur *CFMSWbd om. BEYγ* et falluntur *BEYγ* 7 quia *om. S* improuisi *W* 8 cuncta] correcta *MW* 9 quibusque] qui *S* quibuslibet *bd* 10 quo *V om. S*[1] prohibi⁼hos *V* prepositos *Ch* 11 idque] idquoque *V* se *om. ChY* se esse] sese *F* permittant *M* ad *Ch* penes] pedes *Ch* pęnes *S* quorū *S*[1] 12 alio *S*[1] 14 in] cum *BCFMSVWYEγbd* casibus *V* naturales *WM* *post* naturalibus *addunt bd:* aliqua et—et] aut—aut *FMWbd* 15 longeque] longe quia *M* aeri *M* 16 et exercitatiore *om. W* prae hoc noscunt *M* qui *M* 17 summo deo *M* piae *Ch* ex] et *M, om. FWbd* 18 ignora *Ch* improuisu *W* mutatur *Ch* Imittuntur *M* 19 aegro aliquid *bd* ergo (*in mg.* egro) *W* accedat *BSγ* 20 uixurum *V* uicturum (ct *m. 2*) *Ch* 21 prouisa *SE*

uentum nautarum aliqui praedixissent, cui dominus Christus cum discipulis nauigans, ut quiesceret, imperauit, et facta est tranquillitas magna; uel si agricola illo anno fructificaturam uitem aliquam polliceatur, naturam utique terrae et numerum seminum callens, quo tamen anno eam uel inprouisa caeli intemperies arefaciat uel aliqua iussio potentioris eradicet: ita multa etiam ad praescientiam praedictionemque daemonum pertinentia, quae minoribus et usitatioribus causis futura praeuidentur, eadem maioribus et occultioribus causis inpedita mutantur. fallunt autem etiam studio fallendi et inuida uoluntate, qua hominum errore laetantur. sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant, id agunt, ut interpretibus suis signorumque suorum coniectoribus culpa tribuatur, quando uel decepti fuerint uel mentiti.

11. Quid ergo mirum, si iam inminente templorum et simulacrorum euersione, quam prophetae dei summi tanto ante praedixerant, Serapis daemon alicui cultorum suorum

2 cf. Matth. 8, 26

1 aliquis *WYbd* praedixisset *WYbd* cui] cum *Bγ* 3 agricula *Ch* fructificaturam illo anno *W* fruc: ***sequentia usque ad p. 613, 20*** quis *absunt a cod. V* fructificaţ (*s.* ţ *m. 2* re) rarā *S* fructiferam *M* 4 aliquam *om. M* natura *CE* itaque *W* 5 numero *Cγ* numeros *BFMSWYEbd* callens] colles *M* 6 intemperies (in *s. l. m. 2*) *γ* aliquo iusso *W* penitentioris (*s. l. m. 2* ał potentioris) *Ch* 7 ita] qua *M* praesentiam *S*¹ praedictionemque] etiam predictionem *M* 8 daemonum *om. C* usitatoribus *WM* causa *S*¹ 9 et occultioribus *om. M* 10 inuid•a *Ch* inuidia *CY*¹ inuidię *S* 11 uoluptate *S*² quia *γ om. S* errore] et more *F* nec *S*¹ 13 signorum *CM* culpe *M* 14 uel *om. F* decoepti *C* ***post mentiti haec sequuntur:*** „nonnumquam uero ipsi maligni spiritus et illusores hominum atque inuasores salutis eorum solent praedicare defectum culturae suae et idolorum ruinam quatenus (quatinus *B*) praescii uideantur quod in singulis regnis aut locis uenturum sit et quod (quid *γ*) aduersi suae factioni contingere possit quod etiam illi qui gentilium historias legunt non ignorant“ ***in mg. m. 2 B et in γb*** 15 si iam] suā *S*¹ iam *om. FMWY* in mente *Ch*¹ temporum *F* et simulacrorum *om. Ch* et] aut *Wbd* 16 dei summi prophetae *M* 17 dixerant *M* promiserant *S* sedapis *Ch*¹

hoc de proximo prodidit, ut suam quasi diuinitatem recedens uel fugiens commendaret?

VII. Fugantur enim isti uel etiam iussis superioribus conligati abstrahuntur et alienantur a locis suis, ut de rebus, quibus dominabantur quibusque colebantur, fiat uoluntas dei, qui hoc tanto ante per omnes gentes futurum esse praedixit et, ut per suos fideles fieret, imperauit. cur autem hoc non sineretur daemon praedicere, cum sibi iam praenosceret inminere, cum haec praedictio et prophetis adtestaretur, a quibus sunt ista conscripta, et prudentibus daretur intellegi, quam uigilanter esset daemonum cauenda fallacia cultusque fugiendus? qui cum ante per tam longum tempus in templis suis haec futura tacuissent, quae per prophetas praedicta ignorare non possent, posteaquam adpropinquare coeperunt, uoluerunt ea quasi praedicere, ne ignari uictique putarentur. cum igitur tam longe ante praedictum esset atque conscriptum, ut alia interim taceam, illud, quod Sophonias propheta dicit: praeualebit dominus aduersus eos et exterminabit omnes deos gentium terrae, et adorabunt eum unusquisque de loco suo, omnes insulae gentium, aut non credebant ista sibi euentura, qui in templis gentium colebantur, et haec ideo per suos uates ac fanaticos frequen-

17 Sophon. 2, 11

1 hoc *om. W* prodit *FY* recidens γ 3 enim] etiam *S* uel *om. M* etiam] et *M* 4 abs›trahuntur *Ch* abstruduntur *S* 5 in quibus *Bγ* dominabantur quibusque *om. Bγ* quibusque colebantur *om. Ch* dei *om. M* 6 tantu Ch^1 gentes *om. S* 7 fideles suos *C* non hoc *W* 8 praedicare *W* praenoscerent *S* 9 ex prophetis *S* a prophetis MCh^2b adtestarentur *corr. m. 2 Ch* a *om. M* 10 sunt *om. S* cūscripta *F* et *om. M* datur (ur *in ras.*) *Ch* daret *CFSEγ* quam] quod *MW* 11 essent *S* cauenda *om. C* 12 qui] quod *M* per tam] portā S^1 13 futura—praedicta *om. Ch* per *s. l. m. 2* γ 14 possint *Bγ* appropinquante *W* propinquare *Ch* 15 putarentur] uiderentur *S* cum] cur *M* 16 tam] cause *M* 17 interim] iterum *M* praeualeuit *Ch* 18 eos] eos omnes *MW* eas S^1 exterminauit *Ch* 21 uentura *MW* 22 hoc ideo *M* ideo haec *bd* phates *M* anatico Ch^1

tare noluerunt — sicut eorum poeta Iunonem inducit non omni modo credentem, quae de Turni morte Iuppiter dixerat: Iuno autem ab istis potestas aeria praedicatur, quae apud Virgilium sic loquitur:

> nunc manet insontem grauis exitus, aut ego ueri
> uana feror. quod ut o potius formidine falsa
> ludar et in melius tua, qui potes, orsa reflectas! —

aut ergo ista sibi, quae per prophetas praedicta nouerant, posse accidere daemones, hoc est potestates aeriae, dubitabant et propterea praedicationem eorum celebrare noluerunt — et hinc intellegendum est quales sint — aut, cum ea uentura certissime scirent, ideo per sua templa tacuerunt, ne iam tunc inciperent ab hominibus intellegentibus deseri atque contemni, quod de templorum et simulacrorum suorum futura euersione eis prophetis adtestarentur, qui eos coli prohibebant. nunc uero, posteaquam tempus aduenit, quo conplerentur uaticinia prophetarum dei unius, qui istos falsos deos dicit et. ne colantur, uehementissime praecipit, cur non hoc etiam ipsi completum praedicere sinerentur, unde clarius adpareret eos haec antea uel minime credidisse uel suis cultoribus enuntiare timuisse, in fine autem, tamquam nihil amplius habentes

5 Verg. Aen. 10, 630—632

1 noluerunt *M* 2 iupiter *BSMWYbd* 3 aeria potestas *C* aerea *MS*^{1} aerię *Ch* dicatur *Ch* 5 insontem manet *M; post* insontem *seqq. in M:* quod ut ex primo libro uirgilū cū eū potius formidine falsa laudaret 6 quo *C* ut] tu *C* ut o] tute *Ch* post *W* formidinē falsā *SW* 7 ludar et] luderet *ChCE* daret qui *W* ludiret *F*^{1} laudaret *S*^{1} qui *om. W* reflectes *S* 8 sibi ista *C* quae *om. S* 9 aut posse *M* accidere posse *W* accedere *Ch* potestatis *Ch* aereae *SM* dubitant *F*^{1} 10 praedictionem *BCFMSWYbd* celebr *Ch*^{1} celare *C* et—sint *om.* γ, *del. assig. in B* 12 certissima *Y* 14 et] atque *Sbd* futurā euersionē *ChCE* 15 prophete *Cb* a prophetis *B* attestaretur *W* attestarentur *B*γ prohibeant *M* 16 postea quomodo *MW* 17 d̄s *Ch* deos falsos *Cbd* dicit et] esse docens *F* docens *Y* 18 prȩcepit *FY* quur *Ch* et *M* 19 completum compertum *CBMSWYEbd* cūpertum *F* unde] ut inde *BCFMSWYE*^{1}*bd* apparerent *MW* 21 habentes amplius *MWbd*

quod agerent, etiam ibi uoluisse suam ostendere diuinationem, ubi iam produntur diu simulasse diuinitatem?

VIII. 12. Quod autem dicunt reliqui eorum cultores etiam suorum quibusdam libris haec praecognita contineri, quamquam ex rebus inpletis conficta putanda sint, quae in eorum templis tam longo antea tempore populis eorum, si uera essent, innotescere debuerunt, sicut nostra non solum in ecclesiis nostris, uerum etiam — quod ad grauius testimonium contra omnes inimicos ualet — in iudaeorum synagogis antiquissima et notissima recitantur: tamen nec ipsa ista, quae ab eis uix raro et clanculo proferuntur, mouere nos debent, si cuiquam daemonum extortum est id prodere cultoribus suis, quod didicerat ex eloquiis prophetarum uel ex oraculis angelorum. quod cur non fieret, cum et ista non sit oppugnatio, sed adtestatio ueritatis? illud enim, quod solum ab eis flagitandum est, nec umquam antea protulerunt nec umquam postea nisi forte confictum proferre conabuntur, aliquid deos suos per uates suos contra deum Israhel ausos fuisse praedicere aut dicere. de quo deo doctissimi eorum auctores, qui omnia illa legere ac nosse potuerunt, magis quaesierunt, quis deus esset quam deum negare potuerunt. porro autem deus iste, quem nullus eorum negare ausus est uerum deum, qui

1 ibi etiam *MW* suam *om. M* ostentare *BCFMSWYEγbd* diuinationem] diuinitatem *Bγ* 2 diuinationem *Bγ* 5 completis *S* confecta *Bγ* 7 essent *om. W* nostra] e contra (e *s. l. m. 2*) *S* 8 testamentum *C* 9 sinagogis *ChCFM* 10 ista ipsa *BCFS²WYγbd* istis *S¹* 11 eis] his *γ* clangulo *Ch¹* pronuntiantur *S* moere *Ch* 12 exortum *CMWS¹* prouidere *MW* 13 angelorum ex oraculis *MW* 14 non *pr. om. S* oppugnatio] opinatio *FMWY* 15 adtestatio] altercatio (*s. l. m. 2*) *B, γ* ab ipsis fanaticis flagitandum est *Bγb* 16 est *om. C* numquam *S* antea—umquam *om. CE* 17 conferre *S* deos] eos *S* 18 suos *om. S* per uates suos *s. l. Ch* dominum *S* ausus *Ch* praedicere fuisse *bd* 19 aut] ac *S* aut dicere *s. l. al. m. Ch* actores *W* doctores *M* quia *MW* 20 putauerunt *Ch* magis—potuerunt *in mg. m. ant Ch, om. W* quesiuerunt *BCFYγ cum uoce* quis *incipit cod. V* 21 quem *Ch* deum *om. Ch* 22 istum *S* qui et] quia *CV* quia et *FSEγ*

et si negaret, non solum subiaceret debitis poenis, uerum etiam certis conuinceretur effectis: iste ergo deus, quem nemo, ut dixi, illorum negare ausus est uerum deum, illos falsos esse deos et omnino deserendos eorumque templa et simulacra euertenda per suos uates, hoc est prophetas, aperta denuntiatione praedixit, aperta potestate praecepit, aperta ueritate conpleuit. unde quis usque adeo desipiat, qui non eum potius colendum eligat, quem coli non prohibent, quos colebat? quem procul dubio cum colere coeperit, illos utique non est culturus, quos prohibet coli quem colit.

VIIII. 13. Quod autem ipsum essent culturae gentes exterminatis diis falsis, quos antea colebant, a prophetis eius esse praedictum paulo ante commemoraui et nunc repeto. praeualebit, inquit, dominus aduersus eos et exterminabit omnes deos gentium terrae, et adorabunt eum unusquisque de loco suo, omnes insulae gentium. neque solae insulae, sed ita omnes gentes, ut etiam omnes insulae gentium, quandoquidem alibi non insulas nominat, sed uniuersum orbem terrarum dicens: commemorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae, et adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium, quoniam domini est reg-

13 Sophon. 2, 11 19 Ps. 21, 28. 29

1 negarent *Ch* subiacere *V* pęnis *V* 2 certis *om. M* cūuinceretur *F* effectibus *BCFMWYbd* iste] ille *V* ipse *m. 2 ex* inse *Ch* 3 illorum ut dixi *S* illorum (il *ex* h ?) *Ch* ausus est negare *bd* 4 simulagra *Ch*[1] *post* simulacra *add.* et sacra *BCFMV WYγbd* 6 aperta—praecepit *in mg. m. 2 Ch* poteste *Ch* 7 quis usque] quisque *S* desipiet *S* desipit *V* et potius *Ch* potius eum *bd* ēpotius *S* 8 nolendum *Ch* colendus ut *S* prohibunt *M* et colebat *bd* et colebant *MW* colebant *Y* 9 cęperint *M* utique *om. M* 10 colīturus *S* colet *Ch* 11 colīturae *S* 12 dis *Ch*[1] ante *S* ęęeius ee (*exp. m. 2*) *S* 14 inquid *Ch* et *om. S*[1] exterminauit *Ch*[1] 17 neque—gentium *in mg. B* neque enim *BCFSVYEγ* ita *om. S* 18 quandoquidem alibi non *om. W* 19 nominauit *C* 20 conuertuntur *B* 21 adorabunt eum *CE* eus *C* uniuers *W* omnes (e *ex* i *m. 2*) *Ch* 22 patriae] familię patriae *F* fame (e *s. l.*) *W* est] et *M*

num, et ipse dominabitur gentium. haec autem per Christum fuisse conplenda et aliis pluribus testimoniis et in eodem ipso psalmo, unde hoc commemoraui, satis adparet. cum enim paulo superius futuram passionem suam per prophetam ipse loqueretur dicens: foderunt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea; ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me. diuiserunt sibi uestimenta mea, et super uestimentum meum miserunt sortem, paulo post infert illud, quod posui: commemorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae et cetera. quamquam et illud testimonium, quod prius adhibui, ubi dictum est: praeualebit dominus aduersus eos, et exterminabit omnes deos gentium terrae, in eo, quod positum est 'praeualebit', satis ostenditur etiam hoc praenuntiatum, quod pagani prius oppugnaturi essent ecclesiam nomenque christianum, quantum ualerent, persecuturi, ut, si fieri posset, de terra omnino deleretur. et quia eos patientia martyrum et magnitudine miraculorum et consequente fide populorum erat superaturus, ideo sic dictum est: praeualebit dominus aduersus eos. non enim diceretur: praeualebit aduersus eos, nisi oppugnando illi resisterent. unde et in psalmo ita prophetatum est: ut quid fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? adstiterunt reges

5 Ps. 21, 17—19 10 Ps. 21, 28. 29 13 Sophon. 2, 11 20 Sophon. 2, 11 23 Ps. 2, 1. 2. 7. 8

1 ipse *om. M* 2 pluribus] plurimis *F om. W* et *om. S* 4 futurum *Ch*^{1} suam *om. MW* 5 loquitur *SVE* 6 meos *om. V*γ 8 uestem meam *fin. BCMSW*γ*bd* 10 posuit (t *exp. m. 2*) *F* 11 et cetera *om. CM* 12 per illud *bd* illut *Ch* adhibui] posui *C* ubi *om. S* 14 in eo—praeualebit *om. CE* 15 hoc etiam *bd* 16 prius *om. W* prius oppugnaturi] qui obpugnaturi *S* 17 persecutori *Ch* 18 omnino de terra *Cbd* deleturi *CE* eos] hi *S* 19 et *om. V* *post* miraculorum *sequitur* erat superaturus *in bd, quae uocab. om. S* consequenti *C* consequenter *S* fidei *S* 21 et aduersus *M* non—eos *om. CMWE* praeualebit dominus *V* 22 oppugnandi *F* illis *V* 23 psalmos *Ch* 24 adsteterunt *Ch*^{1} astiterunt *CBMVWY*γ*bd*

terrae, et principes conuenerunt in unum aduersus dominum et aduersus Christum eius. et paulo post dicit: dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae. ecce unde dictum est et in alio psalmo, quod superius interposui: commemorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae. his atque huius modi propheticis documentis praedictum ostenditur, quod uidemus inpleri per Christum, futurum fuisse, ut deus Israhel, quem unum uerum deum intellegimus, non in una ipsa gente, quae appellata est Israhel, sed in omnibus gentibus coleretur et omnes falsos deos gentium et a templis eorum et a cordibus cultorum suorum amoliretur.

X. 14. Eant nunc isti et adhuc contra christianam religionem, contra uerum dei cultum uanitates pristinas defensitare audeant, ut cum strepitu pereant. nam et hoc de illis praedictum est in Psalmis dicente propheta: sedisti super thronum, qui iudicas aequitatem. increpasti gentes, et periit inpius; nomen eorum delesti in aeternum et in saeculum saeculi. inimici defecerunt frameae in finem, et ciuitates eorum destruxisti: periit memoria eorum cum strepitu. et dominus in aeternum manet. necesse est ergo, ut inpleantur haec

7 Ps. 21, 28 18 Ps. 9, 5—8

3 dominus—tu *in mg. m. 2 B* 4 postola *Ch*^{1} 5 terminos] fines *BS* 7 conuertuntur γ 8 his atque] hisque γ 10 implere *S*^{1} impletum *M* 11 unum] unum deum *V* deum uerum *SW* ipsa *om. C* 12 appellatur *C* 13 deos falsos *FY* 14 amolirentur *Ch* moliretur *V* aboleretur *S* amoueretur *CE* demoliretur *bd* amoue' (*in fine u.*) *M* 15 isti *om. MW* adhuc *om. MW* 16 et contra *bd* dm̄ *Ch*^{1} dei cultum] deum *V* defensare *V* 17 audeant ut *om. M* ut *om. FWY* illis] his *C* hoc praedictum *F* 18 psalmo *MVγbd* 20 delisti *Ch* 22 framea *Ch*^{1}*CVE* eorum *om. Ch*^{2}*BCFSMVYE* 23 periet *Ch* eorum *om. CE* strepitu] sonitu *S* 24 permanet *BMSWYγbd*

omnia; nec quod adhuc audent ipsi pauci, qui remanserunt, uaniloquas suas ostentare doctrinas et christianos tamquam inperitissimos inridere, moueri debemus, dum in eis inpleri ea, quae praedicta sunt, uideamus. ipsa quippe uelut inperitiae stultitia christianorum, quae humilibus et sanctis eiusque diligenter studiosis adparet excelsa et sola uera sapientia, ipsa, inquam, uelut stultitia christianorum eos ad istam paucitatem redigit, quoniam, sicut dicit apostolus, stultam fecit deus sapientiam huius mundi. deinde subiungit rem mirabilem, si quis intellegat, et ita sequitur: nam quoniam in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes; quoniam quidem Iudaei signa petunt et Graeci sapientiam quaerunt, nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis uero uocatis, Iudaeis et Graecis, Christum dei uirtutem et dei sapientiam; quoniam quod stultum est dei, sapientius est hominibus, et quod infirmum est dei, fortius est hominibus. inrideant ergo, quantum possunt, tamquam inperitiam et stultitiam nostram et iactent doctrinam et sapientiam suam. illud scio, quod isti inrisores nostri pauciores sunt hoc anno, quam fuerunt priore anno. ex quo enim fre-

8 I Cor. 1, 20—25 23 cf. Ps. 2, 1

1 omnia haec *bd* ne *V* non *Y* 2 doctrinas et christianos *om. M* et christianos] christianosque *CE* christianos *om. W* 3 irridere ea que *M* debemus moueri *MW* debemus] uideamus *V* ea impleri *C* 4 imperitia et stultitia (et stultitia *om. S*) *BCFMSVWYγbd* 5 quae—christianorum *in mg. m. 2 γ* in humilibus (in *m. 2*) *Sb* eiusque *CS*^{1} eius *MW* 6 et studiosis *Ch* studiosius *M* apparet et *V* 7 ipsa *V* ueluti *V* 8 redegit *CFSVYγbd* 9 mundi deus sapientiam huius *MW* 10 qui *V* ita] ista *S* 11 hic mundus *S* 12 deum] de' uni *W* dn̄ *V* 14 signa *om. S*^{1} quaerunt *om. Ch* 15 crucifixum] et hunc crucifixum *CE* 16 autem *s. l. m. 2 γ* 19 et —hominibus *om. MS* 20 quantum] qūo *S* 21 doctrinam nostram *S* 22 illud] iire *W* mire *M* 23 fuerant *V*

muerunt gentes, et populi meditati sunt inania aduersus dominum et aduersus Christum eius, quando ab eis fundebatur sanguis sanctorum et uastabatur ecclesia, usque ad hoc tempus et deinceps cotidie minuuntur. nos autem aduersus eorum obprobria et superbas inrisiones fortissimos reddunt oracula dei nostri, quae de hac quoque re uidemus et gaudemus inpleri. sic enim loquitur propheta: audite me, qui scitis iudicium, populus meus, in quorum corde lex mea est; obprobrium hominum nolite metuere, et detractatione eorum ne superemini, nec quod uos spernant, magni duxeritis. sicut enim uestimentum ita per tempus absumentur et sicut lana a tinea comedentur, iustitia autem mea in aeternum manet. legant tamen haec nostra, si dignantur. cum ad nos contradictiones eorum peruenerint, quantum dominus adiuuat, respondebimus.

7 Es. 51, 7. 8

4 cottidie *CSV* autem *om. W* 5 eorum *om. M* obpropria *Ch* obprobrium *FY* fortissima *S* reddant *V* reddimus *S* 6 nostra *M om.* γ *er. in B* quod *M om.* γ quoque *om. W* 7 loquitur] nos alloquitur *BCFMSVWYγbd* per prophetam *BCFMSVWYγbd* 8 iudicium] iustum *V* populo *C* mea] una *MW* est *om. BV* 9 obproprium *Ch* obprobria *CFMSWγ* detractionibus *Y* detractione *BCFMSVWγbd* 10 superbiemini *W* ne *Bγ* quod nunc *bd* uos *om. S* spernunt *Ch²MWbd* sperant *S* spernent *Y* 12 assumentur *WY* absumuntur *B* absumitur *M* comeditur *M* 13 manebit *M* 14 dignentur *bd* dignatur *M* cum] et cum *bd* cum autem *S* 15 adiuuat dominus *CE* adiubat *Ch¹* respondemus *S¹γ* amen *add. Ch* Explicit Aureli Augustini episcopi libro de diuinatione demonum *fol. 148ᵃ Ch* Explicit liber de diuinatione demonum *fol. 121 γ fol. 85ᵇ B 66 F* Explicit liber sci Augustini de diuinatione demonum *fol. 57ᵃ V fol. 17 C* Explicit liber Augustini de diuinatione demonum *fol. 80ᵃ M A codd. S fol. 63ᵇ Y fol. 162ᵃ W fol. 146ᵃ subscr. abest* Explicit liber de diuinatione doemonum *p. 265 E*

XIII.

S. Aureli Augustini

de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum episcopum.

B = codex Bruxellensis 10798 s. VIIII.
N = codex Bambergensis 68 s. VIIII.
T = codex Treuericus 160 s. VIIII.
I = codex Laudunensis 136 s. VIIII.
Z = codex Laudunensis 135 s. VIIII exeunt.
M = codex Montepessulanus 407 s. X.
K = codex Augiensis XCV s. X.
Y = codex Vaticanus 461 s. XI.
X = codex Regius 2833 s. XI.
E = codex Trecensis 1419 s. XI.
A = codex Metensis s. Arnulphi 229 s. XI.
φ = codex Vossii Leidensis 114 s. X.
F = codex Berolinensis 59 s. XI—XII.
R = codex Regius 1939 s. XII.
V = codex Vindobonensis 735 s. XIII.
β = codex Vossii Leidensis 49 s. XIII.
Ch = codex qui in oppido Charleville asseruatur n. 21 signatus s. XI.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a s. Mauro 1685.
Eug. = Eugippii excerpta ex operibus s. Augustini ed. P. Knoell.

XIII.

DE CVRA PRO MORTVIS GERENDA AD PAVLINVM.

I. 1. Diu sanctitati tuae, coepiscope uenerande Pauline, rescriptorum debitor fui, ex quo mihi scripsisti per homines filiae nostrae religiosissimae Florae, quaerens a me, utrum prosit cuique post mortem, quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepelitur. hoc enim abs te uidua memorata petiuerat pro defuncto in eis partibus suo filio et rescripseras consolans eam: idque etiam nuntians de cadauere fidelis iuuenis Cynegii, quod materno et pio affectu desiderauit, esse conpletum, ut scilicet in beatissimi Felicis confessoris basilica poneretur. qua occasione factum est, ut per eosdem perlatores litterarum tuarum etiam mihi scriberes, ingerens huiusce

2 Incipit liber sci Augustini epi ad Paulinum Nolensem (nolanum *E*) epm de cura pro mortuis gerenda *fol. 35ª T fol. 164ª R fol. 133 F, A. fol. 1 E, Ch* Incipit ad scm Paulinum de cura pro mortuis gerenda *fol. 79ᵇ N* Incipit liber de cura pro mortuis agenda ad Paulinum epm. liber Aurelii Augustini ad Paulinum Nolanum epm *fol. 17ª* ϙ Incipit liber sci Augustini ad Paulinum *fol. 62ᵇ K* Incipit beati Aurelii Augustini epi de cura gerenda pro mortuis ad Paulinum epm *fol. 98ᵇ I fol. 68ª Z* Incipit de cura pro mortuis gerenda liber unus ad Paulinum epm *fol. 164 Y* Incipit liber sci Augustini de cura pro mortuis gerenda *fol. 153ᵇ V* De cura pro mortuis gerenda uel quibus sacrificium prosit aut locus martirum in quo quispiam sepelitur. Ex libro de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum epm *fol. 54ᵇ X* 3 sanctitatis *K*ϙ coepyscope *K* paulinę *T;* pauline sanctitati tuę (*sic iungitur*) *F* 4 rescribtorum *NB*¹ scriptorum ϙ scripsisti *om.* ϙ 5 religiosissime ḍẹbiṭọr *T* 6 cuique] alicui *V* memoriã sci alicuius β 8 defuncto*** (rum *er.*) ϙ filio suo *Bβbd* 9 id̃ ϙ etiam *om. V* nontians *I*¹ cadabere (b *pro* u *semper fere*) *N* cauere *Y*¹ 10 cenegii *V* cinegii β pio] ipso *Ch* 12 perlaṭatores *T* 13 huius modi *B*

modi quaestionem, atque ut responderem quid inde mihi uideretur, exposcens nec tacens ipse quid sentias. nam dicis uideri tibi non esse inanes motus animorum religiosorum atque fidelium pro suis ista curantium. adiungis etiam uacare non posse, quod uniuersa pro defunctis ecclesia supplicare consueuit, ut hinc et illud conici possit, homini prodesse post mortem, si fide suorum humando eius corpori talis prouideatur locus, in quo appareat opitulatio etiam isto modo quaesita sanctorum.

2. Sed cum haec ita sint, quomodo huic opinioni contrarium non sit quod dicit apostolus: omnes enim astabimus ante tribunal Christi, ut ferat unusquisque secundum ea quae per corpus gessit, siue bonum siue malum, non te satis uidere significas. haec quippe apostolica sententia ante mortem admonet fieri quod possit prodesse post mortem, non tunc, quando iam recipiendum est quod quisque gesserit ante mortem. uerum haec ita soluitur quaestio, quoniam quodam uitae genere adquiritur, dum in hoc corpore uiuitur, ut aliquid adiuuent ista defunctos, ac per hoc secundum ea quae per corpus gesserunt eis quae post corpus religiose pro illis facta fuerint adiuuantur. sunt enim, quos nihil omnino

11 II Cor. 5, 10

1 inde responderem β mihi inde *B* inde *om. F*β 2 uidetur *IZMACh* sentio *B* Scripsisti mihi quęrens a me utrum prosit cura post mortem quod corpus eius apud sci alicuius memoriam sepeliretur et cetera. nam dicis *sqq. X* 3 tibi uideri β 4 ita *K* etiam *om.* β uocare *ZI*^{1} 6 hinc et illud] illud hi *X* potest *Ch* prodesse *om. F* 7 suorum parentum *E* 8 oppitulatio φ 10 oppinioni φ 11 non *om. B* ait apostolus *KEXVYAChF*βφ*Eug* apostolus ait *T* adstauimus *N* adstabimus *MAY*φ*Ch* 12 uti *T* ne *Y* eferat *T* referat *IZMEXY*φ ••ferat *F* 13 per *om.* β malum sit *T* 15 ammonet *NKFX*φ post mortem possit prodesse *TE* posse *Ch*^{1} *om.* β 16 est iam *A* accipiendum iam *E* iam *om. TMFXYAK, s. l. B, post* est *Ch* 17 ita *s. l. B* 18 quoddam φ genere uitę β 19 aliquit φ adiubent *K*^{1} ac per] atque *X* haec *X* ea—eis *om. X* 20 per *om. V*^{1} eis quae] eisque *MAT*^{1} religiosae *NM* religiosissime β 21 adiuuabunt *N* omnino nihil β adiuuant omnino *E*

adiuuant ista, siue pro eis fiant, quorum tam mala sunt merita, ut nec talibus digni sint adiuuari, siue pro eis, quorum tam bona, ut talibus non indigeant adiumentis. genere igitur uitae, quod gessit quisque per corpus, efficitur, ut prosint uel non prosint, quaecumque pro illo pie fiunt, cum reliquerit corpus. nam meritum per quod ista prosint, si nullum conparatum est in hac uita, frustra post hanc quaeritur uitam. ita fit, ut neque inaniter ecclesia uel suorum cura pro defunctis quod potuerit religionis inpendat et tamen ferat unusquisque secundum ea quae per corpus gessit, siue bonum siue malum reddente domino unicuique secundum opera eius. ut enim hoc, quod inpenditur, possit ei prodesse post corpus, in ea uita est adquisitum, quam gessit in corpore.

3. Poterat inquisitioni tuae sufficere mea breuis ista responsio; sed quae alia moueant, quibus respondendum existimo, parumper adtende. in Machabaeorum libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium. sed et si nusquam in scripturis ueteribus omnino legeretur, non parua est uniuersae ecclesiae quae in hac consuetudine claret auctoritas, ubi in

10 cf. II Cor. 5, 10 17 cf. II Macch. 12, 43

1 adiuuent *N* ista *om. A* sunt *s. l. K* 2 neque *bd* tabulis (*s.* bulis *add.* libus) *K* sc̄ β meritis adiuuari his *X Eug* 3 bona sunt *Eug* indigent *Ch* 4 quam *V* 5 possint *V* quae *X* piae *N om. V* 7 uitae *F* frustra quaeritur post hanc uitam *bd* 9 poterit *F* impendit A^1 tamen *om. TM* 10 quae *om.* β gessit per corpus *BTMAFKYCh* per *om. V* 11 deo reddente *V*β domino] deo *NFRX*φ *om. Y* 12 eius] sua *N*β 13 corpus] caro *Y* mortem *V* adquisitum est βφ*bd* 14 *cum uoce* corpore *finitur X* 15 mea] lea β ista breuis φ 16 quae] quia *NTEFAVRM*βφ*Ch* alia me *ACh* mouent *ERV*βCh^2 monent *F* moueat *N* mouebant φ 17 macchabaeorum *NIKME* machabeorum *F*φ*Ch* libro φ legib; β 18 sed *om. MACh* et *om. F* in scripturis ueteribus *om. F* 19 ueteribus *om. Ch*^{1} legitur *K* legeretur omnino in scripturis ueteribus *F* non—ubi in *om. MACh* est—quae in *om. TF* uniuersa φ 20 mansuetudine *B* claret *in ras. T* daret βφ auctoritati φ

precibus sacerdotis quae domino deo ad eius altare funduntur locum suum habet etiam commendatio mortuorum.

II. Sed utrum aliquid prosit animae mortui locus corporis sui, operosius inquirendum est. ac primum utrum intersit aliquid ad inferendam uel augendam miseriam post hanc uitam spiritibus hominum, si eorum corpora sepulta non fuerint, non secundum opinionem utcumque uulgatam, sed potius secundum religionis nostrae sacras litteras est uidendum. neque enim credendum est, sicut apud Maronem legitur, insepultos nauigando atque transeundo inferno amne prohiberi, quia scilicet

> nec ripas datur horrendas et rauca fluenta
> transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.

quis cor christianum inclinet his poeticis fabulosisque figmentis, cum dominus Iesus, ut inter manus inimicorum, qui eorum corpora in potestate haberent, securi occumberent christiani, nec capillum capitis eorum adserat periturum, exhortans ne timeant eos, qui cum corpus occiderint, amplius non habent quid faciant? unde in primo libro de 'Ciuitate dei' satis, quantum existimo, sum locutus, ut eorum dentem retunderem, qui barbaricam uastitatem, praecipue quam nuper Roma perpessa est, christianis temporibus inputando etiam

12 Verg. Aen. 6, 327. 328

1 praecibus *M*φ quod φ altare eius β 3 prosit aliquid *NV* aliquid *om. B* locu *T* loci *Y* 4 operiosius *VCh* aliquid intersit *T* 5 inferenda *Y* auferendam *F* augenda φ 8 sacris (i *s.* a) *K* litteris *K* 9 aput *T* 10 insepulta ossa φ a nauigando *NKEVY*β*bd* nauigandoș *M* inferni *IZE* amne] aie *V* amone *I* anne K^1R^1 11 scilet *Y* 12 et] nec *bd* 13 quieuerint *NBEFV* quieuerunt *TYACh* quierint βφ quieŕ (*sed* ŕ *exp. et* rint *suprapos.*) *K* quieu̯erint *M* 14 cor *post* inclinet *s. l. m. 2 A, om. Ch* hiis *V* atque fabulosis β 15 ut *om. RMA* inimicorum manus *bd* 16 ut securi *BMCh*, (*s. l.*) *A* 17 asserit φ exortans *TMEKFV*βφ*Ch* 18 neç *K* eos—*626, 22* sustulerunt *om. Y* cum *om.* φ 19 habeant *V* quod *N*φ in *om. Ch* 20 quantum] ut *s. l. N* 21 quae praecipue *M* praecipue] p̄bu̯erę (*exp. m. 2*) *A, om. Ch* quam *om. M*

id obiciunt, quod suis illic non subuenerit Christus. quibus cum responsum fuerit animas fidelium pro suae fidei meritis ab illo fuisse susceptas, insultant de cadaueribus insepultis. totum itaque istum de sepultura locum uerbis talibus explicaui.

4. 'At enim in tanta, inquam, strage cadauerum nec sepeliri potuerunt. neque istud pia fides nimium reformidat, tenens praedictum nec absumentes bestias resurrecturis corporibus obfuturas, quorum capillus capitis non peribit. nullo modo diceret ueritas: nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, si quidquam obesset futurae uitae quidquid inimici de corporibus occisorum facere uoluissent. nisi forte quispiam sic absurdus est, ut contendat eos, qui corpus occidunt, non debere timeri ante mortem, ne corpus occidant, et timeri debere post mortem, ne corpus occisum sepeliri non sinant. falsum est ergo quod ait: qui corpus occidunt et postea non habent quid faciant, si habent tanta, quae de cadaueribus faciant? absit, ut falsum sit quod ueritas dixit. dictum est enim aliquid eos facere, cum occidunt, quia in corpore sensus est occidendo,

5 cf. De ciu. dei I 12. 13 8 cf. Luc. 21, 18 9 Matth. 10, 28 16 Luc. 12, 4

1 obiciunt illic suis quod *E* illic *om. B* 2 cum *om. MA*[1] fuerat *M* fidei suae *Tbd* suae *om. V* fidaei *K* 3 de *er. I* 4 explicabam φ 5 at enim *om.* φ inquam in tanta β strage] stare *T* cadauera *E* sepelire ñ potueř β 6 neque istud] nequeṣtụ (*supra* ṣtụ *add.* ista) *K* istuc *ACh* id nimium pia fides β tenentes β 7 absummentes φ adsumentes *Ch*[1] resurrecturi *V* corporis *V* 8 capillus *in mg. V* capitis *om. B* capitis ṃẹị *A* nullo] nec ullo *Vbd* 9 eos *om. V* 10 quisquam *VT*[1] quicquam *ChBNEMAKF*β 11 uitae futurae *bd* quicquid *ChTNIKMEF*β̣φ 12 si *MACh* quispiam (pi *in ras.*) *IN* ita β absurdū *A*[1] 13 non—occidant *om. KCh*[1] timere *T* nec β 14 et—occisum *repetita del.; sed* occidant *pro* occisum *T* 15 est *om. K* ergo est *ACh* hoc quod *Ch* ait Christus *bd; etiam apud Dombart* x̄ps *A*[1]*K*[1] *om.* 16 postea] post hęc *E* habeant *F* qui *K* quod φ faciunt *K* 17 si—faciant *om. TKMAFCh* apsit φ absit autem *K* 18 ut] ne *BTMAChV*β, (ut *supra* ne *pos.*) *F*

postea uero nihil habere quod faciant, quia nullus sensus est in corpore occiso. multa itaque corpora christianorum terra non texit, sed nullum eorum quisquam a caelo et terra separauit, quam totam inplet praesentia sui, qui nouit unde resuscitet quod creauit. dicitur quidem in psalmo: posuerunt mortalia seruorum tuorum escam uolatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae; effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Hierusalem, et non erat qui sepeliret, sed magis ad exaggerandam crudelitatem eorum, qui ista fecerunt, non ad eorum infelicitatem, qui ista perpessi sunt. quamuis enim haec in conspectu hominum dura et dira uideantur, sed pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. proinde ista omnia, id est curatio funeris, conditio sepulturae, pompa exequiarum, magis sunt uiuorum solacia quam subsidia mortuorum. si aliquid prodest inpio sepultura pretiosa, oberit pio uilis aut nulla. praeclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum, sed multo clariores in conspectu domini ulceroso illi pauperi ministerium praebuit angelorum, qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum, sed in Abrahae gremium sustulerunt. rident

5 Ps. 78, 2. 3 12 Ps. 115, 15 18 cf. Luc. 16, 19 sqq.

1 est sensus *T* 2 itaquę *T* cristianorum *Z* 3 quisquam a] quisquā *K* 4 seperauit *Ch* quę *E* tota *E* totum βφ sua *E*ę 6 escam—tuorum *om. IZ* escas βφ*Ch* uolatibus *V* 7 scotuorum ę 8 tamquam] sicut *NIZφ et Dombart 22, 18* iherusalem *F* ierusalem *V*βφ*bd* 9 est β exagerandam *N* execrandum *K* 10 credulitatem *K*¹ ad infelicitatem eorum *E* 11 infidelitatem *Ch* ita perspexi *F*¹ enim *om. E* hoc *V* uideantur in conspectu β 12 praetiosa *B* praeciosa *M* 14 pompę *F* pompe β pompa exequiarum] pompę quę earum *T* 15 exsequiarum *Kbd* mortuorum subsidia *F*β 16 praeciosa (s *er.*) φ 17 exsequias *Kbd* 18 fecit purpurato *N* illi—multo *in mg. IZ* famulorum exhibuit φ exhibuit *om. N* clariores multo *ACh* multi *K*¹ 19 clarior es* (t *er.*) φ 20 intel**lexerunt *A*¹ marmoreo *EF* 21 tumulo *EF* titulum *V* habrahae *IKM*φ habrae *E* gremium] sinum *TMAEChF*β tectum *V* extulerunt *F* rideant *E*

haec illi, contra quos defendendam suscepimus ciuitatem dei. uerum tamen sepulturae curam etiam eorum philosophi contempserunt. et saepe uniuersi exercitus, dum pro terrena patria morerentur, ubi postea iacerent uel quibus bestiis esca fierent, non curarunt, licuitque de hac re poetis plausibiliter dicere:

caelo tegitur, qui non habet urnam.

quanto minus debent de corporibus insepultis insultare christianis, quibus et ipsius carnis membrorumque omnium reformatio non solum ex terra, uerum etiam ex aliorum elementorum secretissimo sinu, quo dilapsa cadauera recesserunt, in temporis puncto reddenda et redintegranda promittitur!

III. 5. Nec ideo tamen contemnenda et abicienda sunt corpora defunctorum maximeque iustorum atque fidelium, quibus tamquam organis et uasis ad omnia bona opera sancte usus est spiritus. si enim paterna uestis et anulus ac si quid huius modi tanto carius est posteris, quanto erga parentes maior affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quae utique multo familiarius atque coniunctius quam quaelibet indumenta gestamus. haec enim non ad ornamentum uel adiutorium, quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis pertinent. unde et antiquorum iustorum funera offi-

7 Lucan. Phar. 7, 819 12 cf. I Cor. 15, 52

1 suscepimus defendendam *T* domini β 2 uerumptamen *V* illorum φ phylosophy φ contemserant *T* condempserunt K^1 3 uniuersus φ 4 uel—curarunt *om. TAFMYR¹Ch* 5 curauerunt *Bbd* 5 licuit *TAChMF* licuitque quae *Y* poetis de hac *Mbd* plausabiliter *IZ* 7 teagitur *K* urnam] urciam *V* urnam *in ras. Z* 9 carnis *om. F* 10 elementorum aliorum *E* 11 quod ilapsa *Y* quod dilapsa *B* quo illa ipsa φ 12 et—contemnenda *om. Y* et *om. ACh* retentegranda K^1 redintegrandaque *ACh* 13 condemnenda K^1 abitienda φ 14 atque] ac *bd* 15 tamquam *om. F* uasis et organis *V* sanctae *NB¹I* scs *MEFRVChβφb, er. T* 16 usus *Ch* spiritus] xps *I* ac] lac β 17 quantum *IZ* 18 ipsa corpora sp. sunt β spernanda (*s.* a *add.* e) *T* 22 antiquorum patrum *T* officiosa] cum *F*

ciosa pietate curata sunt et exequiae celebratae et sepultura prouisa, ipsique, cum uiuerent, de sepeliendis uel etiam transferendis suis corporibus filiis mandauerunt. et Tobis sepeliendo mortuos deum promeruisse teste angelo commendatur. ipse quoque dominus die tertio resurrecturus religiosae mulieris bonum opus praedicat praedicandumque commendat. quod unguentum pretiosum super membra eius effuderit atque hoc ad eum sepeliendum fecerit. et laudabiliter commemorantur in euangelio qui corpus eius de cruce acceptum diligenter atque honorifice tegendum sepeliendumque curarunt. uerum istae auctoritates non hoc admonent, quod insit ullus cadaueribus sensus, sed ad dei prouidentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoque mortuorum pertinere significant propter fidem resurrectionis astruendam. ubi et illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro elemosynis, quas uiuentibus et sentientibus exhibemus, si neque hoc apud deum perit, quod exanimis hominum membris officii diligentiaeque persoluitur. sunt quidem et alia, quae sancti patriarchae de corporibus suis uel condendis uel trans-

2 cf. Gen. 23; 25, 9. 10; 47, 30 3 cf. Tob. 2, 9; 12, 12 5 cf. Matth. 26, 7 sqq. 9 cf. Ioh. 19, 38 sqq. 18 cf. Gen. 47, 30; 50, 25

1 cum pietate *E* et *om. E* exequae I^1 sepultara *Y* 2 conuiuerent *K* dum uiuerent *Dombart. p. 23, 27* etiam *om. V* 3 tobias TB^2Y^2EFVbd tobi*s M* tobis φ 5 tertia *EY* religiosum *N* religiose *IK* 6 opus bonum *E* 7 ungentum *M* praetiosum *K* praesiosum φ eius membra *F* 8 sepeliendum fecerit eum *N* sepeliendum eum *TV* fecerat *TMACh* commemorat *K* 9 euuangelio *T* euangelio quoque φ 10 curraꝝ β 11 istae *in mg. T* hoc non *V* ammonent *NKMF* 12 dei *om. ACh* etiam placent β 13 pietatis *om. V* ad corpora *E* 14 fidem *om.* V^1 adstruendam *ChNI* $ZEYM^1$φ asstruendam TK^2 adinstruendam K^1 salubriter illud β 15 dicitur *K*β discutitur *BTMYAF* elemosynis *BNIM* elemosinis *TEV*β*YFACh* elimosinis φ elymosinis *ZK* 16 exibemus *FV* 17 hęc *F* pereunt *F'* quę *F'* brębris I^1 18 offitii *T* officio *ME* officia *AFCh* diligentiaque *ME* persoluuntur *EF'* 19 corporibus suis *post* transferendis *leg. in E* uel *om. E* condiendis *ChBTIZMYAF* cond*endis *R*

ferendis prophetico spiritu dicta intellegi uoluerunt; non autem hic locus est, ut ea pertractemus, cum sufficiant ista quae diximus. sed si ea quae sustentandis uiuentibus sunt necessaria, sicut uictus et amictus, quamuis cum graui afflictione desint, non frangunt in bonis perferendi tolerandique uirtutem nec eradicant ex animo pietatem, sed exercitatam faciunt fecundiorem: quanto magis, cum desunt ea, quae curandis funeribus condendisque corporibus defunctorum adhiberi solent, non efficiunt miseros in occultis piorum sedibus iam quietos! ac per hoc, quando ista cadaueribus christianorum in illa magnae urbis uel etiam aliorum oppidorum uastatione defuerunt, nec uiuorum culpa est, qui non potuerunt ista praebere, nec poena mortuorum, qui non possunt ista sentire'. haec est mea de sepulturae causa atque ratione sententia. quam propterea ex alio libro meo in istum transtuli, quia facilius hoc a me recenseri potuit, quam id ipsum alio modo eloquendum fuit.

IIII. 6. Quod si uerum est, profecto etiam prouisus sepeliendis corporibus apud memorias sanctorum locus bonae affectionis humanae est erga funera suorum, quoniam, si nonnulla religio est, ut sepeliantur, non potest nulla esse,

2 hoc loco *T* est *om.* *TEAMB*^{1}*Ch* ut] et *T* pertractem *Y* cum] intenditur cum *EF* ista] ea β 3 sed *om.* *M* si *om.* *TAV*^{1}*Ch* sustendandis (dan *s. l.*) *A*, *Ch*^{1}β 4 amictusque *E* quę quamuis *F*' 5 perferendis *N* perfruendi *Y* tolerandisque *N* 6 exercitatem *IKV* excitatam *MAEB*^{1}*Ch* exercitata *Y* faecundiorem *N* 7 quae condiendis corporibus atque curandis funeribus *N* de curandis φ 8 de condendisque *K* condiendisque *BIZAFEMCh* colendisque *V* solent *om.* *TMAB*^{1}*Ch* 9 ocultis *K* priorum *BM* 11 illam *N* magna *K* aliorum *om.* *T* opidorum *A*β 12 poterunt *Y* 13 praebere—ista *om.* *MACh* mortuorum poena *bd* potuerunt *BTKYEFVR*β possint φ 14 sepultura *BMACh* 16 recensiri *Y* ab alio *BTMA* 17 fui *I* 18 etiam] etiam loaton *ACh* prouisus itaque *X qui hic incipit* 19 memoriam *ChTVXEMKF*Aβφ *Eug* bene φ 20 est humanae *T* ųęl ḥųmąnę hominū est *E* nonnula] nulla *V* 21 ut *om.* *V* sepelliantur *Y* ulla *NZ*^{1} esse *om.* *N*^{1}

quando ubi sepeliantur adtenditur. sed cum talia uiuorum solacia requiruntur, quibus eorum pius in suos animus adpareat, non uideo quae sunt adiumenta mortuorum nisi ad hoc, ut, dum recolunt, ubi sint posita eorum quos diligunt corpora, eisdem sanctis illos tamquam patronis susceptos apud dominum adiuuandos orando commendent. quod quidem facere possent, etiamsi talibus locis eos humare non possent. sed non ob aliud uel 'memoriae' uel 'monumenta' dicuntur ea quae insignite fiunt sepulcra mortuorum, nisi quia eos, qui uiuentium oculis morte subtracti sunt, ne obliuione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam reuocant et admonendo faciunt cogitari. nam et 'memoriae' nomen id apertissime ostendit et 'monumentum' eo quod moneat mentem, id est admoneat, nuncupatur. propter quod et Graeci μνημεῖον uocant, quod nos memoriam seu monumentum appellamus, quoniam lingua eorum memoria ipsa, qua meminimus, μνήμη dicitur. cum itaque recolit animus, ubi sepultum sit carissimi corpus, et occurrit locus nomine martyris uenerabilis, eidem martyri animam dilectam commendat recordantis et precantis affectus. qui cum defunctis a fidelibus carissimis exhibetur, eum prodesse non dubium est his, qui

1 talia] alia *Y* 2 suos] suorum *IZ* ąmiçǫș (*in mg. m. 2* animus) *T* 3 sint *ChNVXEKYAF*βǫ *Eug* 4 ut *om.* β quos] quę *F'* diligentur β 5 susceptis β*Ch* 6 deum β adiuuando et orando *EFV*β 7 possint *TMYB*[1] possit *K*[1] 8 possunt *K* ob *om. V* ab *Y* uel *alt. om. V* 9 dicentur β insignitae *BMCh* insigniter ǫ*NX Eug* sepulchra *BNIZMK*φ 10 morte *om.* β 11 subtraantur *FX* memoria *Y*φ 12 ammonendo *BKY*φ nomine *BMF* id *om. F* 13 ostenditur *F* et mentem *BM* 14 id est—nuncupatur *om. F* ammona *Ch*[1] noncupatur *X* grȩcę ǫ greci *T* 15 MNEMION *E* mnemion *KBNV*β MNEMIN (MI s. *ras.*) *TF* mnemio *R* mnimion *Y* ornę *X* MNHMHN *IZ* MEKEMION *ChA om. M* anaeizant (i s. *l.*) φ seu] uel *V* monimentum *T* 16 quã *FX* 17 mneme *BN* MNEME *TYF* MNMH *IZ* MENIMA *ACh* mneme (*super init.* m *add.* a) *V* neme *K* memonion ǫ ne *X*, *om. M* 18 corpus carissimi β locus et nomen *X* 20 ac fidelibus *KV* 21 exibetur *TMEV* hiis *V*β iis *bd*

cum in corpore uiuerent, talia sibi post hanc uitam prodesse meruerunt. uerum et si aliqua necessitas uel humari corpora uel in talibus locis humari nulla data facultate permittat, non sunt praetermittendae supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in christiana et catholica societate defunctis etiam tacitis nominibus eorum sub generali commemoratione suscepit ecclesia, ut quibus ad ista desunt parentes aut filii aut quicumque cognati uel amici, ab una eis exhibeantur pia matre communi. si autem deessent istae supplicationes, quae fiunt recta fide ac pietate pro mortuis, puto, quod nihil prodesset spiritibus eorum, quamlibet locis sanctis exanima corpora ponerentur.

V. 7. Cum ergo fidelis mater fidelis filii defuncti corpus desiderauit in basilica martyris poni, si quidem credidit eius animam meritis martyris adiuuari, hoc, quod ita credidit, supplicatio quaedam fuit, et haec profuit, si quid profuit. et quod ad idem sepulcrum recurrit animo et filium precibus magis magisque commendat, adiuuat defuncti spiritum non mortui corporis locus, sed ex loci memoria uiuus matris affectus. simul enim et quis et cui commendatus sit, non utique infructuose religiosam mentem precantis adtingit. nam

1 sibi] si *X* 2 humari—locis *om. YX* 3 nullor I^1 nullius I^2 facultas I^2 permittant $N\varphi$ permittit *A* 4 praemittendae *T* 5 et *om. MF* catholica *om. TMF* 6 tacitis—ista *om. V* eorum] quorum *ChBTMA om. EF'* quos sub *F'* 7 uocabulo commemoratione *T* suscipit *FE* 8 uel] aut β 9 exhibeatur *BNTEKXYA*β exibeatur *F* matri *TB*^{1} iste *IZT* 11 prodesse *YM* spiritualibus *T* in locis *EFR*β*bd* 12 sanctis si *ACh* exanimata *EX*βφ^2*Ch*^{2} 13 fidelis *alt. om. K* 14 basilicam *BTZMAEKRCh* si] sic φ *om. Y* credidit *ex* tradidit *Ch* animam eius *T* 15 martyris meritis *E* martyris *om. Y* 16 et—quid profuit *om.* A^1 haec *om. T* si quid profuit *om. F'* 17 sepulchrum *BNZKX* sepulchro *T* animo recurrit *V* filium] fidelium *F'* 18 magis *om. V* et adiuuat *EF* 19 loco memoriae *X* 20 *alt.* et *om. I* cui] cū *Y* commendans *TMB*^{1}*A*^{1}*Ch*^{1} commendandus A^2Ch^2b 21 infructuosae *K* religiosa *XY* et religiosam β mente *XY*

et orantes de membris sui corporis faciunt quod supplicantibus congruit, cum genua figunt, cum extendunt manus uel etiam prosternuntur solo et si quid aliud faciunt uisibiliter, quamuis eorum inuisibilis uoluntas et cordis intentio deo nota sit nec ille indigeat his indiciis, ut animus ei pandatur humanus. sed hinc magis se ipsum excitat homo ad orandum gemendumque humilius atque feruentius, et nescio quomodo, cum hi motus corporis fieri nisi motu animi praecedente non possint, eisdem rursus exterius uisibiliter factis ille interior inuisibilis qui eos fecit augetur, ac per hoc cordis affectus. qui, ut fierent ista, praecessit, quia facta sunt crescit. uerum tamen si eo modo quisque teneatur uel etiam ligetur, ut haec de suis membris facere nequeat, non ideo non orat interior homo et ante oculos dei in secretissimo cubili, ubi conpungitur, sternitur. ita etiam cum plurimum intersit, ubi ponat corpus mortui sui, qui pro spiritu eius deo supplicat, quia et praecedens affectus locum elegit sanctum et illic corpore posito recordatus locus sanctus eum qui praecesserat renouat et auget affectum, tamen etiamsi non possit ubi religiosus animus elegit humare quem diligit, nullo modo debet a sup-

1 orantes cū *E* de corporis sui membris *F* suis *K* subplicantibus *IM* 2 cum scilicet *E* fiṇgunt *K* manus extendunt *F* 3 proternuntur K^1 si *om.* T^1 aliter *N* uisibiliter faciunt *bd* 4 inuisibilis eorum β 5 iudiciis *V* indictis *Z* ut] aut *MV* humanus ei pandatur animus *bd* 6 sed] tamen *E* hic *BNX*♀ his *ChIKMAFY* **his (in *er.*) *Z* excitet *X* 8 his *B* anime Υ 9 possunt *T* exterius] et'nis *V* factus K^1 nisi ille *T* 10 uisibilis BT^1 facit *EXCh Eug* augeatur *T* 11 uerumptamen Λ 12 se K^1 quisque eo modo β legetur M^1 13 non ideo] nā ideo *IZ* orat] erit *X* 14 et] ut β in secr. cubili *om. T* cubiculi *Y* ubi] qui *V* 15 ñ plurimum *E* ponant *T* 16 sui qui] si quis *Y* supplicans *N* qui *X om. Y* quia et] tamen cū *E* 17 et locum eligit β locus *K* eligit *AE*β*Ch* et *om. E* 18 recordatur *MF* locum sanctum *F* 19 augit *Y* etiamsi (si *s. l. m. 2*) *N* religionis *K* 20 animus] amicus *ChMAEFB*^{1} eligit *AXV*β deligit ♀ humari *X* quiem *K* debeat *TKMAFYCh*♀ a *om. TEKMAChYB*^{1}♀

plicationibus necessariis in eius commendatione cessare. ubicumque enim iaceat uel non iaceat defuncti caro, spiritui requies adquirenda est, qui cum inde exiret, secum abstulit sensum, quo interesse possit quomodo quisque sit siue in bonis siue in malis, nec ab ea carne expectat adiuuari suam uitam, cui praebebat ipse uitam, quam detraxit excedens et redditurus est rediens, quoniam non caro spiritui, sed spiritus carni etiam ipsius resurrectionis meritum comparat, utrum ad poenam an ad gloriam reuiuescat.

VI. 8. Legimus in ecclesiastica historia, quam graece scripsit Eusebius et in latinam linguam uertit Rufinus, martyrum corpora in Gallia canibus exposita canumque reliquias atque ossa mortuorum usque ad extremam consumptionem ignibus concremata eosdemque cineres fluuio Rhodano, ne quid ad memoriam qualemcumque relinqueretur, inspersos. quod non ob aliud credendum est diuinitus fuisse permissum, nisi ut discerent christiani in confitendo Christum, dum contemnunt hanc uitam, multo magis contemnere sepulturam. hoc enim quod ingenti saeuitia de corporibus martyrum factum est, si eis quidquam noceret, quo minus beate requiescerent eorum uictoriosissimi spiritus, non utique fieri sineretur. re ipsa

11 cf. Ruf. Patrol. 21 sqq.; Euseb. 5, 1 ed. Migne *uol.* 19—24

1 cessare. Ubi cōpungitur sternitur ubi dn̄s ac deus requirebat ubicumque *sqq. X* 2 enim *om. T;* enim—requies *om. MACh* iacet *pr. K* spiritus *T* 4 quod *Xφ* siue sit *E* 5 exspectat *N* expe•tat *M* uitam suam *βbd* 6 cui—uitam *om. TMKAFYCh* detraxerat *K* exiens *X* 7 sed *om. K* 8 carnē *β* ad poenam] eusebius (*in mg.* ad penā) *V* 9 reuiuescant *NTAYB*[1] reuiuescat *Ch*[1] reuiuiscant *KE* reuiuescaṇt *F* *hic finittur cod. X* 10 istoria *FY* ḥistoria *N* grecae *B* 11 eusibus *E* rufinus (*s. l.* hieronimus) *A* 12 galliis *φ* canumque] eorūque *ACh* Nāque (*s. l.* ł nec non) *F* atque *om. V* 13 ossaque *V* consummationem *NKφ* consumationem *Y* 14 rodano *BTIZEKFVYβφ* 15 inspresos *Y* 16 diuinis *I* 17 disce••rent *K* drent *β* in *om. AEM* xpo *A* contempnunt *TMYK*[2] 18 contempnere *B* condemnere *K*[1] 19 ingente *IZ* seuitia *TMKE* martirum *K* 20 quicquam *NTEMKβφCh* beate *NBIZMKCh* beati *EFR* 21 sineretur fieri *β* sinerent (n *fin. s. l.*) *K* ergo ipsa *β*

ergo declaratum est non ideo dixisse dominum: nolite timere eos qui corpus occidunt et postea non habent quid faciant, quod non esset permissurus aliquid eos facere de suorum corporibus mortuorum, sed quoniam quidquid facere permissi essent, nihil quo minueretur christiana defunctorum felicitas fieret, nihil inde ad sensum post mortem uiuentium perueniret, nihil ad detrimentum saltem ipsorum corporum. quo minus integra resurgerent, pertineret.

VII. 9. Et tamen ex illo humani cordis affectu, quo nemo umquam carnem suam odio habet, si cognoscant homines aliquid post mortem suam suis corporibus defuturum, quod in sua cuiusque gente uel patria poscit sollemnitas sepulturae, contristantur ut homines et quod ad eos post mortem non pertinet, ante mortem suis corporibus timent: ita ut inueniatur in Regnorum libris deus per prophetam minari alteri prophetae, qui eius transgressus est uerbum, quod non inferretur cadauer eius in sepulcrum patrum eius. quae scriptura sic se habet. haec dicit dominus: quia inoboediens fuisti ori domini et non custodisti mandatum quod tibi

1 Luc. 12, 4 9 cf. Eph. 5, 29 18 III Reg. 13, 21. 22

1 est *om. I* 2 occidunt corpus *Tβ* habeant *M* 3 aliquid permissurus *T* eos *om. V* 4 mortuorum] martirum *Y* quicquid *TMYCh* quid K^1 facere *om. T* 5 permisisset φ 6 ad sensum] assensum *T* uiuendum *N* 7 proueniret *N*φ nihil—pertineret *om. F* saltim *BMKCh* 8 resurgent *MAE* 9 humani *in mg. T* quod *N* 10 hodio *Yβ*φ habuit *E* agnoscant *N* 11 post mortem suam aliquid *F* defuncturum B^1 defunctorum *TYb* defunctis obesse (*s. l.* defuturum) *R* defunctis obesse *EF* 12 poscit] possit *V* sollempnitas *TV* solempnitas *Ch* 13 et] ut φ quos *β* non pertinet post mortem *ACh* post mortem *in mg. T* 14 pertinet] pertinebit pertinet *IZNB* pertinebit pertineat φ pertinet dolent *K* suis corporibus timent *om. ChNBTIZYMKA*φ ita ut] quod *EF* inueniatur (ni *s. l.*) *T* inuenitur *EF* 15 regum *E* 16 est *om. V* inferetur *MK*^{1} ferretur A^1 17 eius *om. N*^{1}*β* sepulchrum *MEKY* eius—*635, 4* patrum *om. V* sic scriptura *ACh* sic habet *RYbd* 18 quoniam *TRbd* 19 praecepit tibi *NIZR*φ*bd*

praecepit dominus deus tuus, et reuersus es et comedisti panem et bibisti aquam in loco in quo praecepit tibi, ne comederes panem neque biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in sepulcrum patrum tuorum. quanti haec poena pendenda sit, si secundum euangelium cogitemus, ubi post corpus occisum nihil metuendum esse didicimus, ne membra exanima patiantur, nec poena dicenda est. si autem humanum erga suam carnem consideremus affectum, potuit inde terreri uel contristari uiuus, quod sensurus non erat mortuus; et haec erat poena, quoniam dolebat animus id de suo corpore futurum, quamuis cum fieret non doleret. hactenus enim uoluit dominus seruum suum plectere, qui non sua contumacia spreuerat praeceptum eius inplere, sed aliena decipiente fallacia oboedire se credidit, quando non oboediuit. neque enim putandum est ita fuisse interemptum morsu bestiae, ut ad supplicium tartareum eius deinde anima raperetur, quandoquidem ipsum eius corpus idem leo qui occiderat custodiuit iumento etiam, quo uehebatur, inlaeso et simul cum illa inmani fera intrepida praesentia ad sui domini funus adstante. quo mirabili signo adparet hominem dei cohercitum potius temporaliter usque ad mortem, quam punitum esse post mortem. de qua re apostolus, cum propter quasdam offensas commemorasset infirmitates

1 reuersus] regressus *E* es et *om.* β 2 praecepitibi *Z* 3 comederis *N* biberis *N* 4 inferretur *T* sepulchrum *TME* sepulchro φ 5 quanta *V* si *om. NTIZFYB¹KMA¹R¹* 7 dicimus *IY* nec φ membrae *K* exanimata *FEβA¹Ch* 8 dicendum *Ch¹* carnem suam β 10 erat poena haec *E* quoniam] quod *Vβ* quã *F* 12 non *om. A¹* actenus *ChTEKB¹MY* 13 qui. *B* contumatia *ZY* contomatia φ 14 adimplere β 15 putandum] credendum *F* 16 interemtum *BY* baestiae *K* thartareum *N* 17 eius deinde] eiusdem *Yφ* anima deinde *E* quodquidem *ACh¹* 18 leo] loco *T* quod *Ch¹* uebatur *Ch¹* 19 inmani] in manu *V* intrepidą' *F* 20 ad] et ad *F* astante *Vbd* signũ *Y* appareret *IZE* 21 coercitum *IZFRβφ* potius *om. K* temporaliter] corporaliter *E* 23 propter] pro *EFVβ* quibusdam *EFVβ* quasdam quorundam φ offensis *EFβ*

mortesque multorum, si enim nos ipsos, inquit, iudicaremus, a domino non iudicaremur; cum iudicamur autem, a domino corripimur, ne cum mundo damnemur. eum sane ipse qui deceperat in monumento proprio satis honorifice sepeliuit seque sepeliendum iuxta eius ossa curauit, ita sperans parci posse quoque ossibus suis, cum ueniret tempus, quando secundum illius hominis dei prophetiam Iosias rex Iuda in illa terra multorum eruit ossa mortuorum eisdemque ossibus sacrilega altaria, quae sculptilibus constituta fuerant, funestauit. pepercit quippe illi monumento, ubi iacebat propheta, qui ante annos amplius quam trecentos ista praedixerat; et propter ipsum nec illius, qui eum seduxerat, sepultura uiolata est. affectu namque illo, quo nemo umquam carnem suam odio habet, prouiderat cadaueri suo. qui occiderat mendacio animam suam. ex hoc igitur, quod carnem suam quisque naturaliter diligit, et illi poena fuit addiscere non eum futurum in sepulcro patrum suorum et huic cura prospicere, ut parceretur ossibus suis, si iuxta eum iaceret, cuius sepulcrum nemo uiolaret.

VIII. 10. Hunc affectum martyres Christi certantes pro ueritate uicerunt. nec mirum quia contempserunt, quod non fuerant peracta morte sensuri, qui non potuerunt eis, quos uiuentes sentiebant, cruciatibus uinci. poterat utique deus,

1 I Cor. 11, 31. 32 5 cf. III Reg. 13, 24 sqq.; IV Reg. 23, 16 sqq.

1 mortes (que *er.*) *M* nos—3 a domino *om. V* inquid φ *om. T* 2 a domino *om. E* non] non a domino β non utique *E* 3 autem *om.* β ne] ut non *F* hoc mundo *E*βφ dampnemur *V* 4 eum] cum *BM* 5 ossa eius *bd* curauit ossa *A* 6 parci posse sperans *E* quoque posse *V*β quoque *om. N*φ 8 iudę *IZ* 9 sculptibilibus *N* scultilibus *IZ*φ¹ 10 funestauit] festinauit *F* 12 seduxerit *T* 13 affectum *K* qua *TA* 14 habuit (*s. l.* ł habet) *E* prouidit *IZ* 15 mendatio *KM* 16 naturaliter quisque *E* paena *M* 17 sepulchro *IZ* sepulcrum *E* sepulcr̃ β 18 hac *F* pasceretur *IZ*¹ iuxta] iusta *Y* 19 uigilaret (*s.* g̨i *pos.* o) *K* 20 pro ueritate certantes *bd* 21 nec mirum *om. TAMFB*¹ contemserunt *NT* condemserunt *K*¹ 22 perhacta *I* more *T*¹ securi *Y* qui] quod *Y* 23 cruciantibus ; itaque *F*

qui leonem prophetae corpus, quod ipse occiderat, ulterius non permisit adtingere et fecit de peremptore custodem, poterat, inquam, a suorum interfectis corporibus canes, quibus fuerant proiecta, prohibere; poterat et ipsorum hominum innumerabilibus modis terrere saeuitiam, ne cadauera incendere, ne cineres dispergere auderent: sed hoc quoque experimentum multiplici uarietati temptationum deesse non debuit, ne fortitudo confessionis, quae inmanitati persecutionis pro corporis salute non cederet, pro sepulcri honore trepidaret, postremo, ne fides resurrectionis consumptionem corporum formidaret. debuerunt ergo et ista permitti, ut etiam post haec tanti horroris exempla martyres in Christi confessione feruentes huius quoque testes fierent ueritatis, in qua didicerant eos, a quibus sua corpora interficerentur, postea nihil habere quod facerent, quoniam quidquid mortuis corporibus facerent, utique nihil facerent, quando in carne omni uita carente nec aliquid sentire posset, qui inde migrauit, nec aliquid inde perdere, qui creauit. sed inter haec, quae fiebant de corporibus occisorum, cum martyres non ea metuentes magna fortitudine paterentur, tamen apud fratres luctus ingens erat, quod nulla dabatur potestas sanctorum funeribus iusta persoluere nec occulte subtrahere aliquid, sicut eadem testatur historia, cru-

2 peremtorem *M* 3 aꝙ *K* 4 ipsorum] ipsam *BTKMAFVY*ꝑ 5 terreri *A* nec *Y* 6 ne cineres] nec ineres K^1 nec in auras K^2 nec in aerem φ disperdere *Y* huic *EF* experimento *EF* 7 multiplex *EF* multiplici uarietate] multiplicauerit *TA* uarietate *BM* *om.* *EF* tentationi *N* tentatio *EF* ne *om.* T^1 8 immanidati *V* 9 pro *om.* φ 10 consummationem *N* consumꝙtionem (*s.* ꝙ *add.* p) *F* 11 ergo *om.* *E* ista] ita *N* 12 horroris] honoris *BTMAFY*φ*b* martyres (tyres *add. m. 2*) *K* 13 didicerant *ex* dicerent *m. 2* *T* 15 quicquid *TMY* quiquid N^1 facerent mortuis corporibus *K* utique nihil *om.* *K*; utique nihil facerent *om.* *TMAFY* 17 aliquid] aliud *V* sentire—aliquid *om.* A^1 posse *T* possit *IZE* migraret *TMKAFY* 18 perderet NA^2φ sed (ed *s. l. m. 2*) *A* qui *BFT*^{1} 19 ea non *bd* eã etuentes K^1 20 ingens luctus *E* fluctus *B* erat *om.* *N* 21 iusta] ista *K* 22 occultae *B* oculte *K* occulta ꝑ aliquid occulte subtrahere *EK* suptrahere φ hystoria *E* istoria *Y*ꝑ

delium custodum uigiliae permittebant. ita cum illos, qui occisi fuerant, in dilaceratione membrorum suorum, in conflagratione ossuum, in dispersione cinerum miseria nulla contingeret, istos tamen, qui nihil eorum sepelire poterant, magna misericordia cruciabat, quia in nullo modo sentientibus ipsi quodam modo sentiebant et, ubi iam illorum nulla erat passio, erat istorum misera conpassio.

VIIII. 11. Secundum istam quam dixi miseram conpassionem laudantur illi et a rege Dauid benedicuntur, qui Saulis et Ionathae ossibus aridis sepulturae misericordiam praestiterunt. quae tandem misericordia praestatur nihil sentientibus? an forte reuocandum est in opinionem, quod infernum fluuium insepulti non poterant transmeare? absit hoc a fide christiana: alioquin pessime actum est cum tanta martyrum multitudine, quorum non potuerunt corpora sepeliri, et fallaciter eis ueritas dixit: nolite timere eos, qui corpus occidunt et postea non habent quid faciant, si eis tanta mala

1 cf. Eus. Hist. eccl. V, 1 9 cf. II Reg. 2, 5 12 cf. Verg. Aen. 6, 327 16 Luc. 12, 4

1 qui *in mg. m. 2 T* 2 occisi *om. TMAFB*^{1} fuerant *in mg. m. 2 T* in *fin. om. V* 3 ossuum *BNITYChZMK*^{1}*E*^{1}φβ̃ ossum *V* os suum *A* ossium *FRE*^{2}*K*^{2}*bd* dispersione *m. 2 ex* dispensatione *T* contingeret et φ 4 in istos *F* nichil *T* sepelire] sentire *F* potuerant *IZ* magna] iniusti magna *F* 5 misericordia] seuitia *F* cruciebat *T* cruciabant *Y* in] his *M om. EFN*^{1}φ sentientibus—modo *om. Y* sentientibus] his seuientibus *F* his sentientibus *E* 6 illorum] eorum β erit *IZ* 7 erit *F* iustorū *K*^{1} misera] mira *N*φ miseria *B*^{1}β misericordis *IZ* cū passio φ 8 quam dixi *in mg. T* miram *NA*φ misericordem *IZ* miseriā β cū passionem φ 9 Dauid—qui *om. N*^{1} sauli *F* 10 ionathe *NMY*φ ionatę *V* misericordie *I* 11 quē *Y* tandem] tam̄ *EF* misericordā *IZ* misericordia praestatur] multū p̄dē misericordiē eā p̄stantibus mesericordia cū p̄statur *sqq. F* misericordia cū p̄statur nihil sentientibus multum prodest misericorditer eam praestantibus *E* praestantur φ 12 hoc reuocandum *TEFRVβbd* in opinionem] ad illam opinionem *EFRV*β in opinione *NKYT*^{2} inferni β 13 transmittere *A* 14 multitudine martyrum *T* 15 poterunt *B* sepelire *T*^{1} eos *N* 16 et *om. N*φ 17 habeant *M*

facere potuerunt, quibus inpedirentur ad loca exoptata transire. sed quia hoc sine ulla dubitatione falsissimum est nec aliquid obest fidelibus negata eorum corporibus sepultura nec aliquid, si exhibeatur infidelibus, prodest, cur ergo illi, qui Saulem et eius filium sepelierunt, misericordiam fecisse dicuntur et ob hoc a rege pio benedicuntur, nisi quia bene afficiuntur corda miserantium, quando ea dolent in mortuorum corporibus alienis, quae illo affectu, quo nemo umquam carnem suam odio habet, nolunt fieri post mortem suam corporibus suis, et quod sibi exhiberi uolunt, quando sensuri non sunt, aliis non sentientibus curant exhibere, dum ipsi sentiunt?

X. 12. Narrantur uisa quaedam, quae huic disputationi non neglegendam uideantur inferre quaestionem. feruntur quippe mortui nonnulli uel in somnis uel alio quocumque modo adparuisse uiuentibus atque ubi eorum corpora iacerent inhumata nescientibus locisque monstratis admonuisse, ut sibi sepultura quae defuerat praeberetur. haec si falsa esse responderimus, contra quorundam scripta fidelium et contra eorum sensus, qui talia sibi accidisse confirmant, inpudenter uenire

1 impẽdirentur *K* exoptata] exobtata *IZφ* exportata *MEA*^{1}, (*s. l.* ł expectata) *F* experta (erta *in ras.; in mg.* pectata) *T* 2 ulla] aliqua *E* 3 eorum—*7 in* mortuorum *in mg. inf. m. 2 T* 4 exibeatur *Eφ* fidelibus φ quur *AM* ergo *om. V* qui] cũ *V* 5 saule *V* saul *FE* et—sepelierunt *om. Vβ* filium eius *TRbd* sepeliendo *E* 6 et] sed et *F* sed *TMA*^{1} *om. E* ob] ex *BFYTMEA* pio rege *Vβ* 7 quando et a (*om. F*) dolentibus pro mortuorum corporibus nondumque (que *om. F*) alienis illo affectu *sqq. EF;* quando et adolentiũ (*s. l.* ł ea dolent *B*) mortuorum *BTAKM* et ea dolentium *Y* dolent non fieri mortuorum φ in] et *Z* 8 umquam] tamquam *N* 9 relicti nolunt *EF* quod (*s. l. m. 2*) uolunt *A* in corporibus *EF* 10 quę φ exiberi *E* 11 sunt] possunt *BM* non *om. MA*^{1} exibere *TE* dum *om. A*^{1} ipsi *om. BTIZAMY, er. in* φ 12 narratur *V* quaedam *om. TV* 13 neglegenda *FY* inferre *s. l. m. 2 N* inserere *FY* quaestionem *om. F* 14 nonnulli mortuorum *T* 15 corpora eorum *F* eorum *om. E* tacerent *B*^{1} iaterent *M* 16 ammonuisse *NY* 17 praeberent *IZ* praeberet *Y* esse *om. V* 19 sensum φ qui talia] qualia *Y* sibi talia β

uidebimur. sed respondendum est non ideo putandum esse mortuos ista sentire, quia haec dicere uel indicare uel petere uidentur in somnis. nam et uiuentes adparent saepe uiuentibus dormientibus, dum se ipsi nesciant adparere, et ab eis haec quae somniauerint audiunt dicentibus, quod eos in somnis uiderint agentes aliquid uel loquentes. si ergo me potest aliquis in somnis uidere sibi aliquid quod factum est indicantem uel etiam quod futurum est praenuntiantem, cum id ego prorsus ignorem et omnino non curem, non solum quid ille somniet, sed utrum dormiente me uigilet, an uigilante me dormiat, an uno eodemque tempore uigilemus ambo siue dormiamus, quando ille somnium uidet, in quo me uidet: quid mirum, si nescientes mortui nec ista sentientes tamen a uiuentibus uidentur in somnis et aliquid dicunt, quod euigilantes uerum esse cognoscant? angelicis igitur operationibus fieri crediderim, siue permittatur desuper siue iubeatur, ut aliquid dicere de sepeliendis corporibus suis uideantur in somnis, cum id penitus nesciant, quorum illa sunt corpora. id autem aliquando utiliter fit siue ad uiuorum qualecumque solacium, ad quos pertinent illi mortui, quorum adparent imagines somniantibus, siue ut his admonitionibus generi humano sepulturae commendetur humanitas, quae, licet defunctis non opituletur, culpanda tamen inreligiositate negle-

1 uidemur *N* 2 quia—indicare *om. K* qui β dicere *om. A* 3 sompnis *V* 4 ipsis *M* apparerere *Y* 5 quae] qui *BNTIZAFE*φ *Eug.* sompniauerint *V* somniauer̃ β dicentes B^1 somnis agentes aliquid uel loquentes uiderint *bd* 6 aliquis potest β 8 etiam] etiam id *Eug* 9 prorsus ego β ergo *B* e•go *IT* omnino] prorsus *E* omnino prorsus φ 10 illi *Z* dormientẽ *IZ* me *om. IZ* euigilet *IZ* uigilantem *I* 11 me *om. I* edormiat *I* dormit BA^1 dormiet *V* 12 somnum T^1 sumpnium *V* uidit K^1 in quo] et in quo *Eug.* 13 quid] quod T^1 ita *N* sapientes *F* 14 et] sed *Y* 15 cognoscantur *IZ* 16 crederim *Y* crediderint φ permittantur *Y* 17 suis corporibus β 18 paenitus *BM* 19 id] ita *F* qualemcumque *B* quale•cumque *M* 20 pertinet B^1 21 hiis *V* ammonitionibus *NKVY* 23 opituleretur φ opitulentur *TY* in religione *V*

gitur. aliquando autem fallacibus uisis homines in magnos mittuntur errores, quos talia perpeti iustum est. uelut si quisquam uideat in somnis, quod Aeneas uidisse apud inferos poetica falsitate narratur, et ei cuiuspiam non sepulti adpareat imago loquaturque talia, qualia fertur locutus illi fuisse Palinurus, et cum euigilauerit, ibi corpus eius inueniat, ubi iacere inhumatum, cum somniaret, audiuit, admonitus et rogatus, ut sepeliret inuentum, et quia id uerum esse comperit, credat ideo mortuos sepeliri, ut eorum animae ad loca transeant, unde insepultorum animas inferna prohiberi lege somniauit: nonne ita credens plurimum a tramite ueritatis exorbitat?

XI. 13. Sic autem infirmitas humana sese habet, ut, cum mortuum in somnis quisque uiderit, ipsius animam se uidere arbitretur, cum autem uiuum similiter somniauerit, non eius animam neque corpus, sed hominis similitudinem sibi adparuisse non dubitet. quasi non possint et mortuorum hominum eodem modo nescientium non animae, sed similitudines adparere dormientibus. pro certo, cum Mediolani essemus, audi-

5 cf. Verg. Aen. 6, 337 sqq.

1 fallatibus T^1 fallaciis *F* uisis] suis his *B* suis hi *FM* uisis hiș *T* uisis hii *A* 2 mittantur *A* talia perpeti] tali delusione appeti (delusione *s. l.*) *F* uelud *Y* 3 eneas *NAEFY*φ 4 poetica] poetica usus (usus *in ras.*) *B*, *IZM* poetica ụṣạ *T* poeticę causa *EF* falsitatis *E* et] et ut *TIZEAK*^{1}*MF* eius *NT*^{1}*MF* non sepulti] insepulti *F* 5 loquaturque] et loquatur *EF* loquatur *Y* loquatur qui *T* talia *om. EFYA*^{1} qualia *om. TB*^{1} refertur *NIZB*^{1}φ illi locutus *bd* locutus illis *F* locutus ille β locutus fuisse illi *E* pallinurus (*in mg.* polidorus) *K* 6 inueniatur *Y* 7 somniared *Y* ammonitus *NKY* 8 inuentum] uiuentum *V* 9 sepelire *V* 10 prohiberi inferna *F* prohibere K^1 11 nonne (ne *s. l. m. 2*) *K* ita] ista *NTKV*βφ*d Eug* a] ad *Y* exorbitatur φ exhorbitat *V* 13 Sic] si *TMFB*^{1}*A*^{1}β se *M* esse *FA*^{1} cum] quem *BTMKYEAFCh* quę *F* 14 mortuum *post* uiderit *habent N1ZVR*βφ*bd* quemque *EF* arbitretur animam se uidere *E* anima *Y* 15 arbitratur *V* autem uiderit similiter uiuum *E* somniauerit *om. E* 16 neque] nec *V* homines in similitudinem *F* sibi similitudinem *N* 19 pro certo] porro *V*β porro certe *EF*

uimus, quod cum debitum repeteretur a quodam defuncti patris cautione prolata, quod filio nesciente a patre iam fuerat persolutum, contristari homo grauissime coepit atque mirari. quod ei pater moriens non dixerit, quid deberet, cum fecisset etiam testamentum. tunc ei nimis anxio adparuit idem pater eius in somnis et ubi esset recautum, quo illa cautio uacuata fuerat, indicauit. quo inuento iuuenis atque monstrato non solum falsi debiti calumniam propulsauit, sed etiam paternum recepit chirographum, quod pater non receperat, quando est pecunia persoluta. hic utique putatur anima hominis curam gessisse pro filio et ad eum uenisse dormientem, ut docens. quod ignorabat, magna molestia liberaret. sed eodem ipso ferme tempore, quo id audiuimus, id est nobis apud Mediolanum constitutis Carthaginis rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte discipulus fuit, sicut mihi ipse, posteaquam in Africam remeauimus, retulit, cum rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem, quam postridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obscurum, quo non intellecto uix potuit dormire sollicitus. qua nocte somnianti

3 grauissime homo coepit β coepit grauissime *E* mirari] minari *M* 4 quod deberet *Eug* 5 ei *om. TKAEFMVYB*^{1}β nimis *om. Eug* anxio *Y* 6 eius *om. V*β essent *V* recautum] reuocatum *MAFB*^{2}, (*in mg. m. 2*) *T* recantum *V* quod *TIZAB*^{1}β*M* uacua *M* euacuata *Eug* 7 fuerit *EF*φ 8 falsi solum *E* paternum *om. F* 9 cyrographum *NVY* cirographum *BF*^{1}β^1*T*^{2} cirografum *ET*^{1} chirografum *IZ* chyrographum φ chiragraphum *M*^{1} 10 persoluta pecunia *bd* pecuniaē persoluta (soluta *Y*) *Y*β itaque *BTMKYEAFRVCh*φ anima hominis putatur *Y* animam *T* 11 pro *om. Y* filioli *Y* dormiente *YT*^{2} 12 a magna *ITVbd* magnam φ magna eum *EFVR*β*bd* molestiam φ liberaretur *Eug* ferme ipso *E* 13 quo id] quod *I* id est] id *A* item *bd om. EFV*β mediolanium *NZ* 14 cartaginis *K* cartagini* β rethor *ZKE* retor *MAY* rhetor Eulogius] rhetoricus φ 15 ipse mihi *NTF*βφ *Eug* mihi *om. A* postea ipse *V* 16 affricam (af *add. s. l. m. 2*) *T*, *E*β africa *Y*φ rettulit *NI*^{1} rethoricos *BTKAEM* 17 dispulis *T*^{1} posttriduo *IZ* post triduū *F* post diem *NEV*βφ *Eug* post tridue *A* postero die *K* post tridie *BM* postremo (*in mg.* tridiē *m. 2*) *T* 18 offendit] ostendit *V* 19 quadā *T* somniante *TAF*

ego illi quod non intellegebat exposui, immo non ego, sed imago mea nesciente me et tam longe trans mare aliquid aliud siue agente siue somniante et nihil de illius curis omnino curante. quomodo fiant ista nescio; sed quomodolibet fiant, cur non eodem modo fieri credimus, ut in somnis quisque uideat mortuum, quomodo fit, ut uideat et uiuum? ambobus utique nescientibus neque curantibus, quis uel ubi uel quando eorum imagines somniet.

XII. 14. Similia sunt autem somniis nonnulla etiam uisa uigilantium, qui turbatos habent sensus, sicut phrenetici uel quocumque furentes modo. nam et ipsi loquuntur secum, quasi uere praesentibus loquantur, ⟨loquuntur⟩ etiam cum absentibus quam praesentibus, quorum imagines cernunt siue uiuorum siue mortuorum. sed quemadmodum hi, qui uiuunt, ab eis se uideri et cum eis se colloqui nesciunt — neque enim re uera ipsi adsunt aut ipsi sermocinantur, sed turbatis sensibus homines talia uisa imaginaria patiuntur — eo modo et hi, qui ex hac uita migrarunt, sic affectis hominibus uidentur quasi praesentes, cum sint absentes et, utrum aliquis eos imaginaliter uideat, omnino nescientes.

1 illi ego *E* quae *M* quod non] ut *A* et immo *E* 2 et trans *E* 3 curis *om. Eug* 4 curente B^1M^1 ista fiant *V* quomodolibet fiant] sicut hęc fiunt *F* quomodouiuet (do uiuet *in ras.*) *M* 5 fiant *om. A* quur *M* credimus fieri *BTMAFV*ꝑ 6 mortuum— uideat *in mg. m. 2 T* uideat eum *N Eug* 7 uel ubi *om. V* 8 quorum *V*ꝑ 9 somnis *MA*ꝓ sompniis *V* in somnis *F* 10 frenetici *BTIZAEFMY*ꝑꝓ 11 modo furentes *T* nam et ipsi locuntur saepe cum uere praesentibus, locuntur etiam cum absentibus quorum imagines *sqq. Eug* secum quasi] saepe cum *NVR*²ꝑ 12 quorum loquantur et tam cum absentibus quam praesentibus *lincola subducta delenda assignantur in K* loquantur] locuntur *N*ꝓꝑ locuntur *addidi* etiam] et tam *Kbd* 13 quam praesentibus *om.* ꝓ quam] quasi cum *EFR* tamquam *N* quasi ꝑ quam cum *Vbd* si uiuorū K^1 14 sed] sed et ꝓ at *EF* quomodo *EF* hii *AB* 15 eis *om.* ꝑ sc colloqui] quos *F* colloqui] cūloqui *IZT*¹*M* conloqui *K* loqui *AEV*ꝑꝓ *Eug* nesciunt putant *F* 16 assunt *V* sunt ꝓ turbati *AFTEMB*¹ 18 hii *BA* affectibus *EFM* affectus *T* hominum *EF* 19 quasi *om. Y* eos aliquis *F*ꝑ aliqui *N*ꝓ *Eug* 20 eos *om. A* eorum *T Eug* uideant ꝓ

15. Huic rei simile est etiam illud, cum homines altius, quam si dormirent, subtrahuntur corporis sensibus et occupantur talibus uisis. et his enim adparent imagines uiuorum atque mortuorum; sed cum fuerint sensibus redditi, quoscumque mortuos uidisse se dixerint, uere cum eis fuisse creduntur nec adtendunt qui haec audiunt similiter ab eis absentium atque nescientium quorundam etiam imagines uisas esse uiuorum. homo quidam Curma nomine municipii Tulliensis, quod Hipponi proximum est, curialis pauper, uix illius loci duumuiralicius et simpliciter rusticanus, cum aegrotaret, ablatus a sensibus paene mortuus iacuit aliquot diebus: tenuissimus flatus in naribus, qui manu admota utcumque sentiebatur et erat exiguum uiuentis indicium, sepeliri ut exanimem non sinebat. nullos artus mouebat, nulla sumebat alimenta; nihil oculis, nihil ullo alio sensu corporis qualibet inpacta molestia sentiebat. uidebat tamen multa uelut in somnis, quae tandem aliquando post dies plurimos quasi euigilans uisa narrauit. ac primum mox ut aperuit oculos, eat aliquis, inquit, ad domum Curmae fabri ferrarii et uideat, quid ibi agatur. quo cum itum esset, inuentus est mortuus

1 cum homines etiam illud cum homines altius quam *sqq. A* altius quam] subito si *E* altius *om. F* 2 quasi *F*φ dormiant *EF*φ corporalibus *Eug* et—uisis *om. TMAEFKB*^{1}*YCh* 3 et *s. l.* φ his] *is* φ 5 se *om. Eug* eis *s. l. m. 2* φ 6 ab eis *om.* φ 7 scientium *BTMAFY* uisas] uiuas *TMVA*^{1} 8 uiuorum] mortuorum *T* Curma] de turma curma *BTRMAFCh* tuliensis φ 9 ipponi *IZMAF YNBTEK*φ ypponi *V* pauper erat *E* 10 duumuiralicius *BNTEF* duumuiroclicius *IZ* duumuir alitjus *K* duumuir alicius *RY* duumuir alicuius *MACh* duumuir alitius (*pr.* i *s. l.*) φ alicius *V*β 11 ablatis *TEFV*β a *om. TEMFA*β paene (ne *s. l. m. 2*) *N* aliquod *TYI*^{1}*Z*^{1} diebus ita ut *F* 12 flatus erat *N* naribus eius *EF* quibus *NV*β utcumque] uix *EF* ut cū *A* quod illū *F* 13 et *om. E* erat in eo *E* exigium *M* uiuentis in eo *F* iudicium *T*^{1} inditū *A*; iudicium quod illum sepeliri *sqq. EF* ut *s. l. E* 14 sinibat *N* nullos] nullo modo *T* nullo *A*^{1} 15 alio ullo *N* ullo *om. T* 19 inquid *Y* ait *EFV*β cur me *Y* curmoe φ curme *IAEV* 20 quo] quod *Y* fuisset β

eo momento, quo iste fuerat sensibus redditus et paene a morte reuixerat. tunc intentis, qui aderant, illum exhiberi iussum esse, quando ipse dimissus est. indicauit seque illic unde redierat dixit audisse, quod non Curma curialis, sed Curma faber ferrarius ad loca illa mortuorum praeceptus fuisset adduci. in illis ergo uisis, tamquam somniis suis, inter eos defunctos, quos uidebat pro meritorum diuersitate tractari, agnouit etiam nonnullos, quos nouerat uiuos. ipsos autem uere forsitan credidissem, si non inter illa quasi somnia sua uidisset etiam quosdam, qui nunc usque adhuc uiuunt, clericos uidelicet aliquos regionis suae, a quorum ibi presbytero audiuit, ut apud Hipponem baptizaretur a me, quod et factum esse dicebat. uiderat itaque in illa uisione presbyterum, clericos, me ipsum, nondum scilicet mortuos, in qua postea uidit et mortuos. cur non etiam illos sicut nos uidisse credatur, utrosque scilicet absentes atque nescientes, ac per hoc non ipsos, sed similitudines eorum, sicut etiam locorum? nam et fundum uidit, ubi erat ille cum clericis presbyter, et Hipponem, ubi a me quasi baptizatus est: in quibus locis profecto non erat, quando illic sibi esse uidebatur. nam quid ibi

1 in quo *N* poenae *K* 2 reuiuexerat *Y* intenti T^1 aderant *om. Y* adherant *M* dixit illum *EF* exiberi *E* exhibere *AM* 3 iussum] uisum φ indicabat *BTM* ut dicebat *EF* iudicauit φ seque] sicque *EF* 4 se audisse *EF* 6 in *om. F* uisis *in mg. m. 2 T* somnis *AT*^{1} in somniis *F* suis] fuit *IZFAM* suis fuit *Eb* 8 illic nonnullos *KY* autem uere] aut umare (a *ex* e *m. 2*) *K* 9 somnia] omnia *Y* 10 etiam *om. E* 11 scilicet β *om. Y* aliquos *om.* Yβ religionis *NK* a (*s. l. paene euan.*) *B*; a *legitur ante* presbytero *in BTMAβF* praesbitero *B* prespitero *T* presbitero *M* 12 aput *T* ipponem *IZFT MNEAY*φ ypponem *V* baptizetur *MA* 13 est esse *V* uidera *K*^{1} itaque] quippe β presbyrum *N* praesbiterum *B* presbiterorum *FE* presbiterū *KM* clericos (cle *s. l. et* cos *ex* cum *m. 2*) *T* clericorumque *EF* 14 mortuum *EF* 15 quur *B*^{1}*M* et nos *Y* crederetur *MA* credetur *BT*^{2} creditur *T*^{1}*F* 16 absentes *ex* habentes *K* 17 eorum] ipsorum *N* 18 presbiter ille cum clericis β presbiter *BK* prespiter *TA* et *om. IZ* ipponem *NTIZEFYKMA* ypponem *V* 19 quasi a me *N* me ĕ (ĕ *s. l. m. 2*) *K* est *om. K* 20 nam— nesciebat *in mg. Z*

ageretur eo tempore, nesciebat: quod procul dubio sciret, si uere ibi esset. uisa sunt igitur ista, quae non praesentantur in ipsis rebus, ut sunt, sed in quibusdam rerum imaginibus adumbrantur. denique post multa, quae uidit, etiam in paradisum se introductum esse narrauit dictumque sibi esse, cum inde dimitteretur rediturus ad suos: uade, baptizare, si uis esse in isto loco beatorum. deinde, ut a me baptizaretur, admonitus iam factum esse respondit. cui rursus ille, qui cum eo loquebatur, uade, inquit, uere baptizare; nam illud in uisione uidisti. post ista conualuit, perrexit Hipponem. pascha iam propinquabat, dedit nomen inter alios conpetentes, pariter cum plurimis incognitus nobis; nec illam mihi uisionem nec cuiquam nostrorum indicare curauit. baptizatus est, peractis diebus sanctis remeauit ad propria. biennio uel amplius transacto ego haec cuncta cognoui: primo per quendam meum eiusque amicum in conuiuio meo, cum quaedam talia loqueremur; deinde institi ac feci, ut haec mihi praesens ipse narraret adtestantibus honestis ciuibus suis et de mirabili eius aegritudine, ut iacuerit paene mortuus per dies plurimos, et de illo alio Curma fabro ferrario, quod commemoraui superius, et de his omnibus, quae cum mihi diceret, iam

2 essent *IZ* praestantur *BAEMT*^{2}*φb* praesentatur *IZ* restantur *Y* praestatur *T*^{1} 3 imaginibus rerum *F* 4 in *post* paradisum *T* paradysum *Z* 6 mitteretur *IAEFMV*β re*ditурus *K* 7 isto] illo *BTAEF* beatorum] scorum *V* baptizatorum *F* deinde] denique *A* 8 iam—respondit *om. Y* cui rursus] curiosus *Y* 9 uere baptizare] rebaptizare *MA* baptizari *FV*β 10 ita *F* cūualuit *A* ipponem *NTIZAEF* 11 pasca *TEF* pascha autem *A* appropinquabat ζ 12 pluribus *N* aliis plurimis β incognitis *V*φ ne *M* ille *BTMA* uisionem mihi β mihi] hi φ 13 nec] uel *NIZAEYK* cuiquam] alicui β nostrorum] conseruorum *BTAFM* 14 uiennio *N* 15 cuncta haec *bd* ista cuncta *E* primum *N* 16 meum *om. BTAM* nostrum φ cuiusque *Y* eiusdem *N* eius *TE* cum] dum *IKEVY*ζ*bd* quendam *Y* 17 loqueretur *I* ipse *om. KY* 18 onestis φ suis ciuibus β 19 iacuerat *KY* poenae *K* 20 alio illo *E* ferrario fabro *E* fabri φ cūmemoraui *I* 21 cum *ex* eum *m. 2 T* mihi] nichil β iam *scripsi:* etiam *BNTIZKMAEFRYCh*βφ*bd om. V*

et se tunc ab illo audisse recolebant atque firmabant. quamobrem sicut uidit baptismum suum et me ipsum et Hipponem et basilicam et baptisterium non in rebus ipsis, sed in quibusdam similitudinibus rerum, ita et alios quosdam uiuos eisdem nescientibus uiuis.

XIII. Cur non ergo ita et illos mortuos eisdem nescientibus mortuis?

16. Cur non istas operationes angelicas credimus per dispensationem prouidentiae dei bene utentis et bonis et malis secundum inscrutabilem altitudinem iudiciorum suorum? siue instruantur hinc mentes mortalium siue fallantur siue consolentur siue terreantur, sicut unicuique uel praebenda est misericordia uel inroganda uindicta ab illo, cui misericordiam et iudicium non inaniter cantat ecclesia. ut uolet accipiat quisque quod dicam. si rebus uiuentium interessent animae mortuorum et ipsae nos, quando eas uidemus, adloquerentur in somnis, ut de aliis taceam, me ipsum pia mater nulla nocte desereret, quae terra marique secuta est, ut mecum uiueret. absit enim, ut facta sit uita feliciore crudelis usque adeo ut, quando aliquid angit cor meum, nec tristem filium consoletur, quem dilexit unice, quem numquam uoluit maestum uidere. sed profecto quod sacer psalmus personat, uerum

10 cf. Rom. 11, 33 13 cf. Ps. 100, 1

1 et se tunc ab illo] se tunc ab illo *NKE* se nunc ab illo *Y* et nunc ab illo *TAChφ* tunc ab illo *VβBF* et tunc ab illo *M* tunc ab illo se *bd* audisse se *Vβ* adque firmabant I^1 et adfirmabant I^2 2 et *fin. om. N* ipponem *NTIZAEFKYφ* 3 in *pr. om. F* 4 alius *Y* uiros *F* 5 uiuis—nescientibus *om. Y* uiuis attestabatur *F* 6 quur *IZMB*^{1} ita—angelicas *in mg. m. 2 add. T* 8 quur *ZM* ista *Y* orationes *Y* fieri credimus *E* dispensatione *Y* 9 dei prouidentiae *E* dei *om. K* 10 altitudinem inscrutabilem *T* 11 ut instruantur *N* falluntur K^1 12 uel *om. BAM* est *om. K* 14 non ụịḍ (*m. 2 exp.*) *T* 15 dicemus *E* uiuentibus *BTMAEF* 16 ipse *NIZE* ipsi φ eos *NKYφ* uidemus eas *E* 17 in somnis *om. AFM* 18 nocte] ratione *KY* 19 crudelis] crudis *I* credula *F* 20 quid β agit *NY* angitur *BTIZF* ne *Tφ* 21 unicae *B* mestum *TIZEBFKY*

est: quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me, dominus autem adsumpsit me. si ergo dereliquerunt nos parentes nostri, quomodo nostris curis et rebus intersunt? si autem parentes non intersunt, qui sunt alii mortuorum, qui nouerint, quid agamus quidue patiamur? Esaias propheta dicit: tu es enim pater noster, quia Abraham nesciuit nos, et Israhel non cognouit nos. si tanti patriarchae, quid erga populum ex eis procreatum ageretur, ignorauerunt, quibus deo credentibus populus ipse de illorum stirpe promissus est, quomodo mortui uiuorum rebus atque actibus cognoscendis adiuuandisque miscentur? quomodo dicimus esse eis consultum, qui obierunt, antequam uenirent mala, quae illorum obitum consecuta sunt, si et post mortem sentiunt quaecumque in uitae humanae calamitate contingunt? an forte nos errando ista dicimus et hos putamus quietos, quos inquieta uiuorum uita sollicitat? quid est ergo, quod piissimo regi Iosiae pro magno beneficio promisit deus, quod esset ante moriturus, ne uideret mala, quae uentura illi loco et populo minabatur? quae dei uerba ista sunt. haec dicit dominus deus Israhel: uerba mea, quae audisti et ueritus es a facie mea, cum audisti, quae locutus sum de loco isto et qui commorantur in eo, ut deseratur et in maledicto sit, et conscidisti

1 Ps. 26, 10 5 Es. 63, 16 19 IV Reg. 22, 18—20

1 derelinquerunt *KφB*^{1} 2 autem *om. K* ssumpsit *T*^{1} assumsit *N* me *om. M* ergo] ego *Z* 3 parentes] patres *BTVAEFMY*$\frac{3}{5}$ 4 quid *Y* 5 nouerunt *TFV*β quidue] quid *E* ysaias *V* isayas β 6 enim *om. T*^{1} abraam *F* 7 nos et] nosset *K*^{1} et—nos *om. F* cognoui φ^1 nos *om. N* 8 eis] his *BTMAFV*β*bd* 9 populis β ipse *om. AM* 10 promissus] creatus *E* 12 esse eis] eis fuisse *BTMA EFR*β*V* eis esse *NKY*φ 13 post *om. A* 14 morte *N* 15 contin-guntur φ extingunt *F* ista *om. E* hos] eos *NVY*β*φ* 16 inquietaụi (i *med. s. l.*) *K* inquietam *M* uita uiuorum *BTEFRVY*β*φbd* uita *om. AM* solitat *Z* qui *Z* ergo est *V* 17 piissimi *BA* iosie *E* 18 uentura ęrąnţ *T* 19 ista *om. BTAEFM* sunt] sunt hęc *E* 20 pro eo quod uerba *sqq. E* 22 isto loco *Tbd* commemorantur *BK*^{1} 23 ut—*649, 5* in eo *in mg. m. 1 T*

uestimenta tua, et fleuisti in conspectu meo, et ego audiui, dixit dominus sabaoth. non sic, ecce ego adponam te ad patres tuos, et adponeris cum pace; et non uidebunt oculi tui omnia mala, quae ego induco in locum hunc et qui commorantur in eo. territus iste dei comminationibus fleuerat et sua uestimenta conscinderat; et fit omnium malorum futurorum de properatura morte securus, quod ita requieturus esset in pace, ut illa omnia non uideret. ibi ergo sunt spiritus defunctorum, ubi non uident quaecumque aguntur aut eueniunt in ista uita hominum. quomodo ergo uident tumulos suos aut corpora sua, utrum abiecta iaceant, an sepulta? quomodo intersunt miseriae uiuorum, cum uel sua ipsi mala patiantur, si talia merita contraxerunt, uel in pace requiescant, sicut huic Iosiae promissum est, ubi mala ulla nec patiendo nec conpatiendo sustineant, liberati ab omnibus malis, quae patiendo et conpatiendo, cum hic uiuerent, sustinebant?

XIIII. 17. Dixerit aliquis: si nulla est mortuis cura de uiuis, quomodo ille dies, qui apud inferos torquebatur, rogabat Abraham patrem, ut mittat Lazarum ad quinque fratres suos nondum mortuos et agat cum eis, ne ueniant et ipsi in eundem tormentorum locum? sed numquid quia hoc ille dies

1 tua] mea B^1K^1 2 dicit *E* sabahot *IZ* ṇọṇ ṣịç *K* idcirco *E* 3 in pace *Y* 4 occuli *K* 5 inducam *EFV*β commemorantur B^1Y^1 in eo *in mg. N* 6 comminationibus dei β dei] de *TAFM* de comminationibus *B* comminatione *N* 7 conciderat *V* sit T^1 deproperata φ deproperatur amorte *K* 8 esset quieturus *E* pace] parte β 10 istam uitam *E* hominum uita *Eug* 11 hominibus *TEFR*β*bd* ergo *om. Eug* 12 utrum] aut utrum *IZ* obiecta *Y* iacent *IZ* 13 miseria K^1 miseriis K^2 ipsa *NE*ʒ ipsa *AFM om. T* patiuntur *MAE* 14 huic *om. NEug* Iosiae] ipsi *BTMAEFV*ʒ iosie *Y* iosiae *ex* iosuae *K* 15 promissum est] promissione confirmatum est *E* nec mala ulla *Eug* ulla] nulla (n *s. l.*) *I*, nulla β non *K* nec conpatiendo *om. FM*φ 16 liberata *E* 17 huic *K* 18 mortuis est β 19 debes Y^1 quia *K* 20 abraam *F* mitteret *EF*^{1}*V*I^1Z^2β*bd* 21 ageret *EFV*ʒ*bd* uenirent *EFV*β*bd* et *om. T* 22 dies ille hoc β dixit dies ille *Y* dies ille *NTEY*

dixit, ideo quid fratres agerent uel quid paterentur illo tempore sciuit? ita illi fuit cura de uiuis, quamuis quid agerent omnino nesciret, quemadmodum est nobis cura de mortuis, quamuis quid agant utique nesciamus. nam si nihil de mortuis curaremus, non utique pro illis deo supplicaremus. denique Abraham nec Lazarum misit et Moysen ac prophetas hic eos habere respondit, quos audire deberent, ut ad illa supplicia non uenirent. ubi rursus occurrit, quomodo quid hic ageretur Abraham pater ipse nesciebat, ubi sciebat esse Moysen et prophetas, id est libros eorum, quibus homines oboediendo tormenta inferna euitarent, ubi denique nouerat diuitem illum in deliciis, pauperem uero Lazarum in laboribus doloribusque uixisse. nam et hoc illi ait: memento, fili, quia percepisti bona in uita tua, Lazarus autem mala. sciebat ergo haec, quae utique apud uiuos, non apud mortuos gesta fuerant. uerum non cum agerentur in uiuis, sed eis mortuis potuit Lazaro indicante cognoscere, ne falsum sit, quod ait propheta: Abraham nesciuit nos.

XV. 18. Proinde fatendum est nescire quidem mortuos quid hic agatur, sed dum hic agitur, postea uero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, sed quae sinuntur indicare, qui sinuntur etiam ista meminisse,

1 cf. Luc. 16, 22 sqq. 13 Luc. 16, 25

1 quod *pr.* *T* in illo *MAEFV*β 2 fuit illi *E* cura fuit *KY* facerent *F* 3 omnino *om.* T^1 nescirent *V* nobis est *V*β uobis *M* cura *om.* *Y* 4 omnino utique β 6 abraam *F* ac] et A^1 hac A^2 prophetas quin immo hic *sqq.* *EF*β*V* hic—respondit *om.* *TK* 7 quos—prophetas *in mg. m. 2* *T* ad *om.* K^1 8 hic *om.* *TY* 9 abraam *T* pater abraam *F* ipse *om.* *TMAFV*β ibi *B* esse sciebat *FV*β moysen esse et prophetas *E* 11 inferni *ME om.* *V* uitarent *NIZAK*φ deuitarent β 12 diliciis *T*φ delitiis *Y* 13 recepisti *NEV*β 14 bona] bona tua *NBAM* similiter mala *V*β 15 quae] quia *VF om.* *BTMA* utique *om.* *V*β aput *Y* 16 fuerant] sunt β non non *Y* cum non *T* in eis *T* mortuus *Y* defunctos β 18 habraham *T* abraam *F*. 19 *cum uoce* Proinde *incipit cod.* *X* quod *MA* 20 nondum β agatur K^1 uero *om.* XV^1 non audire V^1 22 sinunt *BTA*^{1} indicare—sinuntur *om.* *X* quae *K*φ isti φ ita *KY*

et quae illos, quibus haec indicant, oportet audire. possunt et ab angelis, qui rebus, quae aguntur hic, praesto sunt, audire aliquid mortui, quod unumquemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta subiecta sunt. nisi enim essent angeli, qui possent interesse et uiuorum et mortuorum locis, non dixisset dominus Iesus: contigit autem mori inopem illum et auferri ab angelis in sinum Abrahae. nunc ergo hic, nunc ibi esse potuerunt, qui hinc illuc quem deus uoluit abstulerunt. possunt etiam spiritus mortuorum aliqua, quae hic aguntur, quae necessarium est eos nosse et quos necessarium est ea nosse, non solum praesentia uel praeterita, uerum etiam futura spiritu dei reuelante cognoscere, sicut non omnes homines, sed prophetae, dum hic uiuerent, cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quae illis esse reuelanda dei prouidentia iudicabat. mitti quoque ad uiuos aliquos ex mortuis, sicut e contrario Paulus ex uiuis in paradisum raptus est, diuina scriptura testatur. nam Samuhel propheta defunctus uiuo regi Sauli etiam futura praedixit: quamuis nonnulli non ipsum fuisse, qui potuisset magicis artibus euocari, sed aliquem spiritum tam malis operibus

6 Luc. 16, 22 16 cf. II Cor. 12, 2 18 cf. I Reg. 28, 7 sqq. 20 cf. de diu. quaest. ad Simpl. II quaest. III

1 haec *om. Eug* 3 aliquid audire *F* unumquemque] nunc quemque *BTMA* eorum *F* 4 subiacent *E* enim *om. Eug* 5 possunt *NMAYEug* *pr.* et *om. V* 6 ccntingit K^1 7 auferre K^1 ferri *AEFXV*β ferre *M* afferri *ex* auferri φ sinu *BNTKAY* habraham *T* abraae *F* abraham AB^1 8 nunc] non *IZ* ibi] illic φ ubi *X* hunc *X* illud *I* illum *N*φ*X* 10 quae *alt.*] quos *Y* quia *F* ea *BTMAKYF* 11 et—nosse *in mg. Z om. F* quod *Y* quae *MABT* non est *BTKMA* est *om. E* ea nosse] eos non nosse BMT^2YA non solum necessarium non est eos non nosse non solum praesentia *sqq. F* praeterita uel praesentia *bd* 12 etiam *om. MA* 14 illis] ipsi *Y* 15 iudicat *M* audiebat YK^1 mittit *Y* ad uiuos *om. X* 16 aliquos (os *add. m. 2*) *N* aliquis K^1 e *om. BMA* paulus quod *EF* paradysum *N* 17 raptus *in mg. m. 2 T* est] esse *X* samuel *EFRYVX*βφ*bd* 18 defunctus] mortuus β Sauli etiam regi *bd* 19 nonnulli *om. V* potuit Z^1 potuisse *TMA* 20 tam *om. F*

congruentem illius existiment similitudinem figurasse: cum liber Ecclesiasticus, quem Iesus filius Sirach scripsisse traditur et propter eloquii nonnullam similitudinem Salomonis pronuntiatur, contineat in laude patrum, quod Samuhel etiam mortuus prophetauerit. sed si et huic libro ex Hebraeorum quia in eo non est canone contradicitur, quid de Moyse dicturi sumus, qui certe et in Deuteronomio mortuus et in euangelio cum Helia, qui mortuus non est, legitur adparuisse uiuentibus?

XVI. 19. Hinc et illa soluitur quaestio, quomodo martyres ipsis beneficiis, quae dantur orantibus, indicant se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui, quid agant uiui. non enim solis beneficiorum effectibus, uerum ipsis etiam hominum aspectibus confessorem adparuisse Felicem, cuius inquilinatum pie diligis, cum a barbaris Nola obpugnaretur, audiuimus non incertis rumoribus, sed testibus certis. uerum ista diuinitus exhibentur longe aliter, quam sese habet usitatus ordo singulis creaturarum generibus adtributus. non enim quia in

2 cf. de doctr. chr. II 8, 13 4 cf. Eccli. 46, 13 7 cf. Deut. 34, 5 cf. Matth. 17, 3 18 cf. Ioh. 2, 9

1 existimant *Y* similitudinem *om. Y* figura esset *IZ* 2 hiesus *N* filius *om. BIZKMAY*φ¹ syrae *B* syrahc *T* syraac *V* sirac *IZKMAF* se scripsisse *Y* traditur] testatur *KY* 3 eloquium *BT* nonnulla *V* nullam β 4 contineatur (*exp. m. 2*) *T* laudem *K* samueel *Y* samuel *EFV*β*bd* etiam] et *MAKFVYBE* 5 et *om. BTMKAEFVY*β*bd* ebreorum *KM* ebraeorum *BT* hebreorum *F* 6 in eo] in eorum *bd om. AE*, in eo *post* est *legitur in T* canhone *B* cannone φ in canone *E* moysi *Z* 7 deuthoronomio *N* deuteronomium *Y* 8 elya *EV* Elia *bd* legitur *om. T*¹ 9 uidentibus φ uiuens *F* 10 *Incipit cod. X* Hic *X* quaestio soluitur *T* quonâmodo *KN*¹*Eug* quodammodo (quod *add. m. 2*) *Y* sancti martyres *T* 11 ipsi *N*φ*Eug* orationibus *Eug* 12 agunt *BTAFMVX*β 13 affectibus *FV*β uerum—aspectibus *in mg. Z* etiam ipsis *Abd* ipsis *om. X* 14 cuius—diligis] ciuibus uel inquilinis (inquilis *F*) pie a se dilectis (delictis *E*) *EFV*β 15 a *om. Y*φ oppugnabatur *V* expugnaretur β pugnaretur *X* 16 certis testibus *E* testibus] certibus *M om. T* certis rebus *T* 17 exibentur *EF* quam] cũ *Y* se *BMAF*β 18 adtribuit *Y*

uinum aqua, cum uoluit dominus, repente conuersa est, ideo non debemus, quid aqua ualeat in elementorum ordine proprio, ab istius diuini operis raritate uel potius singularitate discernere; nec quoniam Lazarus resurrexit, ideo mortuus omnis, quando uult, surgit aut eo modo exanimis a uiuente quomodo a uigilante dormiens excitatur. alii sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa uirtutum; alia sunt, quae naturaliter, alia, quae mirabiliter fiunt, quamuis et naturae deus adsit, ut sit, et miraculis natura non desit. non igitur ideo putandum est uiuorum rebus quoslibet interesse posse defunctos, quoniam quibusdam sanandis uel adiuuandis martyres adsunt, sed ideo potius intellegendum est, quod per diuinam potentiam martyres uiuorum rebus intersunt, quoniam defuncti per naturam propriam uiuorum rebus interesse non possunt.

20. Quamquam ista quaestio uires intellegentiae meae uincit, quemadmodum opitulentur martyres his, quos per eos certum est adiuuari: utrum ipsi per se ipsos adsint uno tempore tam diuersis locis et tanta inter se longinquitate discretis, siue ubi sunt eorum memoriae siue praeter suas memorias, ubicumque adesse sentiuntur, an ipsis in loco suis meritis congruo ab omni mortalium conuersatione remotis et tamen

4 cf. Ioh. 11, 44

1 uinum] unum *M* uoluit fecit T^1 3 ab] ad *IZFA* ȩaritate (*in mg.* raritate) *T* rarite B^1 raritatem *IZAF* singularitatem *IZAF'* 4 neque *V* ideo] ita *V* 5 surget *Eug* surgit—modo] resurrexerunt tantummodo *X* eo] quo *Y* 6 uigiliante *K* exitatur *F'* humanorum *BTA*^{1} 7 limites] milites *TFA*^{1} rerum *om. X* alia sunt β diuinorum *MB om.* T^1 9 assit *NV* ut sit *om. KY*φ 10 rebus *om. X* posse *om. KY* 11 defunctis *X* 12 adsunt—martyres *om. X* 13 prouidentiã (*s. l* potentiã *m. 2*) *T* rebus *om.* T^1 intersunt—rebus *om. X* 14 interesse non possunt] intersunt *K* 16 meae intellegentiae *F'* uincat *KYXM* uicit φ uicerit *Eug* 17 quemammodum NB^1 oppitulentur φ iis β*bd* quod *Y* 18 utrum *om. MA* ipsis φ assint *K* asserit β 19 longitudine *E* 20 siue *pr. om. X* propter *X* 21 locis T^1 22 omni *om.* φ semotis *NKY*φ

generaliter orantibus pro indigentia supplicantum — sicut nos oramus pro mortuis, quibus utique non praesentamur nec ubi sint uel quid agant scimus — deus omnipotens, qui est ubique praesens nec concretus nobis nec remotus a nobis. exaudiens martyrum preces, per angelica ministeria usquequaque diffusa praebeat hominibus ista solacia, quibus in huius uitae miseria iudicat esse praebenda, et suorum martyrum merita ubi uult, quando uult, quomodo uult, maximeque per eorum memorias, quoniam hoc nouit expedire nobis ad aedificandam fidem Christi, pro cuius illi confessione sunt passi, mirabili atque ineffabili potestate ac bonitate commendet. res est haec altior, quam ut a me possit adtingi, et abstrusior, quam ut a me ualeat perscrutari. et ideo quid horum duorum sit, an uero fortassis utrumque sit, ut aliquando ista fiant per ipsam praesentiam martyrum, aliquando per angelos suscipientes personam martyrum, definire non audeo. mallem ab scientibus ista perquirere. neque enim nemo est, qui haec sciat, non qui sibi scire uideatur et nesciat. dona enim dei sunt his alia et illis alia largientis secundum apostolum, qui dicit unicuique dari manifestationem spiritus

1 orantes *X* orationibus *Eug* indigentiis *IZEbd* supplicantium *TAFVXβ* 3 scimus] sed *X* omnipotens deus *VX* 4 nobis *pr. om. X* 5 exaudiat *FA*^{2} exaudiet *BTMA*^{1} misteria *Y* ministeriũ ; 6 et praebeat *A* 7 praebendum *F* merita martyrum (martyrum *om. K*) *NMKEVRXβbdEug* meritum martyrum *BT*^{2} meritorũ martyrum *T*^{1} martirum meritum *F* merito martyrum *A* 8 uult expedire nobis *X* quomodo uult, quando uult *Eug* quando uult *om. I* quomodo uult *om. X* maxime qui *BF* 9 nouit] nobis *Y* expedire *om. T* nobis *om. Y* 11 mirabiliaque *K*^{1} hac *X* bonitatẽ ϙ commendat *E* commendata *X* 12 res haec altior est *TEFVβbd* est *om. BMA* haec *om. A* ut—quam *om. V* possit] debeat *Eug* 13 ualeat] possit *E* 14 duum *V* utrumque sit *om. V* ut *om. KY* 15 ista—aliquando *om. X* ipsa praesentia *N* aliquando—martyrum *om. T*^{1} 16 persona *YX*^{1} personas *X*^{2} 17 mallem enim *E* a *EVbd* ab scientibus] absentibus *M* 18 non qui] numquid *X* sibi *om. F.I* uideatur scire *X* *post* nesciat *repetuntur* numquid—nesciat *in X* 19 alia ṣụnṭ *K* illis] his *X* largiendis ϙ largientes *B*^{1} 20 dati *Y*

ad utilitatem. alii quidem, inquit, datur per spiritum sermo sapientiae; alii sermo scientiae secundum eundem spiritum; alteri autem fides in eodem spiritu; alii donatio curationum in uno spiritu; alii operationes uirtutum; alii prophetia; alii diiudicatio spirituum; alii genera linguarum; alii interpretatio sermonum: omnia autem haec operatur unus atque idem spiritus diuidens propria unicuique prout uult. horum omnium spiritalium donorum, quae commemorauit apostolus, cuicumque data est diiudicatio spirituum, ipse scit ista sicut scienda sunt.

XVII. 21. Talem fuisse credendum est illum Iohannem monachum, quem de belli ciuilis euentu maior Theodosius consuluit imperator: habebat quippe etiam prophetiam. neque enim singulos singula munerum istorum, sed etiam plura unum habere posse non ambigo. Iohannes ergo iste cuidam mulieri religiosissimae inpatienter eum uidere cupienti atque ut hoc inpetraret per maritum suum uehementer instanti, cum ille nollet, quoniam id numquam permiserat feminis, uade, inquit, dic uxori tuae, uidebit me nocte proxima, sed in somnis. et factum est: monuitque illam quidquid fidelem coniugatam moneri oportebat. quae cum euigilasset, talem se uidisse hominem dei uiro suo, qualem ille eum nouerat, et quid ab illo audierit, indicauit. qui hoc ab eis conperit, retulit

1 I Cor. 12, 7—11

1 *cum uocabulo* utilitatem *finitur X* quidem *om. YK* inquid *Y* 3 autem *om. TE* spm *N* 4 alii—spiritu *om. MARF* alii] alteri *BKEFVβbd* donatio] gratia *T* curationum] sanitatum *T* 5 operatio *T* prophetiae *TVMAEβF* prophetatio ϙ 7 sermonum] linguarum *BFKMR*^{1}*Z er. in I* 8 idem *om. F* propria unicuique] singulis *E* cuique *K* 10 quem *N* cuique *Y* 12 in illum *F* 13 euentum *N* 14 inperator *F* habeat *K* etiam *om. T* 15 unum plura *E* 16 quadam muliere *Vβbd* 17 religiosissime *TY* religiosissima *Vβbd* cupiente *Vβbd* 18 maritum] uirū *E* instante *Vβbd* 19 femini *K* 20 in] tu β 21 quicquid *KEF* 22 coniungatam *K* moneri *ex* moueri *Y* 24 illo] eo β audierat *T*, (a *fin. in ras.*) *I* indicabit Y^{1} rettulit *N*

mihi, uir grauis et nobilis et dignissimus credi. sed si illum sanctum monachum ipse uidissem, quia, sicut fertur, patientissime interrogabatur et sapientissime respondebat, quaesissem ab eo, quod ad istam pertinet quaestionem, utrum ipse ad illam feminam uenisset in somnis, id est spiritus eius in effigie corporis sui, sicut nos ipsos in effigie nostri corporis somniamus, an ipso aliud agente uel, si dormiebat, aliud somniante siue per angelum siue quocumque alio modo in mulieris somnio talis facta sit uisio, atque id futurum, ut ipse promitteret, prophetiae spiritu reuelante praesciuerit. si enim ipse interfuit somnianti, mirabili gratia utique id potuit, non natura, et dei munere, non propria facultate; si autem ipso aliud agente, siue dormiente et uisis aliis occupato, cum mulier uidit in somnis, profecto tale aliquid factum est, quale illud est, quod in apostolorum Actibus legimus, ubi dominus Iesus loquitur Ananiae de Saulo et indicat ei, quod Saulus uidit ad se uenientem Ananiam, cum hoc Ananias ipse nesciret. quodlibet horum mihi responderet ille homo dei, et de martyribus ab illo pergerem quaerere, utrum ipsi adsint in somnis uel quocumque alio modo uidentibus eos in qua figura uoluerint, et maxime quando ab eis se

15 cf. Act. 9, 10 sqq.

1 grauissimus *YK* dignissimus *ex* grauissimus *F* credidi *TB*^{1}*K*^{2}*F* 2 ipse *s. l. T om. E* 4 ista *Y* 5 ille ipse φ illam] ipsam φ faeminam *N* 6 effigiae *B* sui—corporis *om. K* nos *om.* β ipsi *E* corporis nostri *AV*β*bd* 7 an] ante *Y* 8 siue per angelum *om. K* siue a quocumque *BTF* alio quocumque *E* 9 somnium *BMAEF* atque si *E* 10 ut *om. E* promiserit *E* prophetiaeque *E* praesciuerit] cognouerit *E* 11 si enim ipse somniante interfluit β somnianti interfuit *V* id utique gratia *N* utique *om. T*^{1} 13 uisis] ụịṣ (*s.* ụịṣ *add.* in) *K* occupatū *IZ* 14 aliquid quicquid *V* 15 actibus apostolorum *BTMAEFVR*β*bd* 16 annaniae *AB* indicauit *KE* ei *om. MA* 17 et cum β hoc *om. E* anania *Y* 18 mihi ipse *KY* responderit *F*^{1} resporet *K*^{1} 19 pergerem ab illo *V* ab illo *om. T* pergerem quaerere] peterem *E* peterem quạrẹ *F* 20 ipsa *A* assint *K* absint *I*^{1} uel in *V* quo modo cumque aliter *E* 21 eo *T*^{1} uoluerit *T*^{1}

torqueri daemones in hominibus confitentur et rogant eos, ut pareant sibi, an ista fiant dei nutu per angelicas potestates in honorem commendationemque sanctorum ad utilitatem hominum illis in summa quiete positis et ad alia longe meliora uisa uacantibus seorsum a nobis orantibusque pro nobis; nam Mediolani apud sanctos Protasium et Geruasium martyres expresso nomine sicut defunctorum, quos eodem modo commemorabant, adhuc uiuum daemones episcopum confitebantur Ambrosium atque ut sibi parceret obsecrabant illo aliud agente atque hoc cum ageretur omnino nesciente; an uero aliquando per ipsam praesentiam martyrum fiant ista, aliquando per angelorum; et utrum possint uel quibus signis possint a nobis duo ista discerni, an ea sentire ac diiudicare non ualeat, nisi qui habeat illud donum per dei spiritum diuidentem propria unicuique prout uult: dissereret mihi, ut arbitror, ille Iohannes haec omnia, sicut uellem, ut aut eo docente discerem et ea quae audirem uera et certa esse cognoscerem, aut ego crederem quae nescirem illo dicente quae sciret. quodsi mihi forsitan de sancta scriptura responderet ac diceret: altiora te ne quaesieris, et fortiora

20 Eccli. 3, 21

1 a demones *Y* 4 ad alia] talia *A* 5 seorsus *N* 6 geruasium et prothasium (protasium *T*) *TF* gerbasium *NK*^{1} 7 expresso nomine] $\overline{\text{xps}}$ suo nomine (*s.* $\overline{\text{xps}}$ *add.* demones) *F* defunctos *A* 8 daemones *om. F* epyscopum *K* 9 atque *om. T*^{1} sibi] eis *TKM*β 10 agente aliud *E* cum hoc *V* 11 uero] forte *BAEF*β*V* aliquando *om. V* 12 uel—possint *leguntur post* discerni *in V* 13 possunt *YK*^{1} an ea] as (s *sup. exp.* n) *K* ea *om. Y* iudicare *BTMA*φ 14 ualeąt *K* ualet *Y* habet *NVFY*β*φbd*; *cum uoce* habēt *cod.* φ *fol. 21*^{b} *finitur; unum folium mutilum est, ut paucae uoculae dinosci possint* illū *BTAY* aliud *K* 15 diuidente *Y* prout uult unicuique *BTEAF* disserere *BAF*^{1} 16 ille Iohannes *om. BTMAF* ille] ipse *NEbd* haec omnia ipse iohannes *post* uellem *pos. in E* sicut uellem *om. T post* uellem *add. F:* ipse dedisset ut *om. E* aut] autem *Y* aut enim *E* eo *om. Y* 17 et *pr.*] ut *F* certa] cetera *A* 18 aut ego crederem *om. K* ego] eo *F* docente *E*β 19 sciret] uera sunt *YK* 20 ac] et *E* ac diceret *om. NMAFV*β te *om. V* forciora *B*

te ne scrutatus fueris, sed quae tibi praecepit dominus, illa cogita semper, id etiam gratanter acciperem. non enim paruus est fructus, si aliqua obscura et incerta, quae conprehendere non ualemus, clarum saltem certumque sit nobis non esse quaerenda, et quod unusquisque uult discere putans prodesse si sciat, discat non obesse, si nesciat.

XVIII. 22. Quae cum ita sint, non existimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire, nisi quod pro eis siue altaris siue orationum siue elemosynarum sacrificiis sollemniter supplicamus, quamuis non pro quibus fiunt omnibus prosint, sed eis tantum quibus dum uiuunt conparatur, ut prosint. sed quia non discernimus, qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, ut nullus eorum praetermittatur, ad quos haec beneficia possint et debeant peruenire. melius enim supererunt ista eis, quibus nec obsunt nec prosunt, quam eis deerunt, quibus prosunt. diligentius tamen facit haec quisque pro necessariis suis, quo pro illo fiat similiter a suis. corpori autem humando quidquid inpenditur, non est praesidium salutis, sed humanitatis officium secundum affectum, quo nemo umquam carnem suam odio habet. unde oportet ut quam potest pro carne proximi curam gerat.

21 cf. Eph. 5, 29

1 scrutaueris *TMAE* praecepit tibi *BTMAEFbd* preceperat *K* 4 saltem] sane *E* 5 nobis sit β 6 si sciat] sic** *I* discat *om. I* abesse T^1 8 *Incipit cod. X* 10 orationum sacrificiis siue elemosinarum muneribus sollemniter supplicamus *E* elemosinarum *TIZKM AFEVYR*β elemosynarum *BN* aelaemosinarum *X* solempniter *F* sollempniter *V* 11 non his *E* 12 eis] his *BTEFAKMYR* hiis β iis *bd* pro quibus *Eug* dum uiuunt *om. X* comparantur *BA* 14 generatis *V* regeratis *Y* 15 possint haec beneficia *T* 16 superest *IZ* ne *fin.* β 17 deerant *IZ* haec facit *N* 18 suis] meis *K* quod *BNTIZKMAEYXF*^{2} pro illo] per illius *Y* fiant *VR*β*bd* 19 corpora *X* humano *BMAEF* quicquid *AEX* est] esse *X* 20 offitium *F* 21 qua *X* umquam] quęcūque *X* hodio *M* habuit *N* 22 quam] qui *X* potest homo *E* proximi pro carne *IZ* carnem *N*

cum ille inde recesserit qui gerebat. et si haec faciunt, qui carnis resurrectionem non credunt, quanto magis debent facere qui credunt, ut corpori mortuo, sed tamen resurrecturo et in aeternitate mansuro inpensum eius modi officium sit etiam quodam modo eiusdem fidei testimonium! quod uero quisque apud memorias martyrum sepelitur, hoc tantum mihi uidetur prodesse defuncto, ut commendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur.

23. Habes ad ea, quae a me putasti esse quaerenda, qualem reddere potui responsionem meam: quae si ultra quam sat est prolixa est, da ueniam; id enim factum est amore diutius loquendi tecum. hunc ergo librum quemadmodum acceperit uenerabilis dilectio tua, rescriptis tuis nouerim, quem tibi perlator eius faciet sine dubio gratiorem, frater scilicet et conpresbyter noster Candidianus, quem per tuas litteras cognitum toto corde suscepi inuitusque dimisi. multum enim nos in caritate Christi sua praesentia consolatus est et, quod fatendum est, eius tibi parui instantia. nam cor meum tanta distendunt, ut, nisi ipso assidue commonente me non sineret obliuisci, profecto interrogationi tuae mea responsio defuisset.

1 inde] in *Y om. BMAFVβ* decesserit *X om. T* gerebat] regebat *BTZMAEF* faciunt *om. K* 4 aeternitatem *NVbd* 5 quodadmodo *Z* 6 memoriã *BAEFMEug* mihi *om. MA* prodesse uidetur *N* 7 ut—patrocinio *om. Y* etiam *om. T*¹ etiam affectus patrocinio martyrum *X* 8 *uoce* augeatur *fin. cod. X* 9 abes *I* qua eã eputasti *K*¹ putatis *Y* esse *om. V* quaerenda esse *F* 10 potui reddere *BTMAEFVRβbd* responsionem] rationem *F* 11 satis *bd* enim *om. Y* 12 tecum loquendi *E* quemammodum *KMN* 13 acciperit *N* dilectio tua uenerabilis *T* uenerabilis *om. V* tradit uenerabilis β tua dilectio *V* *ante* rescriptis *inculcant* „peto“ *NEVR*²β*bd* 14 quam *Y* sine dubio faciet *V* frs *Y*¹ 15 compresbyter *IZ* comprespiter *TA* 18 eius instantia tibi parui *BNTKMAEFRVYβbd* 19 assidue *om. T*¹ me *om. BNKM AEFRYβ* 20 sineretur *BNR*¹β sinerer *bd* 21 defuisse *Y* amen *KY* Explicit ad scm Paulinum epm Nolensem de cura pro mortuis gerenda *B, fol. 190 R, A* Explicit ad scm Paulinum epm Nolensem de cura

gerenda pro mortuis *fol. 63*^{b} *M* Explicit ad Paulinum epm. Inc̄ de octo quęstionibus ad Dulcitium *fol. 105 I* Explicit ad Paulinum epm *fol. 75*^{a} *Z* Explicit epistula sci Augustini de cura pro mortuis gerenda *fol. 95*^{a} *N* Explicit liber Aurelii Augustini ad Paulinum Nolanae urbis epm de cura pro mortuis gerenda *fol. 48*^{b} *T* Explicit liber sci Augustini de cura pro mortuis gerenda *fol. 158*^{a} *V* Explicit liber sci Augustini ad beatissimum Paulinum. Inc̄ sci Augustini de immortalitate animae *fol. 71*^{b} *K* Explicit liber de cura pro mortuis gerenda *fol. 37*^{b} β Explicit liber sci Augustini ad beatissimum Paulinum *Y Cod. E subscriptione caret* Explicit liber *fol. 142*^{a} *F*

XIIII.

S. Aureli Augustini

de patientia.

K = codex Coloniensis 76 s. VIII.
L = codex Vossianus Leidensis 98 s. VIIII.
R = codex Vaticanus Reginae 318 s. X.
S = codex Sangallensis 150 s. X.
P = codex Coloniensis 71 s. XI.
F = codex Floriacensis 165 s. XI.
B = codex Berolinensis 20 s. XI—XII.
N = codex Montepessulanus 137 s. VIIII.
D = codex Sangermannensis 13333 s. XII.
V = codex Vaticanus 514 s. XII.
O = codex Regius 2047 s. XII.
A = codex Metensis s. Arnulphi 138 s. XI.
γ = codex Regius 2044 s. XIII.
W = codex Vindobonensis 735 s. XIII.
b = editio princeps Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.
d = editio Benedictinorum a S. Mauro 1685.

XIIII.

DE PATIENTIA.

I. 1. Virtus animi, quae patientia dicitur, tam magnum dei donum est, ut etiam ipsius, qui nobis eam largitur, qua malos ut corrigantur expectat, patientia praedicetur. ita quamuis deus nihil pati possit, patientia uero a patiendo nomen acceperit, patientem tamen deum non modo fideliter credimus, uerum etiam salubriter confitemur. sed dei patientia qualis et quanta sit, quem nihil patientem nec tamen inpatientem, immo etiam patientissimum dicimus, uerbis explicare quis possit? ineffabilis est ergo illa patientia, non tamen nulla, sicut zelus eius, sicut ira eius et si quid huius modi est. nam si tamquam nostra ista cogitemus, in illo nulla sunt. nihil enim horum nos sine molestia sentimus; absit autem ut inpassibilem dei naturam perpeti ullam molestiam suspicemur. sicut autem zelat sine aliquo liuore, irascitur sine

2 Incipit eiusdem de bono pacientiae *fol. 23ª K fol. 4ª R* Incipit sermo beati Augustini epi de bono patientie *p. 29 S* Incipit liber sci Augustini epi de paciencia *fol. 246ª F fol. 15ᵇ O fol. 35 D fol. 146ᵇ B* Incipit liber beati Augustini epi de pacientia *fol. 69ª N* Sermo beati Augustini epi de patientia *A* Incipit liber de patientia *fol. 61ᵇ γ fol. 22ᵇ V* Inc̄ lib. aug de patientia *fol. 150ª W* Inc̄ sci aug̃ de patientia *fol. 50 L* Incipit Aureli Augustini uirtus *sqq. fol. 106 P* 3 tam *om. B* 4 ipsius etiam *S* nobis *om. KR* ea. dona *K* eam dono *R* largiatur *K* qua] qui ea *R* 5 malus *K* corregantur *K* predicatur *K* 6 nihil] nihil mali *KRPBDWγ* paciendo *K* 7 accepit *KFPBWγ* accipit *O* patientiam *W* deum *om. KR* 9 et *om. NV* 10 pacientissimum *KS* 11 ergo est *DWγ* non tam̃ ulla *P* nec tamen nulla *V om. bd* 12 si quid] sicut *RD* huiusce *V* 13 cogitemus] tractemus *B* 14 enim *om. L* sine molestia nos *B* 15 inpassione domini *V* 16 liuore *ex* dolore *m. 1 L* libore *K* irascitur—dolore *om. L*

aliqua perturbatione, miseretur sine aliquo dolore, paenitet eum sine alicuius suae prauitatis correctione: ita est patiens sine ulla passione. nunc itaque humana patientia, quam capere possumus et habere debemus, cuius modi sit, quantum dominus tribuit et quantum patitur breuitas praesentis sermonis, expediam.

II. 2. Patientia hominis, quae recta est atque laudabilis et uocabulo digna uirtutis, ea perhibetur, qua aequo animo mala toleramus, ne animo iniquo bona deseramus, per quae ad meliora perueniamus. quapropter inpatientes, dum mala pati nolunt, non efficiunt, ut a malis eruantur, sed ut mala grauiora patiantur. patientes autem, qui mala malunt non committendo ferre quam non ferendo committere, et leuiora faciunt, quae per patientiam patiuntur, et peiora euadunt, quibus per inpatientiam mergerentur. bona uero aeterna et magna non perdunt, dum malis temporalibus breuibusque non cedunt, quoniam non sunt condignae passiones huius temporis, sicut apostolus dicit, ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis, et iterum ait: quod est temporale leue tribulationis nostrae, in incredibilem modum aeternum gloriae pondus operatur in nobis.

17 Rom. 8, 18 19 II Cor. 4, 17

1 miseratur *R* poenitet *S* penitet *KFNO* 2 cuius *W* suae *om. V* patiens *om. W* 3 quae *K* possumus capere *γ* 4 cuiusmodi• (s *er.*) *K* 5 presentis sermonis breuitas *D* presentis *KS* 8 quae *K* quam *R* ęquo (ę *postea add.*) *K* mala aequo animo *JPBDOWγ* mala *om. KR* 9 des••eramus *L* per—perueniamus *om. K* quaeḍ *R* 10 ueniamus *L* pati mala *OW* 11 a *om. W* seruentur *A* sed—ferendo *om. N*¹ sed—committendo *om. V* 13 ferendo] ferre nolo *V* fatiunt *K* 14 peiore *R* aeuadunt *N* quae *O* 15 mererentur *O* 16 breuibusquae *K*¹ breuiterque *V* 17 condigne *LFO* passionis *K* 18 sicut apostolus dicit *om. W* dicit apostolus *D* 19 et iterum ait *om. FDOWγ* 20 et (*s. l. L*) leue *Lbd* in *om. LAFD* 21 aeternae *RSFNOVWKADγ* 22 in *om. KRSAFPB*²*Nγd*

III. 3. Intueamur itaque, carissimi, quanta in laboribus et doloribus homines dura sustineant pro rebus, quas uitiose diligunt et quanto ipsi his feliciores fieri putant, tanto infelicius concupiscunt. quanta pro falsis diuitiis, quanta pro uanis honoribus, quanta pro ludicris affectionibus periculosissima et molestissima patientissime tolerantur! pecuniae, gloriae, lasciuiae cupidos uidemus, ut ad desiderata perueniant adeptisque non careant, soles, imbres, glacies, fluctus et procellosissimas tempestates, aspera et incerta bellorum, inmanium plagarum ictus et uulnera horrenda non ineuitabili necessitate, sed culpabili uoluntate perferre. uerum haec quodam modo licitae uidentur insaniae.

IIII. Namque auaritia, ambitio, luxuria et uariorum oblectamenta ludorum, nisi propter illa facinus aliquod admittatur siue flagitium, quod legibus prohibetur humanis, putantur ad innocentiam pertinere: immo etiam qui sine fraude cuiusquam aut pro habenda uel augenda pecunia aut pro adipiscendis uel retinendis honoribus aut in agone certando seu uenando seu theatricum aliquid plausibiliter exhibendo magnos labores doloresque pertulerit, parum est quod populari uanitate nullis

1 itaque] ergo *KRPFBDOWβbd* krm̄i *KLN* quanto *S* 2 uitio sediligunt *S* uitiosae L_{γ} uitiosa *P* 3 quantum *KRSFDA PBNO*^{1}*V*$_{\gamma}$ quanti *O*^{2} ipsi] se *KRSANDbd om. BPFVWO*$_{\gamma}$ felices his *BP* felices *KFDBPOW*$_{\gamma}$ fieri] esse *NV* tantum *NV* 4 quantum *V* quanto *S* diuiciis *K* 5 lucri *R* lucris *KNV* affectibus *P*^{1} afflictionibus *V* 6 molestissime *V* molestissima***** *L* patientissimae *N* to|lerant** *N* tolerant *V* 7 lasciuiae *om. A* 8 glaties *KS* fructus *V* 9 procellissimas *B* 10 immanuū (ū *s. l.*) *F* euitali *K* euitabili *D*^{1} 11 haec] et *L* hac *N* hec *D* he *O* hae *SAPBWbd* licitae quodam modo *SAFNVbd* 12 licit*ae *K* luce *W* licet *R* euidentur *R* insania *SR* 13 auaricia *LF* ambicio *P* luxoriae *R* uaria eorum *L* 14 ammittatur *KVLSF* amittatur *RPN* 16 innocentia *K* ignorantiã *D* cuiusquam fraude *PBDOFW*$_{\gamma}$ 17 prohibenda *SV* agenda *R* dipiscendis *S* 18 aut] seu *D* certanda *S*^{1} 19 heatricum *L*^{1} plausabiliter *KP* pausabiliter *V* pausibiliter *N* exibendo *V* magnus *K* dolores laboresque *V* 20 doloresque *om. W* intulerit *NV* uanitati *K* unitate *W*

reprehensionibus cohibetur, sed insuper extollitur laudibus, quoniam laudatur, sicut scriptum est, peccator in desideriis animae suae. uis enim desideriorum facit tolerantiam laborum et dolorum; et nemo nisi pro eo, quod delectat, sponte suscipit ferre quod cruciat. sed istae, ut dixi, cupiditates, propter quas explendas qui eis flagrant multa dura et acerba patientissime sustinent, licitae existimantur legibusque concessae.

V. 4. Quid? quod etiam pro apertis sceleribus, non ut ea puniant, sed ut perpetrent, multa homines grauissima perferunt? nonne de quodam nobilissimo patriae parricida saecularium litterarum loquuntur auctores, quod famem, sitim, frigus ferre poterat eiusque erat corpus patiens inediae, algoris, uigiliae supra quam cuiquam credibile est? quid de latronibus dicam, quorum omnes cum insidiantur uiatoribus, noctes perpetiuntur insomnes, atque ut transeuntes excipiant innocentes, sub qualibet caeli asperitate nocentem animum corpusque defigunt? quidam uero eorum inuicem torquere perhibentur, ita ut exercitatio contra poenas nihil distet a poenis. non enim tantum fortassis excruciantur a iudice, ut a dolentibus ueritas inquiratur, quantum a suis sociis, ut a

2 Ps. 9, 24 (10, 3) 11 cf. Cic. Cat. III 16; Sall. Catil. 5

1 rep̄hensionibus *L* cohiberetur *NS* 2 quod *S* peccator sicut scriptum est *FOW*γ sicut scriptum est *legitur post* animae suae *in D* 3 anime *LK* tollerantiam K^1P 5 suscepit *K* crutiat *K* iste $N\gamma$ 6 fraglant KP^1 flagrant et γ 7 dura *om.* $D\gamma$ acerua SL^1 patientissimę *N* pacientissime *L* licite *LKSNW*γ et licite *V* ęstimantur *D* 8 concesse *LSFODNW* 9 pro apertis] peractis *F* eam̄ *W* 10 ea perpetrent *LA* uel grauissima *V* proferunt γ 11 nūne *D* de *om. ODL*^{1} nobilissime *K* nobilissimi *OD* patrie *K* patris *OD* paricida *S* parricidă *OD* 12 literarum *S* locuntur *KSFDNV*γ actores *W* quid *S* fame N^1 13 eiusquae L^1 corpus erat *S* inædiae *K* 15 uictoribus N^1 16 insompnes $D\gamma$ adque K^1 excipiant (a *ex* u) *L* 17 animam *B* 18 torqueri *FO* 19 perhibentur perhibentur *S* excitatio *VN* penas *NV* distat *K* 20 fortasses tantum *S* 21 adolescentibus P^1 doloribus *KR* requiratur *R* *pr.* a *om. N*

patientibus non prodatur. et tamen in his omnibus miranda est potius quam laudanda patientia, immo nec miranda nec laudanda, quae nulla est, sed miranda duritia, neganda patientia; nihil autem illic iure laudandum, nihil utiliter imitandum, tantoque rectius maiore supplicio dignum iudicaueris animum, quanto magis uitiis subdit instrumenta uirtutum. patientia comes est sapientiae, non famula concupiscentiae; patientia amica est bonae conscientiae, non inimica innocentiae.

VI. 5. Cum ergo quemquam uideris patienter aliquid pati, noli continuo laudare patientiam, quam non ostendit nisi causa patiendi. quando illa bona est, tunc ista uera est; quando illa non polluitur cupiditate, tunc a falsitate ista distinguitur. cum uero illa tenetur in crimine, tunc huius multum erratur in nomine. non enim sicut omnes qui sciunt sunt participes scientiae, ita omnes qui patiuntur sunt participes patientiae; sed qui passione recte utuntur, hi patientiae ueritate laudantur, hi patientiae munere coronantur.

VII. 6. Verum tamen cum pro libidinibus uel etiam sceleribus, cum denique pro ista temporali uita ac salute multa homines horrenda mirabiliter sufferunt, satis nos admonent, quanta sufferenda sint pro uita bona, ut etiam postea possit esse aeterna et sine ullo temporis termino, sine utilitatis ullius

1 prodantur *AWb* tamen *om. R* omnibus] hominibus *L* 2 immo—patientia *in mg.* γ nec *pr. ex* et *L* 3 que *SK* nec *F* ∗ulla *F* duricia *LF* patientia] sapientia *KR* 4 autem] enim *V* hic aut *B* alibi imitandum et mirandum *PFODBW*γ imitandum] mirandum *K* 5 iudicaberis *S* 6 quanto supplicio *VN* subdit] odit *SNAV* instrumentū *L* 7 sapientiae] patientiae *K* patientia∗ *K* patientiae *N* 8 bona *N* 9 uideris quemquam *Rbd* uideris quempiam *A* 12 tunc a] tua *NV* ista *om. KR* 13 teneatur *R* in] ex *L* *om. SNAV* multum huius *SNAV* uius *K* errant *V* 14 participes sunt *BV* 16 hii *KOW*γ *om. V* inpatientie *V* 17 hi *om. V* inpatientie *V* 19 ista] illa *V* 20 mirabiliter] miranda *O* satis—termino *sequuntur post* secura *668, 1 in cod. D* ammonent *KNLSFV* 21 sunt *KRS* postea *om. KR* esse possit *PFBW*γ 22 illius *P*

detrimento uera felicitate secura. dominus ait: in uestra patientia possidebitis animas uestras; non ait: uillas uestras, laudes uestras, luxurias uestras, sed: animas uestras. si ergo tanta suffert anima, ut possideat, unde pereat, quanta debet sufferre, ne pereat! deinde, ut illud dicam, quod culpabile non est, si tanta suffert pro salute carnis suae inter manus secantium siue urentium medicorum, quanta debet sufferre pro salute sua inter furores quorumlibet inimicorum! cum medici, ne corpus moriatur, per poenas corpori consulant, inimici autem poenas et mortem corpori comminando, ut anima et corpus in gehenna occidatur, inpellant.

7. Quamquam et ipsi corpori tunc prouidentius consulatur, si temporalis salus eius pro iustitia contemnatur et poena uel mors eius patientissime pro iustitia sufferatur. de corporis quippe redemptione, quae in fine futura est, loquitur apostolus, ubi ait: et ipsi in nobismet ipsis ingemescimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. deinde subiunxit: spe enim salui facti sumus; spes autem, quae uidetur, non est spes. quod enim uidet quis, quid et sperat? si autem

1 Luc. 21, 19 16 Rom. 8, 23—25

1 detrimento *om. D* secura felicitate *D* ait] aut L^1 patientia uestra *NV* 2 *post* patientia *duodecim litt. er. in L* non—animas uestras *om. D* 3 laudes uestras *om. W* 4 suffert (t *in ras.*) *L* pareat K^1 5 sufferre (rre *in ras.*) *L* ne—*8* sufferre *om. L* 8 salute sua] sua *KBNV* sua anima *RSAFPDOW*γ inter furores] infusores *V* furores carnalium *B* 9 medici ne] medicinę *N* medici næ *K* medicine *V* corporis *NV* insulant F^1 10 inimicorum *NV* autem *om. NV* corporis *KRSNAV* cominando *K* 11 corpus et anima *P* animū *K* animus *A* occidatur in gehenna *V* 12 Quamquam] cum *B* ipso *K* ipsa S^1 consolatur *S* 13 eius salus *D* contempnatur *LFV* condempnatur *N* pena KL^1 penaꝫ *V* 15 futura] uentura *S* 16 ipse *S* met ipsis *om. PBV* ingemiscimus *KRAFPBDOVW*γ*bd* 17 adoptionem filiorum *Lbd* redemptionem *om. FODW*γ redemptionis *A* 18 subiungit *F* 20 quis uidet *B* quidquid *D* et *om. RPNOFBDVWA*γ*b, eras. in K*

quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus.

VIII. Cum ergo torquent aliqua mala, sed non extorquent opera mala, non solum anima per patientiam possidetur, uerum etiam, cum per patientiam corpus ipsum ad tempus affligitur uel amittitur, in aeternam stabilitatem salutemque resumitur, et ei per dolorem et mortem inuiolabilis sanitas et felix inmortalitas comparatur. unde dominus Iesus ad patientiam exhortans martyres suos etiam ipsius corporis integritatem futuram sine cuiusquam, non dicam, membri, sed capilli amissione promisit. amen dico uobis, inquit, capillus capitis uestri non peribit, ut quoniam nemo umquam, sicut apostolus dicit, carnem suam odio habuit, magis homo fidelis per patientiam quam per inpatientiam pro stratu suae carnis inuigilet et futurae incorruptionis inaestimabili lucro quantalibet eius praesentia damna conpenset.

8. Quamuis autem patientia uirtus sit animi, partim tamen ea utitur animus in se ipso, partim uero in corpore suo. in se ipso utitur patientia, quando inlaeso et intacto corpore aliquid, quod non expediat uel non deceat, facere aut dicere quibuslibet aduersitatibus aut foeditatibus rerum seu uerborum stimulis incitatur et patienter mala omnia tolerat, ne ipse mali aliquid opere uel ore committat.

11 Luc. 21, 18 12 Eph. 5, 29

3 ergo] enim *PB* mala *om. B* sed—mala *in mg. inf. N* non *om. V* 4 per patientiam anima *B* possidetur] expectat *B* 5 cum *om. S* per *om. V* ip*sum *L* 6 adfligitur *S* efficitur *L* amittit *R* ammittitur *SV* 7 uiolabilis *SN* 8 unde et *SAV* 9 exortans *KPN* suos martyres *D* 10 membris *N* sed et *Bγ* 11 capillus inquit *L* 13 umquam] inquam *W* ait *O* habuit odio *W* hodio *N* habet *KR* 14 inpatientiam] impietatem *A* 15 statu *KRSFBVDOAWγbd* uigilet *PBWγ* corruptionis *V* inestimabili *KV* 16 dampna *Vγ* 19 se *om. SNAV* inleso *KNVS* illeso *BWγ* tacto *S* 20 aliquit *L* 21 feditatibus *KNOVW* fẹditatibus *Bγ* ueruorum L^1 22 tollerat N^1 nec *K* 23 ipsi *KW* mali *om. NV*

VIIII. Per hanc patientiam sustinemus, etiam cum corpore sani sumus, quod inter huius saeculi scandala beatitudo nostra differtur. unde dictum est, quod paulo ante commemoraui: si quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. hac patientia sanctus Dauid conuiciantis obprobria tolerauit et, cum facile posset ulcisci, non solum non fecit, uerum etiam alium pro se dolentem commotumque conpescuit et potestatem regiam magis adhibuit prohibendo quam exercendo uindictam. neque tunc eius corpus aliquo morbo affligebatur aut uulnere, sed humilitatis tempus agnoscebatur ac ferebatur uoluntas dei, propter quam patientissimo animo amaritudo contumeliae bibebatur. hanc patientiam dominus docuit, quando commotis zizaniorum permixtione seruis et uolentibus ea colligere dixit respondisse patrem familias: sinite utraque crescere usque ad messem. oportet enim patienter ferri, quod festinanter non oportet auferri. huius et ipse patientiae praebuit et demonstrauit exemplum, quando ante passionem corporis sui diabolum Iudam, priusquam ostenderet traditorem, pertulit furem et ante experimentum uinculorum et crucis et mortis labiis eius dolosis

4 Rom. 8, 25 5 cf. II Reg. 16, 5 sqq. 15 Matth. 13. 30 18 cf. Ioh. 12, 5; 13, 29 20 cf. Matth. 26, 49

1 sustinemus *om. V* cum] dum (post corpore *s. l. m. 2 N, m. 1 in V*) *NVbd* corporis (s *s. l.*) *L* 2 uius *S* 3 inde *SAV* ante *om. NV* commemorat apłs (t *in ras.*, apłs *add. m. 2*) *L* 4 uidimus *K* patientia *V* 5 hanc *S* conuitiantes *S* conuiciantes *A* obpropria *K* 6 contolerauit *PB* tolerantis *N* possit *S* *alt.* non *om. N* 7 etiam] et *KRSPFNBODVAWγbd* pro se] posse *P* 8 magis] magis ac magis *KRPFODBWγ* 9 exserendo *S* exerendo *NA* affligebatur aliquo morbo *D* 10 aut] a** *O* aut uulnere *om. NV* agnuscebatur *K* 11 uerebatur *S* propter] pro *K* pacientissime *N* 12 bibatur *KR* uiuebatur *P* aebibebatur *N* exhibebatur *V* uincebatur *B* patiam *S* 13 permistione *V* 14 ea *s. l. L* dicitur *V* dicit̄ (t̄ *s. l. in ras.*) *N* 16 ferre *B* oportet] potest *γ* auferre *B* 18 quando] quod *SAV* sui corporis *PB* diabolum] *om. ODW* discipulum *bd* Iudam] iudas *K om. SNVA* prius *KR* 19 ostenderit *V* traditorem *om. O* 20 dolosis] doloris *K*

non negauit osculum pacis. haec omnia et si qua alia sunt, quae commemorare longum est, ad eum patientiae modum pertinent, quo animus non sua peccata, sed quaecumque extrinsecus mala patienter sustinet in se ipso suo prorsus corpore inlaeso.

X. Alius est autem patientiae modus, quo idem ipse animus quaecumque molesta et grauia in sui corporis passionibus perfert non sicut stulti uel maligni homines propter adipiscenda uana uel scelera perpetranda, sed, sicut a domino definitum est, propter iustitiam. utroque modo sancti martyres certauerunt — nam et inpiorum obprobriis saturati sunt, ubi animus corpore intacto quasdam ueluti plagas suas integer sustinet, et in corporibus uincti sunt, inclusi sunt, fame ac siti affecti sunt, torti sunt, secti sunt, dilaniati sunt, incensi sunt, trucidati sunt — et pietate inmobili subdiderunt deo mentem, cum paterentur in carne quidquid exquirenti crudelitati uenit in mentem.

9. Maius sane patientiae certamen est, quando non uisibilis inimicus persequendo atque saeuiendo urget in nefas, qui palam et aperte a non consentiente uincatur, sed ipse diabolus, qui etiam per filios infidelitatis tamquam per sua uasa filios

9 cf. Matth. 5, 10

2 eam *F* 3 anima *SANV* quecumque *K* intrinsecus *V* 4 in] ui *V* 5 inleso *KSNV* illeso *B* 7 grauia (i *s. l.*) *L* suis *SN* 8 praefert *L* profert *F* adipiscendas *F* adhipiscenda *B* 9 *post* sed sicut *usque ad p. 683, 17 omnia exciderunt in R* 10 difinitum *K* iustitia *K* modo *om. S* 11 crrtauerunt *V* obpropriis *K* oppropriis *N* 12 quosdam γ suas *om. V* 14 siti* *L* afflicti *OW* secti—dil. sunt *om. LF* exsecti *SNV* exsec*ti *A* 15 sunt *post* trucidati *om. O* pietatem *SN* inmobile *KSN* immobilos *A* obdiderunt *A* 16 deo mentem] do mi *N* quicquid *LSNVW* 17 crudeli crudelitati *L* crudelitate *KP*γ[1] crudelitatē *N* mente *LK* 18 Maius sane] maxime *V* sane] enim *O* non uisibilis] inuisibilis *O* 19 adque *K* seuiendo *KSN* urguet *S* 20 consentiente] conscie *W* uincitur *FBDOW*γ uindicatur *K* diabulus *K*

lucis insequitur, per se ipsum occulte occultus oppugnat, saeuiendo instans, ut contra deum fiat aliquid uel dicatur.

XI. Talem illum Iob sanctus expertus est, utraque temptatione uexatus, sed in utraque stabilis patientiae robore et armis pietatis inuictus. nam prius inlaeso corpore cuncta quae habebat amisit, ut animus ante suae carnis cruciatum subtractis rebus, quas magni pendere homines solent, frangeretur et aduersus deum loqueretur aliquid his amissis, propter quae illud colere putabatur, percussus etiam omnium subita orbitate filiorum, ut quos singillatim susceperat, simul perderet, tamquam eorum numerositas non unde felicitas ornaretur extiterit, sed unde calamitas augeretur. ubi autem ista perpessus in deo suo mansit inmobilis, eius adfixus est uoluntati, quem non posset amittere nisi propria uoluntate: et pro his quae perdidit eum qui abstulit tenuit, in quo inueniret quod numquam periret. neque enim ille abstulerat, qui nocendi habuit uoluntatem, sed ille, qui dederat potestatem.

XII. Aggressus est inimicus et corpus nec ea, quae homini extrinsecus inerant, sed ipsum iam hominem in qua potuit parte percussit. a capite usque ad pedes ardebant dolores, scatebant uermes, sanies defluebat: manebat in putri corpore animus integer horrendosque cruciatus carnis contabescentis inuiolata pietate et incorrupta patientia perferebat. aderat uxor

1 lucus *S* _ occulte *om. SAFPBNDOVWγbd* inpugnat *lib. praet. L* 2 et *V* dnm *W* 3 expertus est sanctus iob *W* 4 stabilis *L*: stabili *KSAFPBNDOVWγbd* 5 inleso *KSN* cunctaquae *N* 6 que *K* carnis suae *B* 7 pndere *S* assolent *KSPFANBODVWγ* 8 et *om. K* 9 illū *KPNBWγ* putabatur] uidebatur *K* percussus est *bd* 10 susciperat *S* 11 perdere *SN* ornetur *W* ordinaretur *L* oriretur *FDOγ* 12 exstiterit *PWbd* 13 afixus *L* 14 quae *K* possit *KFDOγ* ammittere *S* 15 his] eis *O* iis *bd* 16 quod numquam] quodcumque *B* ille *om. V* uoluntatem abstulerat *O* 18 Egressus *S* adgressus *NV* 19 hominem iam ipsum *W* 21 sanies *an* sames *incertum in K* diffluebat *KSPFBODγ*, (i *ex* e) *N* putrido *DWγL*^{2} potenti *K* animus corpore *O* 22 horrendusque *K*^{1} horrendo usque *SN* 23 et] ad *L*

nec ferebat opem aliquam uiro, sed in deum blasphemiam suggerebat. non enim eam diabolus, cum etiam filios abstulisset, tamquam nocendi inperitus reliquerat, qui quantum esset necessaria temptatori iam in Eua didicerat. sed modo alterum Adam, quem per mulierem caperet, non inuenerat. cautior fuit iste in doloribus quam ille in nemoribus: ille uictus est in deliciis, iste uicit in poenis; consensit ille oblectamentis, non cessit iste tormentis. aderant et amici, non ut in malis consolarentur, sed ut mala suspicarentur. neque enim eum, qui tanta patiebatur, innocentem esse credebant nec tacebat eorum lingua, quod illius conscientia non habebat, ut inter inmanes cruciatus corporis etiam falsis animus caederetur obprobriis. at ille sustinens in carne dolores suos, in corde errores alienos coniugis corripiebat insipientiam, amicos docebat sapientiam, seruabat ubique patientiam.

XIII. 10. Hunc intueantur, qui sibi ingerunt mortem, quando quaeruntur ad uitam et sibi auferendo praesentem abnegant et futuram. qui si ad Christum negandum uel aliquid contra iustitiam faciendum, sicut ueri martyres, cogerentur, omnia potius patienter ferre quam sibi inpatienter mortem inferre debuerunt. quod si fugiendorum malorum causa recte fieri posset, Iob sanctus se ipse perimeret, ut tanta mala in rebus suis, in filiis suis, in membris suis diabolicae crudelitatis effugeret. non autem fecit. absit enim, ut in se committeret ipse

3 cf. Gen. 3, 1 sqq.

1 aliquam opem *B* aliqua *K* deo *L* blasphemia *K* 2 diabulus *K* etiam *om. D* filios (o *ex* u) *L* 3 nocendum *SN* peritus *SN* quae *Abd* quae quia *W* 4 temptari *K* eua *N* 5 per quem *S* capere *S* 6 fuit] fit *KPB* 7 diliciis *K* consentit *L* 8 cessit] consensit *K* et *om. KP* 9 in *om. KNAFODBVW* mala] malum *FODWγbd* 10 credebant] cernebant *FBγ* 11 non habebat conscientia *D* 13 cedere *V* obpropriis *K* obprobrii *S* at] ad *LK* 14 insipientium *S* 15 dicebat *S* sapientiã *fin. V* 18 quia *VL*^{2} 19 uerũ *L* 21 debuerant *FPBDOWγbd* fugiendorum] fatiendũ *K* 22 potuisset *D* ipsũ *V* 23 crudulitatis *F* 24 enim] autem *V*

uir sapiens, quod nec mulier suggessit insipiens. quia et si suggessisset, merito et hic illud audisset, quod audiuit suggerendo blasphemiam: locuta es tamquam una ex insipientibus mulieribus. si bona percepimus de manu domini, mala non sustineamus? et ipsam quippe patientiam perdidisset, siue blasphemando, sicut illa uoluerat, siue se interficiendo, quod nec illa ausa fuerat dicere, moreretur atque esset inter illos de quibus dictum est: uae his qui perdiderunt patientiam. et augeret potius quam euaderet poenas, qui post sui corporis [mortem siue ad blasphemorum siue ad homicidarum uel etiam plus quam parricidarum supplicia raperetur. si enim parricida eo sceleratior est quam quilibet homicida, quia non tantum hominem, uerum etiam propinquum necat, inque ipsis parricidis, quanto propinquiorem quisque peremerit, tanto iudicatur inmanior: sine dubio peior est, qui se occidit, quia nemo est homini se ipso propinquior. quid ergo miseri faciunt, qui cum et hic sibimet ingestas et postea non solum inpietatis aduersus deum, sed etiam ipsius quam in se exercuerunt crudelitatis luant debitas poenas, insuper quaerunt et martyrum glorias? cum etiamsi pro uero Christi testimonio persecutionem paterentur et se interficerent, ne aliquid a persecutoribus pate-

3 Iob. 2, 10 8 Eccli. 2, 14

2 et *om.* *W* hic *in ras.* *N* hi V^1 3 loquuta *O* est L^1N^1 tamquam] quasi *KPFBD*γ unã N^1 4 mulieribus *om.* *W* suscepimus *KFPBDOW*γ*bd* 5 non] quare non *P* sustineamus *LPB* sustinemus *KSANV* sustinebimus *FDOW*γ*bd* ipse *Fbd* 6 perdidisse *SN* siue] si *L* sine *W* ipsa *O* 7 ausa] causa *N* moreretur *SP* 8 ue *LSFBNVW* iis *AFPbd* 9 sapientiam *N* 10 nisi qui *W* blasphematorum *KP* phemorum *W* 11 homicid-arum *L* uel—parricidarum *om.* *L* *post* etiam *sequitur p. 683, 16* Bona *in* *K* plus quam *om.* *A* 12 eos *W* *om.* *S* 14 etiam sibi (sibi *in ras.*) γ inque *S* propinquorem L^1 propinquior est *V* 15 perimerit *PN* peruenerit *W* indicatur *W* 16 propinquior se ipso *W* 18 iniectas *D* aduersũ *PFAOBW*γ 20 quęrantur *W* et *om.* *V* 22 quid *W* aliqua *S* a] de *S*

rentur, recte illis diceretur: uae his qui perdiderunt patientiam! quomodo enim iustum praemium patientiae redditur, si et inpatiens passio coronatur? aut quomodo innocens iudicabitur, cui dictum est: diliges proximum tuum tamquam te ipsum, si homicidium committit in se ipso, quod committere prohibetur in proximo?

XIIII. 11. Audiant ergo sancti de scripturis sanctis praecepta patientiae: fili, accedens ad seruitutem dei sta in iustitia et timore, et praepara animam tuam ad temptationem; deprime cor tuum et sustine, ut crescat in nouissimis tua uita. omne quod tibi superuenerit accipe et in dolore sustine et in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum et argentum, homines uero acceptabiles in camino humiliationis. et in alio loco legitur: fili, ne deficias in disciplina domini neque fatigeris cum ab illo increparis; quem enim diligit dominus, corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. quod hic positum est 'filium quem recipit,' hoc in supra dicto testimonio est: homines receptibiles. hoc enim iustum est, ut qui de pristina felicitate paradisi propter contumacem deliciarum appetentiam dimissi sumus, per humilem molestiarum patientiam recipiamur, fugaces mala faciendo, reduces mala patiendo, ibi contra iustiam facientes, hic pro iustitia patientes.

1 Eccli. 2, 14 4 Matth. 19, 19 8 Eccli. 2, 1—5 16 Prou. 3, 11. 12

1 ue *LSNBVW* iis *γbd* patientiam *** *L* pacientiam *N* 2 enim] ergo *P* patientiae praemium *PDOBWγ* 3 aut *er. L* 4 diligis N^1 tamquam] sicut *SDbd* 6 proximum *L* 8 fili fili *L* 11 nouissimo *D* uita tua *SPFBDOWγbd* superuenerit tibi *O* 14 argentum et aurum *W* uero et *D* acceptibiles *L* receptibiles *bd* 15 chamino *V* humilitiaonis P^1 in *om. OFDPBWγ* loco alio *DOWbd* 16 discipline *F* 17 illo] eo *B* increpaueris *B* dominus diligit *D* 19 *post* recipit *repet.* quod—recipit *in S* 20 acceptabiles *DBV* receptabiles *Oγ* 22 diliciarum *S* delitiarum *F* adpetentiam *SN* 23 recipiamus *NA* 24 *pr.* male *B*

XV. 12. Sed uera patientia, quae huius est nomine digna uirtutis, quaerendum est unde sumatur. sunt enim, qui eam tribuant uiribus uoluntatis humanae, non quas habent ex diuino adiutorio, sed quas ex libero arbitrio. error autem iste superbus est; eorum est enim qui abundant, de quibus dicitur in psalmo: obprobrium eis qui abundant et despectio superbis. non est ergo ista patientia pauperum, quae non perit in aeternum. hic enim pauperes ab illo eam diuite accipiunt, cui dicitur: deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, ad quem clamat egenus et pauper, qui laudat nomen eius et petendo, quaerendo, pulsando dicit: deus meus, eripe me de manu peccatoris, de manu legem praetereuntis et iniqui, quoniam tu es patientia mea, domine, spes mea a iuuentute mea. isti autem, qui abundant et egere ad dominum dedignantur, ne ab illo accipiant ueram patientiam, de sua falsa gloriantes consilium inopis uolunt confundere, quoniam dominus spes eius est, nec adtendunt, cum homines sunt et suae, id est humanae uoluntati tantum tribuunt, in illud se incurrere. quod scriptum est: maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. unde etiamsi eis contingat, ut aliqua dura et aspera, uel ne displiceant hominibus

6 Ps. 122, 4 7 cf. Ps. 9, 19 9 Ps. 15, 2 10 cf. Iac. 1, 17 13 Ps. 70, 4. 5 18 cf. Ps. 13, 6 21 Hier. 17, 5

1 Sed uera] scelera *P* 2 sumamur *F* 3 tribuunt *NV* habet *SNAV* 4 autem *om. B* 6 eius *S* habundant *SFODANBVW*$_1$ dispectio *LS* 7 ergo est *FPBNDOW*$_1$*bd* patientia *om. W* 8 poterit *P*^{1} peribit *FV* hic] hi *ABbd* eam] etiam *V* 9 diuitem *S* dictum est *O* 10 non *om. V* indiges *ANV* 12 et *alt. om. L* querendo petendo *W* 13 et dicit *L* eripe] erue *P* 14 peccatoris et *AFPBDOVW*$_1$*bd* contra legem *V om. BN* praetereuntis] argentis *F* iniqui (i *fin. ex* a) *L* 15 a] ad *V* 16 habundant *SFDPNBVW* ad *om. V* domino *V* deum *AFPDOW*$_1$*bd* ad dominum] adhuc *B* 17 •d•e *L* 20 tribuant *S* 21 incurere *S* omnis] omnis homo *B* homo *A* 22 continga•t *L* 23 ut aliqua] ui•aqua *L*

uel ne grauiora patiantur uel sibi placendo et amando praesumptionem suam eadem ipsa superbissima uoluntate sustineant, hoc illis dicendum est de patientia, quod de sapientia beatus Iacobus apostolus dicit: non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. cur enim non sit superborum falsa patientia, sicut superborum est falsa sapientia? a quo est autem uera sapientia, ab illo est et uera patientia. huic enim cantat ille spiritu pauper: deo subiecta est anima mea, quoniam ab ipso est patientia mea.

XVI. 13. Sed respondent et loquuntur dicentes: sicut uoluntas hominis sine ullo dei adiutorio uiribus liberi arbitrii tam multa grauia et horrenda perfert, siue in animo siue in corpore, ut mortalis uitae huius et peccatorum delectatione perfruatur, cur non eodem modo eadem ipsa uoluntas hominis eisdem uiribus liberi arbitrii non ad hoc expectans se diuinitus adiuuari, sed sibi naturali possibilitate sufficiens quidquid laboris uel doloris ingeritur, pro iustitia et uita aeterna patientissime sustinet? an uero, inquiunt, idonea est iniquorum uoluntas deo non adiuuante, ut se ipsi in cruciatibus pro iniquitate et, antequam ab aliis crucientur, exerceant; idonea est uoluntas moras uitae huius amantium, ut deo non adiuuante inter atrocissima et longa tormenta in mendacio

4 Iac. 3, 15 9 Ps. 61, 6

1 ne uel *SAN* patiantur grauiora *B* sibi] si *L* 3 quo *L*[1] de sapientia *om. V* 4 dicit apostolus iacobus *B* apostolus iacobus *FDOW*γ apostolus dicit iacobus *P* sapientia ista γ patientia *LAV* 5 descendens a patre *PB* 6 quur *L* falsa—superborum *om. L* 7 est *pr. om. V* ab] a *V* 8 enim] autem *W*γ sps *L* 9 est *fin. om. V* 11 respondeant *W* locuntur *LSNVW*γ sicut] si *FObd* 12 dei *om. V* 13 orrenda *V* 15 quur *L* non] in *N* eodem *L*[1] 16 huc *L* spectans *SANV* expetens *O* se* *N* sed *SV* 17 sui *V* possibilitati *S* quicquid *NLSBV* 18 ingeritur *om. L* 19 inquiunt—ipsi *om. V* 20 domino *N* ipsi—antequam *om. L* in] si *V* cruciantibus *V* 21 propinquitate *N* aliis] illis *A*[1] exerceantur *V*

perseuerent, ne sua facinora confitentes iubeantur occidi, et non est idonea iustorum uoluntas, nisi eis uires desuper suggerantur, quaslibet poenas uel ipsius decore iustitiae uel aeternae uitae amore perferre?

XVII. 14. Qui haec dicunt, non intellegunt et quemque iniquorum tanto esse ad quaecumque mala perferenda duriorem, quanto in eo maior est cupiditas mundi, et quemque iustorum tanto esse ad quaecumque mala perferenda fortiorem, quanto in eo maior est caritas dei. sed cupiditas mundi initium habet ex arbitrio uoluntatis, progressum ex iucunditate uoluptatis, firmamentum ex uinculo consuetudinis; caritas autem dei diffusa est in cordibus nostris, non utique ex nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. proinde ab illo est patientia iustorum, per quem diffunditur caritas eorum. quam caritatem laudans atque commendans apostolus inter cetera eius bona dixit eam et cuncta sufferre. caritas, inquit, magnanima est, et paulo post ait: omnia tolerat. quanto ergo maior est in sanctis caritas dei, tanto magis pro eo quod diligitur, et quanto maior est in peccatoribus cupiditas mundi, tanto magis pro eo, quod concupiscitur, omnia tolerantur. ac per hoc inde est patientia uera iustorum, unde est in eis caritas dei; et inde est patientia falsa iniquorum, unde est in eis cupiditas mundi. propter quod dicit Iohannes apostolus: nolite diligere mundum

11 Rom. 5, 5 17 I Cor. 13, 4. 7 24 I Ioh. 2, 15. 16

1 et *om. V* 2 ei *SABV* 5 Quia *L* quemquem *S* quenque *F* quẽquã *ON* 6 iniquorum] inpiorum *V* 7 quemquẽ S^1 quenque *F* quemčque *O* 8 esse tanto *B* 9 est maior *Obd* 10 iocunditate *SFDOABNV*γ ioconditate *W* 11 uoluntatis *LSA* karitas *O* 14 est ab alio *L* 16 eius] huius *V* eam] etiam *NV* et *er. D* cunctos *L* 17 inquid *SL*^{1} inquies L^2 magnanima (ni *s. l. m. 2*) *N* et *om. LSNV* paulo *** *L* post ** *L* 19 diligitur] diligitur amat *P* diligitur omnia tolerantur *FDOW*γ et *om. O* maior] magis *DW*γ 20 mundi cupiditas *D* 21 ac] hac *V* uera patientia *V* iustorum uera *FDOW*γ 22 patientia *om. B* 23 iniquorum falsa *FDOW*γ 24 dicit] ait *O om. W*γ apostolus iohannes *FDOW*γ iohannis *S*

nec ea quae in mundo sunt. si quis dilexerit mundum, dilectio patris non est in ipso, quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi: quae non est ex patre, sed ex mundo est. haec igitur concupiscentia, quae non est ex patre, sed ex mundo, quando fuerit in homine uehementior et ardentior, tanto fit quisque pro eo, quod concupiscit, omnium molestiarum dolorumque patientior. idcirco, sicut supra diximus, non est ista patientia desursum descendens; patientia uero piorum desursum est descendens a patre luminum. itaque illa terrena est, ista caelestis, illa animalis, ista spiritalis, illa diabolica, ista deifica, quoniam concupiscentia, qua fit, ut peccantes omnia pertinaciter patiantur, ex mundo est; caritas autem, qua fit, ut recte uiuentes omnia fortiter patiantur, ex deo est. et ideo illi falsae patientiae potest sine adiutorio dei uoluntas humana sufficere tanto durior, quanto cupidior, et eo tolerabilius mala sustinens, quo ipsa fit peior; huic autem, quae uera patientia est, ideo uoluntas humana, nisi desuper adiuta et inflammata, non sufficit, quia spiritus sanctus est ignis eius, quo nisi accensa diligat inpassibile bonum, ferre non potest quod patitur malum.

XVIII. 15. Sicut enim diuina testantur eloquia, deus caritas est, et qui manet in caritate, in deo manet, et deus in illo manet. quisquis ergo contendit haberi posse

22 I Ioh. 4. 16

2 ipso] eo *OV* quoniam *L*: quia *SAFPBNDOVWγbd* 3 in mundo est *SAFPBNDOWγbd* aut concupiscentia *W* cucupiscentia *V* 5 ex *pr.*] ex a *S* a *ANV* de *FBPDOWγ* est *om. N*¹ haec—mundo *om. LN*¹ 6 de patre *B* a patre *V* 7 cupiscit *LS* concupiscet *AN*¹ 8 iccirco *V* 11 est *om. D* 12 diefica *S* 13 qua] quę *V* 15 patiantur fortiter γ ideo *om. W* illa *S* 16 sine adiutorio dei potest *O* dei *om. SV* 18 quoḍ *L* peior *in textu er., in mg. add. L* quae] quo *NV* est patientia *B* 19 adiuta *om. W* 20 ignis eius est *D* 21 inpossibile *NV* 22 protestantur *FD*γ 24 illo] eo *FDOPBW*γ manet *del. m. 2 O om. W* habere *LN*¹*V* se posse *V*

dei caritatem sine dei adiutorio, quid aliud contendit nisi haberi deum posse sine deo? quis autem hoc dicat christianus, quod nullus dicere audeat insanus? exultans ergo apud apostolum uera, pia fidelisque patientia dicit ore sanctorum: quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an augustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est, quia propter te mortificamur tota die, deputati sumus sicut oues uictimae. sed in his omnibus superuincimus per eum, qui delexit nos; non ergo per nos, sed per eum, qui dilexit nos. deinde sequitur et adiungit: certus sum enim, quia neque mors neque uita neque angeli neque principatus neque praesentia neque futura neque altitudo neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. haec est illa caritas dei, quae diffunditur in cordibus nostris, non ex nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis; malorum autem concupiscentia, propter quam in eis est falsa patientia, non est ex patre, sicut dicit apostolus Iohannes, sed ex mundo est.

XVIIII. 16. Hic dicet aliquis: si ex mundo est concupiscentia malorum, per quam fit, ut mala omnia pro eo quod ab illis concupiscitur perferant, quo modo ex eorum dicitur

5 Rom. 8, 35—39 16 cf. Rom. 5, 5 19 cf. I Ioh. 2, 15. 16

1 caritatem dei *B* adiutorio dei *B* 2 habere *NV* posse deum *W* 3 dicere *om. B* audeat dicere *PFDW*$^{\gamma}$ audet dicere *V* auderet *B* exsultans *Abd* 4 pia *om. L* patientia *om. V* dicit ore] dicito *SA* ore *om. NV* 5 an *s. l. P om. A* 6 an fames an persecutio *O* 8 deputati] estimati *PB* deputati sumus *om. NV* 9 uictimae] occisionis *D* 10 non—dilexit nos *om. A* ergo *om. FPBDOW*$^{\gamma}$*bd* 12 angelus *LAV* 13 *post* principatus *add. bd*: neque potestates 14 alia] aliqua *O* 15 dei *om. B* 16 diffusa est *AFPBDOW*$^{\gamma}$*bd* 17 ex nobis] per nos *O* 21 est *om. W* 22 et hic *W* hęc *F* dicit *SAN*$^{\Gamma}$ et aliquis *SNAV* est concupiscentia] ex concupiscentia *SN* 24 illo *W*

uoluntate? quasi uero non et ipsi ex mundo sint, cum ab eis diligitur mundus deserto eo, per quem factus est mundus; seruiunt enim creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula. siue itaque mundi uocabulo Iohannes apostolus dilectores significauerit mundi, uoluntas, quae ex ipsis est, utique ex mundo est; siue mundi nomine caelum et terram et quaecumque in eis sunt, hoc est uniuersam conplexus sit creaturam, uoluntas procul dubio creaturae, quae non est creatoris, ex mundo est. propter quod talibus dominus dicit: uos de deorsum estis, ego de sursum sum; uos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo. apostolis autem dicit: si de hoc mundo essetis, mundus quod suum est diligeret. sed ne sibi amplius adrogarent, quam eorum mensura poscebat, et hoc, quod eos non esse dixit ex mundo, naturae putarent esse, non gratiae, quia uero, inquit, de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. ergo de mundo erant; nam, ut non essent de mundo, electi sunt de mundo.

XX. 17. Hanc autem electionem non praecedentium in bonis operibus meritorum, sed electionem gratiae demonstrans apostolus sic inquit: et in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt; si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia. haec est electio gratiae, id est electio, qua per dei

3 Rom. 1, 25 10 Ioh. 8, 23 12 Ioh. 15, 19 21 Rom. 11, 5. 6

1 non *om.* *NV* 2 et deserto *B* deserente *SANV* qu*em *L* quæm *S* 3 seruiuit *V* potius creaturae *B* potius *om.* L^1 6 mundo] malo *B* 8 sit *om.* *V* 10 de *pr. om.* *N* sursum] supernis *V* sum *er.* *S* 11 mundo hoc (*pr.*) *W* ap*s *LO* apostolis (i *sup. exp.* u) *S* 12 mundo hoc *bd* estis L^1 13 est] erat *PBNV* 14 mensura* *L* hoc *om.* L^1 15 ex mundo *om.* *L* ex] de *D* 16 hoc mundo *L* ego *om.* *D*γ 18 non erant *FODW*γ ut et *SNV* de mundo non essent *SAFPBNDOVW*γ*bd* de *om.* *W* mund**o *L* 19 dilectionem *PDFOBW*γ 20 opibus *V* 21 et *om.* *W* 24 id est—gratiae *om.* *SANV*

gratiam homines eliguntur, haec est, inquam, electio gratiae, qua omnia bona merita praeueniuntur humana. si enim ullis bonis meritis datur, iam non gratis donatur, sed debita redditur, ac per hoc non uero nomine gratia nuncupatur, ubi merces, sicut idem dicit apostolus, non inputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. si autem, ut uera sit gratia, id est gratuita, nihil inuenit in homine, cui merito debeatur — quod bene intellegitur et in eo, quod dictum est: pro nihilo saluos facies eos — profecto ipsa dat merita, non meritis datur. praeuenit ergo etiam fidem, ex qua omnia bona opera incipiunt; iustus enim, sicut scriptum est, ex fide uiuit. porro autem gratia non solum adiuuat iustum, uerum etiam iustificat inpium. et ideo etiam cum adiuuat iustum et uidetur eius meritis reddi, nec sic desinit esse gratia, quoniam id adiuuat, quod est ipsa largita. propter hanc itaque gratiam, quae cuncta bona merita humana praecedit, non solum Christus ab inpiis occisus est, uerum etiam pro inpiis mortuus est. et antequam moreretur, non utique iustos, sed iustificandos elegit apostolos, quibus ait: ego uos de mundo elegi. quibus enim dixit: de mundo non estis, et, ne putarent se numquam fuisse de mundo. mox addidit: sed ego uos de mundo elegi, profecto, ut de mundo non essent, ipsius in eos electione conlatum est.

5 cf. Rom. 4, 4 9 Ps. 55, 8 11 Hab. 2. 4 18 cf. Rom. 5, 6 20 Ioh. 15, 19

1 est] si *B* gratiae—ullis *om. B* 2 qua] quorum *A* illis *V* 3 donatur] datur *FPBDOVbd* debito *VA* 4 hac *V* non uero] numero N^1 6 gratiam sed secundum *om. L* 8 eo (o *s. l.*) *L* 9 faciet *V* et profecto *L* 10 ex] in *B* qua etiam *B* 11 opera *om. B* concipiunt *B* 13 etiam] autem *W* etiam *om. L* 14 sic] sit *L* desinet *SA* 15 gratia *om. S* adiuuat id *PB* ipsa est *Wbd* est *om. S* largitur *NV* 16 merita bona *O* praecedit humana *FNBDW* humana *om. O* precedet *S* 18 moriretur SL^1N^1 19 apostolus L^1 20 elegi de mundo *NV* enim] et *FBDPOW*γ 21 et *om. SNV* umquam *W* 22 de mundo uos elegi *B* elegi de mundo *FDOVW*γ

quocirca si per suam iustitiam, non per gratiam eius eligerentur, non de mundo electi essent, quoniam de mundo iam non essent, si iam iusti essent. deinde propterea sunt electi, quia iam iusti erant; ipsi priores iam dominum elegerant. quis enim potest esse iustus, nisi eligendo iustitiam? finis autem legis Christus ad iustitiam omni credenti, qui factus est nobis sapientia a deo et iustitia et sanctificatio et redemptio, ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in domino glorietur. ipse est ergo nostra iustitia.

XXI. 18. Vnde et antiqui iusti ante incarnationem uerbi in hac fide Christi et in hac uera iustitia, quod est nobis Christus, iustificati sunt, hoc credentes futurum quod nos credimus factum: et ipsi gratia salui facti per fidem non ex semet ipsis, sed dei dono, non ex operibus, ne forte extollerentur. bona quippe opera eorum non praeuenerunt dei misericordiam, sed subsecuta sunt. ipsi quippe audierunt, ipsi scripserunt longe antequam Christus uenisset in carne: miserebor, cui misertus ero, et misericordiam praestabo, cui misericors fuero. ex quibus dei uerbis tanto post apostolus Paulus diceret: igitur non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. ipsorum etiam uox est longe antequam Christus uenisset in carne:

5 Rom. 10, 4 6 I Cor. 1, 30. 31 14 cf. Eph. 2, 8. 9 19 Ex. 33, 19; Rom. 9, 15 21 Rom. 9, 16

1 si] se *S* suam *om. L* 2 essent] sunt *B* quoniam iam *L* quoniam—essent *om. NV* 3 si] sed *W* deinde si *PBNW*$_{\gamma}$ 4 eligerant *PF'* 5 elegendo *SN*^{1} 6 autem] enim *PB* ad iustitiam *om. L* 7 est *om. SN*^{1}*A* *pr.* et *om. V* 8 ut *ex* et *N* et *A* 9 est *om. L* iustitia nostra *A* 11 et *om. FDOW*$_{\gamma}$ 14 et ipsi *om. SNAV* 15 semet *L*: se *SAFPBNDOVW*$_{\gamma}$*bd* 16 extollentur *L*^{1} *cum uoce* bona *incipit K* peruenerunt *K* 17 misericordiam dei *SANVbd* dei *om. D* secuta *FPBDONW*$_{\gamma}$ secuti *K* *cum uoce* ipsi *inc. cod. R* 18 ueniret *DO*$_{\gamma}$ 19 miserebor enim *B* tui *W* 20 fuero] ero *PB* ex] e *RAbd* et *SNV* uerbis dei *W* 21 uerbis (i *ex* o) *L* tanta *S* apostulus *K* 22 miserærntis *L* 23 uox] nox *W*

deus meus, misericordia eius praeueniet me. quomodo autem possent alieni esse a fide Christi, quorum caritate etiam nobis praenuntiatus est Christus, sine cuius fide quisquam mortalium nec fuit nec est nec esse aliquando poterit iustus? si ergo iam iusti a Christo eligerentur apostoli, prius illum ipsi elegissent, ut iusti eligi possent, quia sine illo iusti esse non possent. sed non ita factum est; ipse quippe illis ait: non uos me elegistis, sed ego uos elegi. unde dicit apostolus Iohannes: non quod dilexerimus deum. sed quia ipse dilexit nos.

XXII. 19. Quod cum ita sit, quid est homo utens in hac uita propria uoluntate, antequam eligat et diligat deum, nisi iniustus et inpius? quid est, inquam, homo aberrans a creatore creatura, nisi creator eius memor sit eius et eligat eum gratis et diligat gratis? quia ipse non potest eligere uel diligere, nisi prius electus dilectusque curetur, qui caecitate eligenda non cernit et langore diligenda fastidit. sed forte quis dicat: quomodo deus prius eligit et diligit iniquos, ut iustificet eos, cum scriptum sit: odisti, domine, omnes, qui operantur iniquitatem? quomodo putamus nisi miro et ineffabili modo? et tamen etiam non possumus

1 Ps. 58, 11 8 cf. Ioh. 15, 19 9 I Ioh. 4, 10 13 cf. Ps. 8, 5 19 Ps. 5, 6

2 autem] ergo *O* alieni possent *O* possint *R* 4 nec est *om. V* aliquando esse *A* 5 iam] tam *K* iusti** *L* iustitia *N* a *om. N* elegerentur *S* 6 illi ipsum *W* eligissent *K* ut] quâ* *L* elegi *KS*$^{\gamma}$ possint *SN* quia *om. SAVN* 8 uos *om. NV* elegi uos *DO*$^{\gamma}$ 9 iohannis *K* nos dilexerimus *V* dileximus *B* 10 dnm *B* quia] quoniam *KRDOW*$^{\gamma}$ quod *PB* ipse] ipse prior *RFDOW*$^{\gamma}$*bd*, (*in mg.* prior) *PB* 11 ac *L* 12 uoluptate *L* 13 et] ē *S* quis *B* 14 creaturarum *V* e**l*igat *L* 15 eum *om.* $^{\gamma}$ et diligat gratis *om. NV* ipse *om. A* potens *SNV* elegere *S* 16 caecitatem *K* 17 eligendi *W* languore *KRAPBNW*$^{\gamma}$*bd* 18 prius *s. l. K om. V* elegit *SN*^{1} 19 scribtum *K* sit] est *R* 20 qui operantur] operantes *SAVbd* 21 ęnnisi *F* muro *S* inenarrabili *O* non] nos *NSd, om. O*

cogitare, quod medicus bonus aegrotum et odit et diligit? odit enim, quia aegrotat, qui diligit, ut aegritudinem pellat.

XXIII. 20. Haec propter caritatem dicta sint, sine qua in nobis non potest esse uera patientia, quoniam in bonis caritas dei est, quae tolerat omnia, sicut in malis mundi cupiditas. sed haec caritas per spiritum sanctum est in nobis, qui datus est nobis. unde a quo nobis est caritas, ab illo patientia. mundi autem cupiditas quando patienter sustinet onera cuiuslibet calamitatis, gloriatur de uiribus propriae uoluntatis tamquam de stupore morbi, non de robore sanitatis. insana est ista gloriatio; non est patientiae, sed dementiae. uoluntas ista tanto uidetur patientior acerborum malorum, quanto est auidior temporalium bonorum, quia inanior aeternorum.

XXIIII. 21. Quodsi eam exagitat et inflammat fallacibus uisis et suasionibus inmundus et diabolicus spiritus et maligna conspiratione sociatus efficit hominis uoluntatem uel errore dementem uel adpetitu cuiuslibet mundanae delectationis ardentem quaecumque uidentur intolerabilia mirabiliter sustinere, non tamen ideo etiam uoluntas mala sine instigatione alterius inmundi spiritus sicut uoluntas bona sine adiutorio sancti spiritus non potest esse. nam esse posse uolun-

6 cf. Rom. 5, 5

1 quo *O* et odit egrotum *O* et *pr. om. W* 2 egrotat *KN* aegrotatur *R* qui *om. RPFBNDOWγbd* ita ut *A* 3 sunt *B* 4 uera esse *B* quoniam] quia N^2RVbd quo *A* quo a N^1 quorū *S* in *s. l. N*, (*in ras.*) *A om. S* bonis] nobis *KB* 5 *post* est *repetuntur* in *S uerba*: esse uera—dei est cupiditas mundi *A* cupiditatibus *R* 6 qui] quia *K* qui» *N* 7 illo est *SANVbd* 8 papienter *V* honera *FD* onora *S* 10 morbi] mortui *K* sanitatis] sanctitatis *KANV* insania *Sb* 11 est *pr. om. B* dementiae] mendaciae *N* 12 aceruorum *KNL*¹ est] et *A* 13 et inanior *V* inaniora *S* inaniora et *N* 14 eam] ex ea *L* excitat *L* inflamat *K* 15 uisis (*pr.* s *ex* u) *L* »uisis *N* uisibus *PFBDOWγ* inmundis *FPDOWbd* et *om. FDOWbd* diabolus *R* 16 conspirationes *L* sotiatus *SV* 17 herrore *FW* errorē *SN* demente *SN* dementię *V* apetitu *NL* 18 quaecumque] quae cum *PFBDOWγd* uidetur *SFBDOWγd* intollerabilia *K* 19 mala est (est *s. l.*) *A* 21 spiritus sancti *V*

tatem malam etiam sine aliquo spiritu uel seducente uel incitante in ipso diabolo satis ostenditur. qui per nullum alium diabolum propria uoluntate factus diabolus inuenitur. uoluntas itaque mala siue cupiditate rapiatur siue timore reuocetur siue laetitia diffundatur siue tristitia contrahatur atque in his omnibus perturbationibus animi quaecumque sunt aliis uel alio tempore grauiora contemnat et perferat. potest et sine alterius spiritus instinctu se ipsa seducere et defectu a superioribus in inferiora lapsando, quanto iucundius aestimauerit. quod adipisci adpetit uel amittere metuit uel adeptum gaudet uel amissum dolet. tanto tolerabilius pro eo ferre. quod sibi minus est ad patiendum quam illud ad fruendum. quidquid enim illud est, ex creatura est, cuius nota uoluntas est. quodam modo enim familiari contactu atque conexu ad experiendam eius suauitatem adiacet amanti creaturae amata creatura.

XXV. 22. Voluptas autem creatoris, de qua scriptum est: et torrente uoluptatis tuae potabis eos, longe alterius generis est; neque enim, sicut nos, creatura est. nisi ergo amor eius detur inde nobis, non est, unde esse possit in nobis. ac per hoc uoluntas bona, qua diligitur deus, in homine non potest esse, nisi in quo deus operatur et uelle. haec igitur uoluntas bona, id est uoluntas deo fideliter

18 Ps. 35, 9 22 cf. Phil. 2, 13

1 mala *K* seducentem *L* incitantem *L* 2 diabulo *LS* 3 diabulum *K* sed propria *AFPBDOWγbd* diabulos *K* 4 reuocatur *S* 5 diffunditur L^1 6 sint *V om. KR* 7 alio] eo *FDOWγ* temporæ *L* grauiora *L* grauia *S* contempnat *L* 8 spū *SN* intinctu *L* instricto *S* ipsā *AB* defectū *B* a *om. B* 9 iocundius *LSPANVγ* iocondius *FDW* iucundiora *R* estimauerit *K* 11 admissum *V* amissus *S* tantum *SA* tollerabilius *KN*¹ pro eo ferre] proferre *SN* perferre *V* 12 ad *pr.*] et *K* 13 quicquid *LSVWN* uoluptas *FDOVWγd* 14 quodcom modo *S* contactu *K* comnexu *S* 15 amat acreatura *NV* 17 uoluntas *PK*² 18 uoluntatis *SNP*² 14 nostra *KR* 20 amore *KN* 21 hac *V* 22 operatur deus *B* 23 fideliter deo *B*

subdita, uoluntas sanctitate superni ardoris accensa, uoluntas, quae diligit deum et proximum propter deum, siue amore, de quo respondet apostolus Petrus: domine, tu scis quia amo te, siue timore, de quo dicit apostolus Paulus: in timore et tremore uestram ipsorum salutem operamini, siue gaudio, de quo dicit: spe gaudentes, in tribulatione patientes, siue tristitia, qualem se dicit habuisse magnam pro fratribus suis, quaecumque amara et aspera sufferat, caritas dei est, quae omnia tolerat, quae non diffunditur in cordibus nostris, nisi per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

XXVI. Vnde nequaquam dubitante pietate sicut caritas sancte amantium, ita patientia pie tolerantium dei donum est. neque enim scriptura diuina fallit aut fallitur, quae non solum in ueteribus libris habet huius rei testimonia, cum deo dicitur: patientia mea tu es, et: ab ipso est patientia mea, et ubi alius propheta dicit accipere nos spiritum fortitudinis, uerum etiam in apostolicis litteris legitur: quia uobis donatum est pro Christo non solum ut credatis in eum, sed ut etiam patiamini pro eo. non ergo quasi de proprio faciat animum elatum quod sibi audit esse donatum.

23. Si quis autem non habens caritatem, quae pertinet ad unitatem spiritus et uinculum pacis, quo catholica ecclesia congregata conectitur, in aliquo schismate constitutus, ne

3 Ioh. 21, 15 4 Phil. 2, 12 6 Rom. 12, 12 8 cf. I Cor. 13, 7 10 cf. Rom. 5, 5 16 Ps. 70, 5 Ps. 61, 6 18 Phil. 1, 29

1 ardoris] amoris *B* 3 respondit *KRSABNV* 5 uestram] uestro etiam *V* ipsorum *om. B* 6 in spe *K* 7 tristitiam *K* 8 magnam habuisse *bd* magna *S* frs suos (os *ex* is) *N* 9 aspera] suauia *PB* 13 sancta *RK* scae *SFON*γ sanctã *V* esse *B* amantium] uiuentium *PB* pie *om. NV* donum dei *V* 14 diuina scriptura *RPDOWbd* diuina *om. V* *uerbis* non solum *finitur oratio codd. KR* 16 es tu γ 17 accipe *S* 18 donatum] datum *V* 19 pro] per *S* 20 etiam ut *NVW* propter eum *FPBDOW*γ*bd* 21 facit *PFDOBW*γ 23 unitatem] diuinitatem *F* ecclesia *om. V* 24 scismate *codd.* ne *om.* N^1

Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem, nuditatem, persecutionem, pericula, carceres, uincula, tormenta, gladium uel flammas uel bestias uel ipsam crucem timore gehennarum et ignis aeterni, nullo modo ista culpanda sunt, immo uero et hic laudanda patientia est. non enim dicere poterimus melius ei fuisse, ut Christum negando nihil eorum pateretur, quae passus est confitendo, sed existimandum est fortasse tolerabilius ei futurum iudicium, quam si Christum negando cuncta illa uitaret, ut illud, quod ait apostolus: si tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest, nihil [mihi] prodesse intellegatur ad regnum caelorum obtinendum, non ad extremi iudicii tolerabilius supplicium subeundum.

XXVII. 24. Sed merito quaeri potest, utrum et ista patientia donum dei sit, an uiribus tribuenda sit uoluntatis humanae, qua quisque ab ecclesia separatus non pro errore. qui eum separauit, sed pro ueritate sacramenti seu uerbi, quae apud eum remansit, timore poenarum aeternarum poenas patitur temporales. cauendum est enim, ne forte, si dei donum istam patientiam dixerimus, hi quibus inest etiam ad regnum dei pertinere credantur; si autem illam donum dei esse negauerimus, cogamur fateri sine adiutorio et munere dei in uoluntate hominis esse posse aliquid boni. neque enim hoc non est bonum, ut credat homo aeterno supplicio se esse puniendum

9 I Cor. 13, 3

1 negaret *NV* famaem *L* 4 et ista *V* 5 haec *bd* est patientia *BS* 6 fuisset *SV* horum *DOFW* 7 aestimandum *LP*$_\gamma$ estimandum *B* est] et *SNV* esse *in ras. A* 8 tollerabilius *P* ei] et *A* 9 apostolus ait *NV* 11 nichil *B* michi *FB* mihi *in L exp. cet. om. incl.* prode esse *L* 12 optinendum *LD* extremi (ex *s. l. m. 2*) *N* 13 tolerabilis *N* tolerabile *V* subeundē L^1 15 sit tribuenda *D* uoluntas SV^1 16 quisquis *D* qui«que *A* separantur *A* 17 seperauit *S* 18 aput *L* patitur poenas γ 19 patiiuntur *A* temporales] ẽnales *V* 20 hii *DVW* 21 credatur *A* illam *om. A* esse *om. DOFW*γ 23 boni operis *B* 24 homo *om. D* supplicio (i *fin. s. l.*) *L* puniendum sɔ esse *V*

dum, si negauerit Christum et pro ista fide qualecumque supplicium perferat et contemnat humanum.

25. Proinde sicut negandum non est etiam hoc esse donum dei, ita intellegendum est alia esse dei dona filiorum illius Hierusalem, quae sursum libera est mater nostra.

XXVIII. Haec sunt enim quodam modo hereditaria, in quibus sumus heredes dei, coheredes autem Christi; alia uero, quae possunt accipere etiam filii concubinarum, quibus iudaei carnales et schismatici uel haeretici conparantur. quamuis enim scriptum est: eice ancillam et filium eius; neque enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac, et Abrahae dixit deus: in Isaac uocabitur tibi semen, quod sic est apostolus interpretatus, ut diceret: id est non qui filii carnis, hi filii dei, sed filii promissionis deputantur in semine, ut intellegeremus semen Abrahae secundum Isaac propter Christum ad dei filios pertinere, qui sunt corpus Christi et membra, id est ecclesia dei una, uera, germana, catholica, tenens piam fidem, non eam, quae per elationem uel timorem, sed eam, quae per dilectionem operatur: tamen etiam filios concubinarum quando a filio suo Isaac dimisit Abraham, nonnulla eis largitus est munera, ne relinquerentur omni modo inanes, non ut tenerentur heredes. sic enim legimus: dedit autem Abraham omnem censum

4 cf. Gal. 4, 26 7 Rom. 8, 17 10 Gen. 21, 10; Gal. 4, 30 12 Gen. 21, 12; Rom. 9, 7 13 Rom. 9, 8 19 cf. Gal. 5, 6 23 Gen. 25, 5. 6

1 et] ut *SANV* 2 contempnat *LNV* 3 etiam *om. FDOWγbd* 4 dei esse *P* dona dei *V* ḍę dei *N* 5 iherusalem *BV* ierusalem *APNDOWγbd* 7 autem *om. B* 8 accipere *om. S* 9 scismatici *LFBDON*^{1}*VWγ* heretici *NVPO* 10 est] sit *SANVbd* eice] ecce *S* filiꝰ *W* 11 erit heres *DW* 12 habrahae *L* abraae *N* dixerit *NWbd* ysaac *VW* 13 est *om. S* interpraetatus *L* interpretatur *S* 14 hii *LSP* hic γ 15 habrahe *V* 16 filios dei *FODWγ* 18 germina *S* eam] enim *NV* 19 per timorem *SANV* tumorem *LB* electionem *A* 20 a *om. L*^{1} 21 diuisit *Wb* habraam *N* naṁnulla *L*^{1} ei *SNAVW* 22 omni modo] omnino *SANV* omnino modo *D* ut] ut *sup. cr.* ob *L* tinerentur *L*^{1} 23 autem] enim *W* habraham *SV* habraam *N*

suum Isaac filio suo; et filiis concubinarum suarum dedit Abraham munera et dimisit eos ab Isaac filio suo. si ergo filii sumus liberae Hierusalem, alia dona exheredatorum, alia intellegamus heredum. hi enim heredes sunt, quibus dicitur: non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: abba pater.

XXVIIII. 26. Clamemus ergo spiritu caritatis et, donec ueniamus ad hereditatem, in qua semper maneamus, liberali amore simus, non seruili timore patientes; clamemus, quamdiu pauperes sumus, donec illa hereditate ditemur. magna quippe inde pignora accepimus, quod ad nos ditandos pauper factus est Christus, quo in supernas diuitias exaltato missus est, qui sancta desideria nostris cordibus inspiraret spiritus sanctus. horum pauperum adhuc credentium, nondum contemplantium, adhuc sperantium, nondum tenentium, adhuc desiderio suspirantium, nondum felicitate regnantium, adhuc esurientium et sitientium, nondum satiatorum: horum ergo pauperum patientia non peribit in aeternum, non quia et illic patientia erit, ubi quod toleretur non erit, sed 'non peribit' dictum est, quia infructuosa non erit. fructum autem habebit aeternum, ideo non peribit in aeternum. quisquis enim laborat inaniter, cum eum spes fefellerit, propter quam labo-

5 Rom. 8, 15 19 Ps. 9, 19

1 filio suo ysaac *W* 2 habraam *N* dimisit] diuisit *DOVWb* ysaac *V* 3 iherusalem *NBV* exereditatorum *V* exhereditorum *SAN* 4 hic *L* hii *V* eredes *N* 6 iterum *om. O* timore *APDOFBNV*γ *post* spiritum *uerba* seruitutis—spiritum *repetita deleta sunt S* 7 filiorum *om. SNV*, (*s. l. add.*) *A* clamus N^1 8 ergo *om. S* spiritum *LSN* per spiritum *A* et] sed *SANV*, *om. D* 10 sumus SB^1 patienter *SA* quandiu *F* 11 simus *NV* 12 pignera AFL^1 13 exultat omissus *L* 14 scam *L* spiraret *PBFODW*γ 16 adhuc nundum tenentium *V* 18 saturatorum *SNVB* 19 pauper *S* 20 et *s. l. N om. B* patientia pauperum *B* toletur *S* toleret *O* 21 autem] enim *D* 22 habebunt *P* in aeternum *pr. ABNVW* quisquis] qui *PFBDOW*γ*l.d* enim] in eternū *V* 23 laborat *fin. B*

rabat, merito dicit: perdidi tantum laborem; quisquis uero ad sui laboris promissa peruenerit, gratulans dicit: non perdidi laborem meum. dicitur ergo labor non perisse, non quia manet perpetuus, sed quia non est inaniter fusus. sic et patientia pauperum Christi, sed ditandorum heredum Christi non peribit in aeternum, non quia et illic patienter ferre iubebimur, sed quia pro his quae hic patienter pertulimus, aeterna beatitudine perfruemur. non dabit finem sempiternae felicitati, qui donat temporalem patientiam uoluntati, quia utrumque munus donatae donatum est caritati amen.

1 merito *om. O* 2 peruenerat N^1 3 dictitur *V* 4 perpetuus (v *s.* i *m. 1*) *L* quia iam *B* 5 xps *V* 6 non *alt. om. S* et] in *V* illo *V* ill$_{\bullet}$o *N* 7 iubemur *FDO*γ iubentur *W* iis *bd* 8 aeternam beatitudinem *L* perfruamur *PBV* 10 donatae] donat. Et *L* donare *W om. S* amen *om. SBDVbd* In nomine dni explicit sermo sci Augustini de patientia *fol. 59*^{a} *L* Explicit sermo de bono patientiae sci Augustini epi do gratias am *pag. 50 S* Explicit de paciencia *fol. 120*^{b} *P* Explicit liber de patientia *V* Aurelii Augustini doctoris de patientia liber expl *fol. 66*^{b} γ Explicit de bono patientie *fol. 22*^{b} *O Subscriptio abest a codd. A, fol. 268*^{b} *F, fol. 151*^{a} *B, fol. 77*^{b} *N, fol. 45*^{b} *D, fol. 153*^{b} *W*

LOCI LIBR. RETRACTATIONVM.

1. De fide et symbolo pag. 30, 16 sqq.

Retract. I 17. In hoc libro cum de resurrectione ageretur. resurget, inquam, corpus secundum christianam fidem, quae fallere non potest. quod cui uidetur incredibile, qualis sit nunc caro adtendit, qualis autem tunc futura sit, non considerat, quia illo tempore immutationis angelicae non iam caro erit et sanguis, sed tantum corpus et cetera quae ibi de corporum terrestrium in corpora caelestia mutatione disserui, quoniam dixit apostolus, cum inde loqueretur: caro et sanguis regnum dei non possidebunt. sed quisquis ea sic accipit, ut existimet ita corpus terrenum, quale nunc habemus, in corpus caeleste resurrectione mutari, ut nec membra ista nec carnis sit futura substantia, procul dubio corrigendus est, commonitus de corpore domini, qui post resurrectionem in eisdem membris non solum conspiciendus oculis, uerum etiam manibus tractandus apparuit carnemque se habere etiam sermone firmauit dicens: palpate et uidete, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me uidetis habere. unde constat apostolum non carnis substantiam negasse in dei regno futuram, sed aut homines, qui secundum carnem uiuunt, carnis et sanguinis nomine nuncupasse aut ipsam carnis corruptionem, quae tunc utique nulla erit. nam cum dixisset: caro et sanguis regnum dei non possidebunt, bene intellegitur tamquam exponendo quid dixerit continuo subdidisse: neque corruptio incorruptionem possidebit. de qua re ad persuadendum infidelibus difficili diligenter, quantum potui, me disseruisse reperiet, quisquis de ciuitate dei legerit uolumen.

2. De agone christiano pag. 136, 14 sqq.

Retract. II 3. In quo quod positum est: nec eos audiamus, qui carnis resurrectionem futuram negant et commemorant quod ait Paulus apostolus: caro et sanguis regnum dei non possidebunt, non intellegentes quod ipse dicit apostolus: oportet corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem. cum enim hoc factum fuerit, iam non erit caro et sanguis, sed caeleste corpus, non sic accipiendum est, quasi carnis non sit futura substantia, sed carnis et sanguinis nomine ipsam corruptionem carnis et sanguinis intellegendus est apostolus nuncupasse, quae utique in regno illo non erit, ubi caro incorruptibilis erit. quamuis et aliter possit intellegi, ut carnem et sanguinem opera carnis et sanguinis dixisse accipiamus apostolum et eos regnum dei non possessuros, qui perseueranter ista dilexerint.

3. De bono coniugali pag. 210, 21 sqq.; 226, 1. 2.

Retract. II 22. Dixi etiam quodam loco: quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis et utrumque non est sine delectatione carnali, quae tamen modificata et temperantia refrenante in usum naturalem redacta libido esse non potest. quod ideo dictum est, quoniam libido non est bonus et rectus usus libidinis. sicut enim malum est male uti bonis, ita bonum est bene uti malis: de qua re alias, maxime contra nouos haereticos Pelagianos, diligentius disputaui. de Abraham quod dixi: ex hac oboedientia pater ille Abraham, qui sine uxore non fuit, esse siue unico filio et a se occiso paratus fuit, non satis approbo. magis enim filium, si esset occisus, resuscitatione sibi mox fuisse reddendum credidisse credendus est, sicut in epistula legitur quae est ad Hebraeos (11, 19)

4. De diuinatione daemonum pag. 608, 3—5.

Retract. II 30. In eius autem quodam loco, ubi dixi daemones aliquando et hominum dispositiones non solum uoce prolatas, uerum etiam cogitatione conceptas, cum signa quaedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere, rem dixi occultissimam audaciore asseueratione quam debui. nam peruenire ista ad notitiam daemonum per nonnulla etiam experimenta compertum est; sed utrum signa quaedam dentur ex corpore cogitantium illis sensibilia, nos autem latentia, an alia ui et ea spiritali ista cognoscant, aut difficillime potest ab hominibus aut omnino non potest inueniri.

INDEX SCRIPTORVM.

A) LOCI SCRIPTVRAE SACRAE.

Gen. 1, 28 . . . . . 168, 6. 19
1, 31 . . . . . 109, 5; 313, 16
2, 21. 22 . . . . . 187, 11
3, 1 sqq. 673, 3
3, 5 . . . . . 9, 18
3, 14. 19 . . . . . 103, 11
18, 15 . . . . . 419, 22
19, 5 sqq. 517, 22
19, 8 . . . . . 429, 4; 493, 4
19, 26 . . . . . 92, 22
20, 2 . . . . . 498, 22
20, 12 . . . . . 498, 25
21, 10 . . . . . 689, 10
21, 12 . . . . . 226, 3; 689, 12
23 . . . . . 628, 2
24 . . . . . 499, 3
24, 2. 3 . . . . . 217, 1
25, 5. 6 . . . . . 689, 23
25, 9. 10 . . . . . 628, 2
26, 7 . . . . . 499, 3
27, 16 . . . . . 501, 12
27, 18. 19 . . . . . 501, 20
27, 19 . . . . . 419, 26
38, 8—10 . . . . . 396, 17
38, 14 sqq. 510, 26
42 . . . . . 500, 15
46, 27 . . . . . 154, 8
47, 36 . . . . . 628, 2. 18
50, 25 . . . . . 628, 18
Ex. 1, 17 sqq. 512, 22
1, 19. 20 . . . . . 420, 1
3, 14 . . . . . 11, 1
12, 7 . . . . . 55, 4
Ex. 16, 18 . . . . . 561, 1
20, 3—5 . . . . . 56. 8
20, 12 . . . . . 456, 17
20, 12 sqq. 56, 24
20, 13. 15 . . . . . 267, 17
20, 14. 16 . . . . . 439, 22
20, 15 . . . . . 443, 7
20, 16 . . . . . 420, 19; 442, 27
33, 19 . . . . . 683, 19
34, 33 . . . . . 591, 7
Leu. 15 . . . . . 217, 23
19, 18 . . . . . 426, 7
Num. 6, 5 . . . . . 591, 3
19, 11 . . . . . 218, 8
25, 5 sqq. 37, 10
Deut. 6, 4 . . . . . 18, 9
7, 3 . . . . . 367, 16
7, 3. 4 . . . . . 372, 11
23, 24. 25 . . . . . 574, 23
24, 1 . . . . . 197, 23
25, 5—10 . . . . 221, 24; 314, 15
29, 5 . . . . . 189, 21
34, 5 . . . . . 652, 7
Ios. 2 . . . . . 513, 1
6, 25 sqq. 513, 1
Iud. 9, 8—15 . . . . . 509, 8
16, 17 . . . . . 591, 23
I Reg. 21, 13 . . . . . 500, 16
25, 22 sqq. 495, 6
28, 7 sqq. 651, 18
II Reg. 2, 5 . . . . . 638, 9
3, 14 . . . . . 387, 17
III Reg. 13, 21. 22 . . . . 634, 18

III Reg. 13, 24 sqq. . . . 636, 5
16, 5 sqq. 670, 5
20 (21), 13 . . . . . 500, 8
IV Reg. 10 . . . . . 472, 21
22, 18—20 . . . . . 648, 19
23, 16 sqq. 636, 5
Esd. 9, 7 sqq. 367, 6
Tob. 2, 9 . . . . . 628, 3
12. 12 . . . . . 628, 3
Iob 1 . . . . . 219, 7
2, 5 . . . . . 500, 6
2, 10 . . . . . 674, 3
7, 1 . . . . . 283, 7; 294, 19
14, 4. 5 . . . . . 294, 1
28, 28 . . . . . 288, 3
Ps. 1, 1 . . . . . 592, 7
1, 2 . . . . . 565, 1
1, 3 . . . . . 112, 15
2, 1 . . . . . 617, 23
2, 1. 2. 7. 8 . . . . . 615, 23
2, 7. 8 . . . . . 131, 15
2, 11 . . . . . 155, 10; 282, 17
5, 6 . . . . . 455, 14; 684, 19
5, 6. 7 . . . 425, 11; 470, 17
5, 7 . . . . . 420, 26; 443, 2;
455, 1; 456, 27
6, 8 . . . . . 495, 15
8, 5 . . . . . 684, 13
8, 9 . . . . . 104, 11
9, 5—8 . . . . . 616, 18
9, 19 . . . . . 676, 7; 690, 19
9, 24 . . . . . 590, 1; 666, 2
10, 5 . . . . . 67, 26
12, 6 . . . . . 565, 2
13, 1 . . . . . 145, 11
13, 6 . . . . . 676, 18
14, 2 . . . . . 450, 10; 472, 3;
485, 23; 486, 9
14, 2. 3 . . . . . 486, 15
15, 2 . . . . . 676, 9
15, 4 . . . . . 61, 24
17, 14 . . . . . 104, 10
17, 44 . . . . . 507, 25
Ps. 18, 8 . . . . . 287, 18
18, 10 . . . . . 280, 17
21, 17—19 . . . . . 615, 5
21, 28 . . . . . 616, 7
21, 28. 29 . . . . 614, 19; 615, 10
24, 15 . . . . . 285, 1
26, 4 . . . . . 281, 13
26, 9 . . . . . 281, 16
26, 10 . . . . . 648, 1
26, 12 . . . . . 510, 12
29, 7 . . . . . 183, 7
29, 8 . . . . . 183, 11
30, 23 . . . . . 508, 3
33, 9 . . . . . 112, 12
33, 15 . . . . . 160, 15. 17
35, 4 . . . . . 535, 20
35, 8—10 . . . . . 112, 18
35, 9 . . . . . 686, 18
35, 12 . . . . . 298, 12
36, 23 . . . . . 287, 8
38, 4 . . . . . 586, 4
40, 5 . . . . . 85, 10; 163, 1
41, 2 . . . . . 113, 2
44, 3 . . . . . 244, 10; 279, 5;
300, 11; 333, 11
44, 14 . . . . . 333, 20
47, 2 . . . . . 46, 4; 197, 16
49, 15 . . . . . 583, 16
50, 7 . . . . . 278, 10
54, 6 . . . . . 495, 13
55, 8 . . . . . 682, 9
57, 2 . . . . . 130, 2
58, 10 . . . . . 298, 15
58, 11 . . . . . 684, 1
61, 6 . . . . . 677, 9; 687, 16
64, 3 . . . . . 153, 4
65, 4 . . . . . 181, 19
70, 4. 5 . . . . . 676, 13
70, 5 . . . . . 687, 16
72, 27 . . . . . 366, 20
75, 12 . . . . . 267, 11; 378, 3
78, 2. 3 . . . . . 626, 5
81, 6 . . . . . 18, 15

Ps. 83, 3 . . . . . 281, 16
83, 5 . . . . . 515, 5
84, 13 . . . . . 148, 20
93, 19 . . . . . 175, 3
95, 1 . . . . . 263, 15
95, 8 . . . . . 267, 15
100, 1 . . . . . 647, 13
102, 2. 3 . . . . . 162, 8
102, 3 . . . . . 174, 6
112, 9 . . . . . 562, 25
115, 6 . . . . . 517, 1
115, 11 . . . . . 526, 8
115, 15 . . . . . 626, 12
118, 4—6 . . . . . 286, 12
118, 133 . . . . . 154, 22
118, 142 . . . . . 512, 11
120, 2 . . . . . 61, 20
122, 4 . . . . . 676, 6
126, 1 . . . . . 285, 3
137, 3 . . . . . 189, 2
137, 6 . . . . . 270, 11
138, 7 . . . . . 281, 11
140, 3 . . . . . 142, 5
140, 3. 4 142, 22; 156, 11; 286, 21
145, 8 . . . . . 287, 17
Prou. 3, 11. 12 . . . . . 675, 16
8, 22 . . . . . 9, 13
20, 9 . . . . . 293, 20
22, 8 . . . . . 562, 21
24, 23 . . . 456, 21; 457, 12. 23; 515, 20; 525, 22
31, 27 . . . . . 95, 11
Eccle. 3, 5 207, 7; 315, 18; 395, 24
Cant. 1, 4 . . . . . 585, 12
Sap. 1, 6—11 . . . . . 451, 1
1, 10 . . . . . 452, 20
1, 11 . . . . . 420, 24; 426, 3; 450, 1. 17; 452, 17
2, 23 . . . . . 113, 13
2, 24 . . . . . 189, 8
7, 16 . . . . . 332, 16
7, 27 . . . . . 7, 1
8, 1 . . . . . 8, 10
Sap. 8, 21 . . . 141, 10; 177, 25; 287, 12; 330, 9
9, 15 . . . . . 167, 2
11, 18 . . . . . 5, 13
15, 2 . . . . . 85, 15. 19. 21
Eccli. 2, 1—5 . . . . . 675, 8
2, 14 . . . . . 674, 8; 675, 1
3, 18 . 229, 24; 268, 14; 273, 5; 289, 3; 300, 3
3, 21 . . . . . 657, 20
7, 13 . . . . 452, 27; 453, 7. 23
10, 14 . . . . . 30, 13
19, 1 . . . . . 520, 23
28, 2—5 . . . . . 399. 23
46, 13 . . . . . 652, 4
Hos. 10, 12 . . . . . 563, 3
Hab. 2, 4 . . . . . 3, 4; 682, 11
Soph. 2, 11 . . 611, 17; 614, 13; 615, 13. 20
Es. 2, 3 . . . . . 570, 14
7, 9 . . . . . 4, 10; 118, 12
14, 12 . . . . . 135, 21
26, 18 . . . . . 280, 8
51, 7. 8 . . . . . 618, 7
53, 2. 3 . . . . . 333, 16
55, 10 . . . . . 563, 1
56, 5 . . . . . 258, 22; 259, 16; 260, 23; 268, 2
63, 16 . . . . . 648, 5
66, 2 . . . . . 283, 4; 297, 7
Hier. 17, 5 . . . 152, 1; 676, 21
Ez. 16, 52 . . . . . 422, 3
18, 4 . . . . . 494, 15
36, 26 . . . . . 499, 21
Sus. 199, 10
23 . . . . . 253, 17
II Mach. 12, 43 . . . . . 623, 17
Dan. 3, 50 . . . . . 583, 20
3, 87 . . . . . 302, 7
6, 23 . . . . . 584, 3
Matth. 1, 20. 25 . . . . . 124, 15
3, 7. 8 . . . . . 59, 10
3, 16 . . . . . 124, 14

Matth. 4, 19 . . . . . 77, 19
5, 3 . . . . . 265, 11; 270, 2
5, 4 . . . . . 265, 13
5, 5 . . . . . 265, 15
5, 6 . . . . . 265, 16
5, 7 . . . . . 265, 18
5, 8 . . 27, 3; 137, 18; 265, 20
5, 9 . . . . . 266, 1
5, 10 . . . . . 266, 3; 671, 9
5, 11. 12 . . . . . 340, 22
5, 20 . . . . . 94, 1
5, 31. 32 . . . . . 393, 13
5, 32 . . . 81, 9; 196, 4; 349, 10; 358, 20; 375, 11; 376, 6; 394, 18; 404, 16; 405, 1
5, 34 . . . . . 448, 7; 457, 15
5, 37 . . . . . 121, 6; 421, 1; 448, 15; 514, 25
5, 39 . . . . . 447, 14
6, 12 . 95, 2; 155, 20; 159, 6; 173, 21; 294, 9; 400, 5
6, 12. 13 . . . . . 162, 17
6, 13 . . . . . 329, 8
6, 15 . . . . . 28, 7
6, 19—21 . . . . . 581, 18
6. 22 . . . . . 581, 23
6, 22. 23 . . . . . 581, 12
6, 24 . . . . . 580, 22
6, 24. 25 . . . . . 582, 21
6, 25 . . . . . 580, 20; 581, 5
6, 25—34 . . . . . 532, 6
6, 26 . . 104, 11; 573, 9; 576, 19
6, 26. 28 . . . . . 111, 17
6, 31. 32 . . . . . 535, 8
6, 34 . . . . . 576, 6; 577, 14
6, 34. 25 . . . . . 448, 26
7, 1 . . . . . 129, 25
7, 2 . . . . . 132, 4
7, 6 . . 39, 24; 41, 11; 43, 14; 380, 14; 381, 3
7, 15 . . . . . 483, 1
7, 15. 16 . . . . . 484, 15
8, 5 sq. 270, 4
Matth. 8, 8 . . . 270, 6; 277, 2
8, 11 . . . . . 230, 17
8, 19. 20 . . . . . 297, 19
8, 22 . . . . . 456, 19
8, 26 . . . . . 610, 2
9, 11—13 . . . . . 277, 8
9, 15 . . . . . 240, 3
9, 16. 17 . . . . . 45, 5
9, 28 . . . . . 127, 8
10, 7—10 . . . . . 540, 20
10, 10 . . . . . 449, 11; 543, 17; 547, 20; 569, 9
10, 11 . . . . . 76, 6
10, 16 . . . . . 484, 8
10, 19. 20 . . . . . 534, 19
10, 22 . . . . . 183, 2; 336, 1
10, 23 . . . . . 583, 22
10, 28 . . 126, 18; 426, 1; 625, 9
10, 29 . . . . . 111, 13
10, 30 . . . . . 111, 19
10, 33 . . . . . 482, 20
10, 40—42 . . . . . 582, 11
11, 12 . . . . . 84, 2
11, 18. 19 . . . . . 220, 15
11, 19 . . . . . 221, 9
11, 25—29 . . . . . 275, 14
11, 27—29 . . . . . 296, 19
11, 28 . . . . . 276, 9
11, 29 . . . . . 265, 14; 275, 11; 297, 16; 298, 9
11, 30 . . . . . 138, 4; 588, 16
12, 1. 2 . . . . . 575, 2
12, 45 . . . . . 92, 10; 182, 22
12, 48—50 . . . . . 237, 4
12, 50 . . . . . 239, 9
13, 8 . . . . . 291, 22; 342, 3
13, 25 . . . . . 80, 13
13, 30 . . . . . 670, 15
13, 30. 29 . . . . . 39, 5
13, 39 . . . . . 75, 23
13, 55 . . . . . 555, 18
14, 3. 4 . . . . . 81, 3
14, 25 . . . . . 127, 9

Matth. 14, 29 . . . . . 127, 11
14, 30 . . . . . 135, 4
15, 2. 20 . . . . . 445, 13
15, 11 . . . . . 143, 20
15, 16. 17 . . . . . 144, 5
15, 16—20 . . . . . 451, 22
15, 18 . . . . . 144, 11
15, 19 . . . . . 146, 7
15, 19. 20 . . . . . 144, 17
15, 26 . . . . . 270, 15
15, 26. 28 . . . . . 73, 24
15, 27 . . . . . 270, 17
15, 28 . . . . . 270, 14
16, 16. 17 . . . . . 64, 13
16, 19 . . . . . 135, 1
16, 22 . . . . . 135, 5
17, 2 . . . . . 127, 13
17, 3 . . . . . 652, 7
17, 24 sqq. 362, 24
18, 1—3 . . . . . 271, 20
18, 3 . . . . . 272, 1
18, 7 . . . . . 283, 9
18, 15 . . . . . 94, 22
18, 15—18 . . . . . 39, 13
18, 18 . . . . . 41, 11
19, 8 . . . . . 197, 23; 392, 24
19, 9 . . 36, 9; 190, 17; 248, 1; 319, 3; 355, 2; 359, 24
19, 10—12 . . . . 258, 8; 405, 19
19, 11 . . . . . 141, 12; 317, 19
19, 11. 12 . . . . . 341, 17
19, 12 . 207, 24; 219, 21; 222, 3; 236. 6; 242, 21; 267, 14; 278, 3; 396, 2; 592, 2
19, 16—21 . . . . . 60, 5
19, 17 . . . . . 67, 4; 96, 19
19, 18. 19 . . . . . 67, 5; 70, 15
19, 19 . . 96, 20; 426, 7; 675, 4
19, 21 . . 70, 23; 291, 8; 578, 1
20, 9 . . . . . 262, 1
20, 21. 22 . . . . . 272, 4
20, 22 . . . . . 290, 3
21, 31 . . . . . 116, 20; 277, 6
Matth. 22, 2 sqq. 75, 9
22, 10 . . . . . 75, 20
22, 23—30 . . . . . 321, 17
22, 30 . . . . . 15, 9; 136, 21
22, 37. 39 . . . . . 54, 4
22, 39 . . . . . 426, 7
22, 40 . . . . . 84, 24
23, 2. 3 . . . . . 94, 4
23, 3 . . . . . 588, 22
23, 4 . . . . . 586, 14
23, 9 . . . . . 13, 13
23, 15 . . . . . 93, 17
23, 26 . . . . . 143, 16
24, 12 . . . . . 283, 9
24, 14 . . . . . 133, 8
24, 31 . . . . . 294, 8
25, 4 . . . . . 288, 1
25, 15 sqq. 76, 15
25, 21 . . . . . 112, 9
25, 24—30 . . . . . 533, 22
25, 33 . . . . . 17, 2; 129, 1
25, 41 . . . . . 67, 8; 103, 20
25, 44 . . . . . 67, 15
25, 46 . . . . . 68, 8
26, 7 sqq. 628, 5
26, 41 . . . . . 329, 6
26, 49 . . . . . 670, 20
26, 51. 70—74 . . . . . 135, 6
26, 52 . . . . . 132, 7
26, 69 sqq. 485, 14
26, 75 . . . . . 135, 20
Marc. 1, 24. 25 . . . . . 64, 11
10, 11. 12 . . . 357, 25; 391, 21
10, 12 . . . . . 375, 7; 379, 14
Luc. 1, 27 . . . . . 199, 11
1, 32 . . . . . 116, 6
1, 34 . . . . . 238, 3
2, 36. 37 . . . 199, 10; 323, 8
2, 37 . . . . . 323, 23; 324, 6
3, 6 . . . . . 153, 3
3, 12—14 . . . . . 59, 13
3, 13 . . . . . 83, 8
6, 37 . . . . . 400, 4

Luc. 7, 6. 7 . . . . . 270, 8
7, 36—47 . . . . . 284, 7
7, 37. 38 . . . . . 277, 4
7, 47 . . . . . 279, 22; 298, 17
8, 1—3 . . . . . 540, 10
8, 8 . . . . . 292, 3
8, 21 . . . . . 10, 4
8, 45 . . . . . 507, 17
10, 1—7 . . . . . 541, 11
10, 4. 7 . . . . . 449, 9
10, 7 . . . . . 542, 14; 543, 17; 547, 21; 552, 13
10, 27 . . . . . 27, 7
10, 30 sqq. . . 265, 19; 486, 23
10, 33—35 . . . . . 364, 13
10, 35 . . . . . 267, 20; 540, 6
10, 39. 40 . . . . . 199, 7
11, 27. 28 . . . . . 237, 14
12, 4 . . 625, 16; 634, 1; 638, 16
12, 35 . . . . . 160, 21; 263, 11
12, 36 . . . . . 160, 26
13, 28—30 . . . . . 502, 4
15, 11—32 . . . . . 508, 20
16, 3 . . . . . 558, 6
16, 18 . . . 358, 3; 361, 5; 375, 9. 13; 379, 16; 391, 25; 398, 11; 405, 14; 407, 11
16, 19 sqq. 626, 18
16, 22 . . . . . 651, 6
16, 22 sqq. 650, 1
16, 25 . . . . . 650, 13
17, 21 . . . . . 83, 23
18, 10 . . . . . 270, 20
18, 10. 11 . . . . . 288, 17
18, 10. 14 . . . . . 279, 19
18, 11—14 . . . . . 271, 2
18, 13 . . . . . 277, 1
19, 2. 8 . . . . . 277, 3
19, 41 . . . . . 265, 15
21, 18 . . . . . 625, 8; 669, 11
21, 19 . . . . . 668, 1
23, 34 . . . . . 266, 2
24, 28 . . . . . 508, 11; 509, 23
Luc. 24, 39 127, 1; 170, 16; 171, 2
24, 49 . . . . . 130, 20
Ioh. 1, 1. 3 22, 5; 101, 12; 123, 2
1, 1. 3. 14 . . . . . 120, 13
1, 3 . . . 8, 13; 10, 2; 113, 9; 126, 9; 457, 24
1, 9 . . . . . 10, 11
1, 12 . . . . . 300, 23
1, 14 . . . 9, 10; 114, 5; 122, 16; 123, 15; 153, 1
1, 14. 29 . . . . . 278, 13
1, 48 . . . . . 516, 18
2, 2 . . . . . 190, 18
2, 4 . . . . . 12, 19
2, 9 . . . . . 652, 18
3, 5 . . . . . 93, 23
3, 6 . . . . . 24, 19
3, 13 . . . . . 127, 18
3, 18 87, 15; 129, 4. 20; 130, 9
3, 21 . . . . . 455, 18
4, 24 . . . . . 24, 21
4, 34 . . . . . 265, 17
5, 14 . . . . . 82, 4
5, 28. 29 . . . . . 86, 16
6, 38 . . . . . 279, 14
7, 24 . . . . . 130, 3
8, 7 . . . . . 388, 8; 399, 10
8, 11 . . . . . 387, 20
8, 23 . . . . . 681, 10
8, 25 . . . . . 21, 6
8, 44 . . . . . 154, 16
10, 30 . . . . . 22, 4
11, 34 . . . . . 507, 18
11, 44 . . . . . 653, 4
12, 5 . . . . . 670, 18
12, 6 . . 449, 1; 539, 14; 576, 25
12, 31 . . . . . 102, 6
13, 1 sqq. 272, 12
13, 5 . . . . . 279, 17
13, 16 . . . . . 296, 17
13, 23 . . . . . 173, 24
13, 29 . . . . . 670, 18
14, 2 . . . . . 263, 3

Ioh. 14, 6 6, 16; 333, 24; 457, 24
14, 9 . . . . . 22, 4
14, 28 . . . . . 21, 18
15, 12. 13 . . . . . 426, 17
15, 15 . . . . . 129, 14
15, 19 . 681, 12; 682, 20; 684, 8
16, 12 . 129, 15; 381, 15; 498, 12
16, 13 . . . . . 24, 8
16, 23 . . . . . 583, 23
16, 33 . . . . . 102, 23
17, 2 . . . . . 153, 5
17, 3 . . . . . 84, 15
18, 23 . . . . . 447, 18
19, 26. 27 . . . . . 13, 4
19, 38 sqq. 628, 9
19, 41 . . . . . 14, 23
20, 17 . . . . . 21, 1
20, 26 . . . . . 127, 4
21, 6—11 . . . . . 128, 20
21, 15 . . . . . 135, 2; 687, 3
Act. 1, 11 . . . . . 17, 18
2, 1—11 . . . . . 130, 22
2, 4 . . . . . 24, 10
2, 37—39 . . . . . 48, 23
2, 38 . . . . . 55, 8
2, 38—41 . . . . . 49, 19
2, 40 . . . . . 82, 24
2, 44 . . . . . 291, 12; 559, 5
2, 45 . . . . . 570, 10
4, 32 . . 214, 1; 291, 12; 559, 5; 578, 22
4, 35 . . . . . 570, 10
8, 37. 38 . . . . . 50, 25
9, 10 sqq. 656, 15
9, 25 . . . . . 583, 18
11, 28—30 . . . . . 449, 5
11, 28 sqq. . . . 574, 1; 577, 2
12, 7 . . . . . 584, 3
13, 2 sqq. 569, 20
16, 1. 3 . . . . . 423, 18
17, 17 . . . . . 566, 12
17, 18 . . . . . 566, 17
17, 21 . . . . . 566, 19
Act. 18, 1—3 . . . . . 567, 14
18, 4 . . . . . 567, 3
20, 7 . . . . . 566, 4
20, 33—35 . . . . . 554, 10
23, 2 . . . . . 447, 23
Iac. 1, 5 . . . . 287, 19; 331, 2
1, 14 . . . . . 162, 19
1, 17 . 271, 15; 285, 18; 337, 9; 676, 10
2, 14 . . 65, 26; 69, 11; 181, 5
2, 14. 20 . . . . . 64, 14
2, 17 . . . . . 67, 7; 77, 15
2, 19 . . . 64, 8; 70, 1; 83, 20
2, 20 . . . . . 92, 6; 97, 4
3, 15 . . . . . 677, 4
4, 6 . . 275, 6; 289, 17; 300, 5
4, 17 . . . . . 356, 1. 16
I Petri 2, 16 . . . . . 90, 6
2, 21 . . . . . 264, 17; 266, 5
2, 22 . . . . . 265, 21
3, 1—7 . . . . . 206, 5
3, 5 . . . . . 312, 1
3, 7 . . . . . 311, 21
3, 9 . . . . . 299, 19
3, 21 . . . . . 66, 19
4, 1. 2 . . . . . 53, 18
5, 8 . . . . . 500, 1
II Petri 2, 13. 14 . . . . 91, 19
2, 17—22 . . . . . 90, 8
3, 11—18 . . . . . 63, 10
I Ioh. 1, 8 . . . 173, 25; 399, 13; 526, 12
1, 8—10 . . . . . 295, 5
2, 1. 2 . . . . . 86, 1; 295, 20
2, 3. 4 . . . . . 84, 18
2, 15 . . . . . 54, 13
2, 15. 16 . . . 678, 24; 680, 19
2, 21 . 512, 16; 515, 16; 522, 4
3, 1 . . . . . 24, 3
3, 4 . . . . . 512, 2
3, 9 . . . . . 526, 16
3, 16 . . . . . 300, 1
3, 23 . . . . . 85, 3

I Ioh. 4, 8 . . . . . 297, 5
4, 10 . . . . . 684, 9
4, 16 . . . 25, 8; 26, 3; 679, 22
4, 18 . . . . . 24, 4; 280, 9
4, 20 . . . . . 54, 10
Iud. 1, 12 . . . . . 91, 24
Rom. 1, 1 . . . . . 576, 13
1, 3 . . . . . 113, 7
1, 9 . . . . . 28, 19
1, 17 . . . . . 3, 4
1, 23 . . . . . 16, 17
1, 25 . . . . . 681, 3
1, 26. 27 . . . . . 203, 1
2, 12 . . 86, 11; 87, 23; 88, 14
2, 25 . . . . . 423, 4; 550, 7
3, 7 . . . . . 526, 9
3, 7. 8 . . . . . 470, 10
3, 8 . . 61, 11; 377, 8; 514, 3
3, 20 . . . . . 147, 25; 153, 6
4 . . . . . 61, 25
4, 4 . . . . . 682, 5
4, 15 . . . . . 88, 4
5, 3—5 . . . . . 109, 18
5, 5 . . . 23, 17; 61, 21; 84, 8; 88, 11; 327, 12; 678, 11; 680, 16; 685, 6; 687, 10
5, 6 . . . . . 682, 18
5, 8—10 . . . . . 24, 6
5, 20 . . 61, 12; 148, 5; 277, 13
6, 6 . . . . . 53, 5
6, 9 . . . . . 319, 4
6, 12. 13 . . . . . 145, 20
6, 12—14 . . . . . 148, 24
6, 13 . . . . . 182, 21; 491, 15
6, 14 . . . . . 154, 20; 155, 4
7, 2. 3 . . . . . 375, 4; 385, 19
7, 3 . . 384, 6; 385, 6; 407, 8
7, 7 . . . . . 148, 1
7, 7. 8 . . . . . 82, 5
7, 17 . . . . . 179, 10
7, 18 . 147, 10; 163, 21; 164, 20; 168, 8; 329, 24
7, 22. 23 . . . . . 147, 16
Rom. 7, 23 . . . . . 168, 11
7, 25 . . . . 28, 19. 23; 164, 6
8, 10 . . . . . 167, 4
8, 12—14 . . . . . 149, 6
8, 13 . . 150, 4; 152, 7; 154, 13; 155, 7
8, 14 . . . . . 155, 10; 178, 25
8, 15 . . . 24, 5; 281, 3; 690, 5
8, 17 . . . . . 689, 7
8, 18 . . . . . 664, 17
8, 22 . . . . . 28, 15
8, 23—25 . . . . . 668, 16
8, 25 . . . . . 670, 4
8, 35—39 . . . . . 680, 5
9, 1 . . . . . 448, 9
9, 7 . . . . . 689, 12
9, 8 . . . . . 689, 13
9, 14 . . . . . 285, 9
9, 15 . . . . . 683, 19
9, 16 . . . . . 683, 21
10, 3 . . 148, 14; 284, 9; 285, 20
10, 4 . . . . . 683, 5
10, 10 . . . 3, 6; 473 10; 485, 9
11, 5. 6 . . . . . 681, 21
11, 17. 18 . . . . . 235, 7
11, 20 . . 280, 12; 282, 5; 288, 5
11, 23 . . . . . 134, 15
11, 33 . . . . . 526, 5; 647, 10
11, 36 . . 18, 18; 25, 18; 118, 20
12, 1 . . . . . 172, 7
12, 3 . . . . . 306, 13; 321, 8
12, 4—6 . . . . . 308, 10
12, 10 . . . . . 293, 17
12, 12 . . . . . 687, 6
12, 16 . . . . . 288, 2
12, 17 . . . . . 400, 7
13, 1 . . . . . 154, 6
13, 10 . . . . . 62, 18; 83, 25
14, 3 . . . . . 129, 23
14, 12 . . . . . 380, 11
14, 20 . . . . . 364, 5
14, 21 . . . . . 41, 1
14, 23 . . . . . 176, 24; 358, 1

Rom. 15, 3 . . . . . 279, 10
15, 19 . . . . . 82, 14
15, 25—27 . . . . . 559, 8
15, 27 . . . . . 570, 17
16, 18 . . . . . 552, 19
I Cor. 1, 13 . . . . . 173, 10
1. 14. 16 . . . . . 52, 20
1, 20—25 . . . . . 617, 8
1, 24 . . . 6, 16; 8, 8; 101, 11; 120, 12; 123, 2; 126, 8
1, 25 . . . . . 13, 17
1, 27—29 . . . . . 571, 3
1, 30 . . . . . 174, 4
1, 30. 31 . . . . . 683, 6
1, 31 . . . . . 183, 18
2, 2 . . . . . 52, 11
2, 3 . . . . . 282, 9
2, 12 . . . . . 328, 1
2, 14 . . . . . 29, 6
3, 1—3 . . . . . 173, 10
3, 2 . . . . . 381, 13
3, 3 . . . . . 153, 10
3, 5—10 . . . . . 533, 11
3, 7 . . . . . 332, 5
3, 11 . . . . . 69, 19
3, 11. 12 . . . . . 36, 4
3, 11—15 . . . . . 64, 21
3, 16. 17 . . . . . 459, 10
3, 22. 23 . . . . . 25, 12
4, 3 . . . . . 340, 9; 588, 23
4, 5 . . . . . 215, 3
4, 7 . . . . . 285, 12; 328, 17
4, 14 . . . . . 371, 15
4, 15 . . . . . 52, 16
5, 1—5 . . . . . 37, 18
5, 4. 5 . . . . . 94. 13
5, 5 . . . . . 38, 20
5, 9—13 . . . . . 37, 22
5, 9 sqq. 299, 12
6, 4—6 . . . . . 587, 13
6, 9. 10 . . . . 58, 11; 66, 3
6, 10 . . . . . 78, 18
6, 11 . . . . . 58, 15; 66, 17
I Cor. 6, 12. 13 . . . . . 363, 20
6, 15 . . . 35, 11; 58, 9; 76, 25; 171, 7; 308, 3; 312, 17
6, 19 . . . . . 204, 20
6, 19. 20 . . . . . 312, 22
7, 2—4 . . . . . 349, 1
7, 4 . . 191, 21; 195, 12 227, 15; 352, 4; 355, 14
7, 5 . . . . . 195, 16
7, 6 . . . . . 177, 14; 208, 4
7, 6. 7 . . . . . 308, 19
7, 7 . . 141, 18; 285, 5; 592, 11
7, 7. 29—34 . . . . . 201, 14
7, 8 . 306, 19; 307, 16; 311, 3
7, 8. 9 . . . . . 316, 1
7, 9 . . 136, 12; 202, 7; 212, 6; 219, 20; 236, 4; 242, 22; 316, 11; 354, 5; 395, 16; 396, 10; 397, 11
7, 10 . . . . . 348, 7
7, 10. 11 . . . 196, 13; 227, 18; 248, 9; 347, 7; 350, 3; 351, 14; 375, 1
7, 11 . . . . . 354, 18; 375, 10
7, 12 . 361, 21; 366, 17; 370, 18; 371, 24; 374, 4; 378, 15
7, 12. 10. 11 . . . . . 383, 5
7, 12. 13 . . . . . 379, 3
7, 14 . . . . . 205, 1; 362, 10
7, 15 . . . . . 72. 5
7, 16 . . . . . 362, 8
7, 18 . . . . . 550, 5. 9
7, 18—20 . . . . . 422, 21
7, 25 . 368, 20; 370, 17; 378, 13
7, 25. 26 . . . 245, 22; 246, 18
7, 26 . 247, 17; 252, 14; 255. 19
7, 27 . . . . . 247, 18; 378, 16
7, 27. 28 . . . . . 248, 18—24
7, 28 202, 13; 248, 5; 250, 3. 8; 251, 5. 20; 252, 20; 253, 12; 254, 10. 11; 255, 23
7, 28. 36 . . . 204, 10; 214, 12
7, 29 . . . . . 315, 20; 395, 26

I Cor. 7, 29 sqq. 73, 1
7, 32 . . . . . 228, 3; 289, 21
7, 32. 33 . . . 71, 4. 15; 280, 18
7, 32—34 . . . . . 257, 2. 14
7, 34 . 204, 16; 205, 17; 223, 15; 244, 9; 307, 2. 6; 312, 8; 313, 5; 332, 22
7, 35 . . . . . 310, 18
7, 36 . . . . . 202, 13
7, 38 . . 251, 3; 255, 11; 364. 19; 369, 26; 378, 18
7, 38. 40 . . . . . 311, 16
7, 39 . . 252, 7; 372, 14; 375, 6; 378, 21; 383, 25; 384, 7. 25; 385, 18; 386, 19; 387, 2; 391, 12; 394, 4. 8
7, 39. 40 . . . 309, 11; 321, 10
7, 40 . . . . . 251, 6; 368, 11
8, 7 . . . . . 211, 17
8, 13 . . . . . 364, 3
9, 1—5 . . . . . 538, 3
9, 4. 5 . . . . . 542, 9
9, 4—7 . . . . . 363, 2
9, 5. 6 . . . . . 542, 20
9, 6. 12 . . . . . 567, 23
9, 7 . . 537, 6; 558, 9; 586, 20
9, 7—10 . . . . . 543, 24
9, 7—15 . . . . . 540, 8
9, 9 . . . . . 111, 23
9, 11 . 544, 19; 545, 14; 559, 14
9, 12 . 363, 10; 449, 21; 542, 6; 545, 6. 18; 546, 7
9, 13—15 . . . . . 546, 10
9, 14 . . . . . 547, 2
9, 14. 15 . . . . . 568, 4
9, 15 . . . . . 548, 2
9, 16 . . . . . 548, 7
9, 17 . . . . . 548, 12. 15
9, 18 . 363, 14; 549, 1. 8; 550, 5. 9
9, 19 . . . . . 362, 28; 363, 17
9, 19—21 . . . . . 549, 16
9, 20 . . . . . 506, 17
9,22 463,23;506,7;551,10;553,18
I Cor. 9, 24 . . . . . 267, 14
9, 26. 27 . . . . . 108, 5
10, 1—11 . . . . . 447, 5
10, 4 . . . . . 499, 21
10, 11 . . . . . 314, 12
10, 12 . . . . . 283, 12
10, 13 . 292, 21; 329, 12; 465, 24
10, 23 . . . . . 379, 9
10, 23. 24 . . . . . 363, 24
10, 25 . . . . . 364. 1
10, 32 . . . . . 555, 13
10. 33 . . . . . 339, 19
11, 1 . . . . . 108, 8
11, 3 . . . . . 21, 5. 19; 25, 13
11, 4. 7 . . . . . 591, 15
11, 7 . . . . . 593, 21
11, 12 . . . . . 171, 10
11, 14 . . . . . 591, 11
11, 16. 17 . . . . . 590, 7
11, 29 . . . . . 45, 11
11, 31 . . . . . 174, 23
11, 31. 32 . . . . . 636, 1
12, 7—11 . . . . . 655, 1
12, 11 . . . . . 285, 8
12, 12 . . . . . 171, 15
12, 18 . . . . . 171, 17; 262, 17
12, 24—26 . . . . . 171, 19
12, 31 . . . . . 290, 21
13, 2 . . . . . 62, 15; 65, 24
13, 3 . . . . . 67, 23; 688, 9
13, 4 . . . . . 269, 5; 292, 16
13, 4, 5 . . . . . 279, 8
13, 4. 7 . . . . . 678, 17
13, 7 . . . . . 687, 8
13, 8 . . . . . 198, 18
13, 11 . . . . . 592, 14
13, 12 . . . . . 27, 1
15, 3. 4 . . . . . 52, 24
15, 15 . . . . . 440, 6
15, 19 . . . . . 257, 22
15, 28 . . . . . 21, 20; 267, 7
15, 33 . . . . . 222, 6
15, 39. 40 . . . . . 30, 21

I Cor. 15, 40 . . . . . 137, 2
15, 41 . . . . . 262, 13; 313, 15
15, 41. 42 . . . 247, 15; 262, 9
15, 44 . . . . . 15, 17; 163, 11
15, 50 . . . . . 31, 9; 137, 2
15, 50. 53 . . . . . 136, 16
15, 51 . . . . . 16, 2
15, 51. 52 . . . . . 110, 6. 10
15, 52 . . 29, 16; 32, 1; 136, 25; 627, 12
15, 53 . . 30, 5. 9; 262, 7; 461, 12
15, 53—56 . . . . . 526, 21
15, 54 . . . . . 594, 21
15, 54. 55 . . . . . 32, 9
15, 55. 26 . . . . . 147, 1
15, 56 . . . . . 148, 11
16, 1—4 . . . . . 577, 5
II Cor. 1, 12 . . . . . 340, 12
1, 19 . . . . . 121, 7
1, 22 . . . . . 112, 13
2, 14 . . . . . 108, 10
2, 15. 16 . . . . . 520, 8
2, 16 . . . . . 461, 23; 520, 15
3, 5 . . . . . 153, 21
3, 16 . . . . . 591, 6
4, 16 . . . . . 526, 20; 593, 10
4, 17 . . . . . 664, 19
4, 18 . . . . . 260, 16
5, 5 . . . . . 112, 13
5, 6 . . . . . 112, 10
5, 10 . . . . . 622, 11; 623, 10
6, 7. 8 . . . . . 341, 1
6, 10 . . . . . 579, 11
6, 16 . . . . . 58, 7
8, 1—21 . . . . . 559, 16
8, 9 . . . . . 265, 12
8, 18 . . . . . 561, 24
8, 21 . . . . . 339, 17
9, 1—15 . . . . . 562, 4
9, 15 . . . . . 563, 19
10, 12 . . . . . 229, 4, 296, 12
11, 2 . 236, 12; 244, 16; 319, 20
11, 7 . . . . . 540, 8
II Cor. 11, 7—12 . . . . 553, 1
11, 9 . . . . . 556, 18; 566, 23
11, 12 . . . . . 586, 11
11, 25 . . . . . 37, 15
12, 2 . . . . . 651, 16
12, 6 . . . . . 223, 6
12, 21 . . . . . 94, 16
13, 3 . . . . . 373, 15
Gal. 1, 10 . . . . . 340, 11
1, 20 . . . . . 448, 9; 465, 20
2, 3. 4 . . . . . 423, 27
2, 7 . . . . . 135, 8
2, 9 . . . . . 569, 20
2, 12. 13 . . . . . 422, 13
2, 14 . 424, 14; 465, 12; 505, 10
2, 14. 15 . . . . . 505, 12
2, 16 . . . . . 153, 9
2, 20 . . . . 179, 7. 24; 284, 2
3, 11 . . . . . 3, 4
3, 27. 28 . . . . . 593, 5
4, 4 . . . . . 222, 2
4, 19 . . . . . 239, 17
4, 22. 24 . . . . . 446, 25
4, 25. 26 . . . . . 515, 13
4, 26 . . . . . 15, 10; 689, 4
4, 30 . . . . . 689, 10
4, 31 . . . . . 89, 25
5, 1 . . . . . 89, 25
5, 2 . . . . . 371, 18; 424, 8
5, 6 . 62, 13; 69, 8. 24; 71, 18; 74, 20; 83, 21; 86, 23; 91, 8; 97, 6; 241, 19; 689, 19
5, 13 . . . . . 90, 4
5, 16 . . . . . 164, 21
5, 16. 17 . . . 161, 10; 172, 23
5, 16—18 . . . . . 150, 16
5, 17 . . . . . 146, 19; 168, 7
5. 19 . . . . . 150, 24
5, 19—21 . 66, 7; 150, 7; 178, 14
5, 19 sqq. 299, 12
5, 21 . . . . . 78, 14; 79, 10
5, 22. 23 . . . . . 151, 4
5, 24 . . . . . 151, 18

Gal. 6, 1 . . . 497, 16; 506, 13
6, 4 . . . . . 457, 2
6, 6 . . . . . 449, 17; 558, 24
6, 7 . . . . . 562, 17
6, 14 . . . . . 53, 7
Ephes. 1, 5 . . . . . 15, 5
2, 2 . . . . . 107, 17
2, 3 . . . . . 29, 3
2, 6 . . . . . 128, 16
2, 8. 9 . . . . . 683, 14
2, 8. 10 . . . . . 284, 12
3, 7 . . . . . 24, 12
3, 17 . . . . . 69, 22
3, 17—19 . . . . . 137, 19
4, 13. 14 . . . . . 592, 19
4, 21—24 . . . . . 594, 4
4, 25 . 421, 5; 472, 6; 486, 17
4, 28 . . 49, 15; 490, 14; 555, 24
5, 8 . . . . . 104, 20
5, 12 . . . . . 198, 9
5, 22. 23. 25 . . . . . 168, 25
5, 23 . . . . . 389, 10
5, 24 . . . . . 169, 4; 172, 15
5, 25 . . . . . 169, 6
5, 25—28 . . . . . 167, 17
5, 25. 28 . . . . . 168, 13
5, 28 . . . . . 169, 11
5, 29 . 164, 4; 167, 7; 168, 1. 9; 174, 18; 634, 9; 658, 21; 669, 12
6, 12 . . . . . 104, 4; 106, 19
Phil. 1, 8 . . . . . 448, 9
1, 15 . . . . . 37, 16; 487, 5
1, 18 . . . . . 487, 11
1, 23 . . . . . 210, 16
1, 29 . . . . . 687, 18
2, 3 . . . . . 293, 17
2, 6 . . . . . 8, 17
2, 6. 7 . . . . . 9, 21; 22, 7
2, 7. 8 . . . . . 269, 9
2, 8 . . . . . 14, 15; 272, 6
2, 12 . . . . . 687, 4
2, 12. 13 . . . . . 282, 13
2, 13 . . . . . 178, 23; 686, 22
Phil. 2, 16 . . . . . 578, 4
2, 21 . . . . . 578, 19
2, 30 . . . . . 563, 6
3, 16 . . . . . 326, 14
3, 20 . . . . . 107, 21
4, 8. 9 . . . . . 339, 22
4, 12 . . . . . 220, 4
Col. 1, 15 . . . . . 21, 7
2, 3 . . . . . 276, 13
2, 15 . . 103, 4; 108, 10; 137, 9
3, 1. 2 . . . . . 180, 25
3, 1—4 . . . . . 179, 12
3, 4. 5 . . . . . 180, 2. 5
3, 6 . . . . . 181, 1
3, 7 . . . . . 181, 9
3, 8 . . . . . 181, 21
3, 9. 10 . . . . . 593, 23
3, 10 . . . . . 45, 4
I Thess. 2, 5 . . 552, 15; 553, 15
2, 5—7 . . . . . 552, 3
2, 6. 5 . 552, 12; 554, 4; 568, 1
2, 7 . . . . . 551, 27
2, 7. 8. 9 . . . . . 553, 19
2, 9 . . . . . 556, 5
4, 5 . . . . . 208, 5
4, 17 . . . . . 189, 10
II Thess. 3, 6—12 . . . . 536, 7
3, 8 . . . . . 556, 5; 568, 3
3, 8. 9 . . . . 537, 11; 546, 2
3, 10 . 531, 8; 533, 9; 534, 9. 14; 535, 4. 13; 536, 5; 580, 13
3, 12 . . . . . 537, 19; 589, 3
3, 12. 13 . . . . . 556, 23
3, 13 . . . . . 557, 4
3, 14. 15 . . . . . 38, 22
Hebr. 2, 11 . . . . . 10, 5
5, 14 . . . . . 158, 19; 523, 15
6, 1. 2 . . . . . 55, 14
13, 4 . . . . . 198, 1
I Tim. 1, 5 . . . 201, 11; 240, 16
1, 10. 11 . . . . 73, 16; 75, 7
1, 13 . . . . . 93, 2; 277, 19; 482, 11; 524, 4

I Tim. 1, 20 . . . 37, 21; 184, 2
2, 5 . . . . . 123, 1. 8
2, 9. 10 . . . . . 206, 1
3, 2 . . . . . 214, 7
4, 4 . . . . . 41, 4
4, 8 . . . . . 260, 14
5, 5. 6 . . . . . 324, 18
5, 6 . . 205, 19; 274, 6; 337, 14
5, 11 . . . . . 317, 6
5, 11. 12 . . 273, 13; 318, 4. 16
5, 12 . . . . . 378, 6
5, 13 . . 273, 10; 393, 3; 571, 21
5, 14 . . 136, 3; 200, 16; 227, 12; 316, 16
5, 14. 15 . . . . . 396, 23
5, 15 . . . . . 316, 21
5, 20 . . . . . 40, 1
5, 23 . . . . . 219, 12; 557, 10
6, 10 . . . . . 102, 14
6, 18. 19 . . . . . 582, 5
II Tim. 2, 3—5 . . . . 558, 2
2, 4 . . . . . 572, 4
2, 6 . . . . . 558, 7
2, 8 . . . . . 170, 14
2, 25 . . . . . 287, 10
3, 5 . . . . . 134, 8
4, 7. 8 . . . . . 101, 6
Tit. 1, 6 . . . . . 214, 7
1, 15 . . . . . 13, 18
3, 13. 14 . . . . . 557, 6
Apoc. 1, 8 . . . . . 17, 20
5, 5 . . . . . 500, 1
14, 1 sqq. 263, 17
14, 3. 4 . . . . . 335, 5
14, 4 . . . . . 226, 15
14, 4. 5 . . . . . 295, 1
14, 5 . . . . . 473, 11; 515, 18

B) LOCI ALIORVM SCRIPTORVM.

Benedicti Regula ed. E. Wölfflin 579, 24; 58
Cic. in Cat. III 16 666,
Parad. III (sic scr. erat) 511, 24
Cypriani de lapsis 80, 16; 97, 11; 378, 26
Dictinii Libra 476, 19
Eusebii hist. eccl. V 1 (Migne XX 407) 633, 11; 638, 1
Gregorianus (cf. praef. de adult. coni. finem) 389, 23
Hieronymi ep. 8 . . . . . 335, 17
Horatii Sat. II 6, 79 sqq. 509, 3
Epist. I 7, 29 sqq. 509, 4
Ios. Flaui Ant. 18. 4 . . . . . 81, 2
Lucani Phar. 7, 819 . . . . . 627, 7
Plutarchi Cato min. c. 25 . . . . . 46, 9; 215, 17
Pollentius 392, 3; 398, 23; 402, 16
Rufinus (Migne XX 407) 633, 11
Sallusti Cat. 5 . . . . . 666, 11
Seneca Dial. XII 12 . . . . . 579, 2
Tertulliani de exh. cast. c. 5 sqq. 310, 2
de monog. 311, 2
libri II ad ux. 311, 2
Vlpiani de adult. 13, 5 . . . . . 389, 23

Val. Max. 4, 4, 10 . . . . . 579, 2
Verg. Aen. X 630—632 . . . . . 612, 5
VI 327. 328 . . . . . 624, 12; 638, 12
VI 337 sqq. 641, 5

C) LOCI ET LIBRI AVGVSTINI
eiusdemque loci paralleli.


Contra Academicos I 6. 7 . . . . . 608, 6
De bono coniugali p. 200 sqq. 326, 20
De ciu. dei I 12. 13 . . . . . 625, 5
Confess. IIII 4, 8 . . . . . 380, 7
De doctr. christ. II 8, 13 . . . . . 652, 5
(Euodii) p. 953 . . . . . 105, 11
De natura boni p. 877, 878 . . . . . 105, 4. 11
Epist. 75 . . . . . 422, 15
Epist. 130. 150 . . . . . 325, 9
Ep. ad Probam (130) 342, 15
Contra Faustum l. XXII sqq. 326, 21
Contra Felicem p. 824 . . . . . 105, 4
5, [illegible]ntra Secund. p. 935 . . . . . 105, 4
5, 23 [illegible]ttera et spiritu 62, 6
5, 24 [illegible]iones 290, 8
5, [illegible]st. de Leu. LXVIII 498, 7
Quaest. ad Simpl. II quaest. III 651, 20
Retract. I 17 . . . . . 30, 16
II 3 . . . . . 136, 14 sqq.
II 22 . . . . . 210, 21 sqq.
II 22, 2 . . . . . 226, 1. 2
II 30 . . . . . 608, 3—5
Sermo 354 . . . . . 290, 5
159 . . . . . 290, 11
De sancta uirg. p. 240 sqq. 326, 20; 342, 22
De sancta uirg. c. 45 . . . . . 216, 16
De utilitate credendi p. 31 sqq. 414, 19

3 2044 020 100 624

The borrower must return this item on or before the last date stamped below. If another user places a recall for this item, the borrower will be notified of the need for an earlier return.

Non-receipt of overdue notices does not exempt the borrower from overdue fines.

Harvard College Widener Library
Cambridge, MA 02138 617-495-2413



Please handle with care.
Thank you for helping to preserve library collections at Harvard.